M. E. BLOCHII,

DOCTORIS MEDICINAE BEROLINENSIS, ET SOCIETATIBUS LITERARIIS MULTIS ADSCRIPTI,

SYSTEMA ICHTHYOLOGIAE

ICONIBUS CX ILLUSTRATUM.

POST OBITUM AUCTORIS OPUS INCHOATUM ABSOLVIT, CORREXIT, INTERPOLAVIT

JO. GOTTLOB SCHNEIDER,

SAXO.

B. F. Roemer

BEROLINI,

SUMTIBUS AUCTORIS IMPRESSUM ET BIBLIOPOLIO SANDERIANO COMMISSUM. 1801.

LECTORIBUS S. EDITOR.

Operi poſtumo deſideratiſſimi amici abſolvendo Berolinum evocatus ſemeſtrem operam gnavavi eo quidem lubentius, quod ita non ſolum de naturalis hiſtoriae parte ea, cui cupidiſſime omnium ſtudui ex eo tempore, quo cum unico Ichthyologiae in Germania magiſtro familiaritatem contraxeram, bene mereri poſſe mihi videbar, ſed officii etiam mei eſſe putabam manibus liberaliſſimi in me amici publicum grati animi teſtimonium conſecrare, iisque dum has quaſi inferias affero, cum laudibus viri egregii, qui diſciplinae, antea fere neglectae, excolendae augendae et ſcriptis propagandae vitam et opes impendit, memoriam noſtrae animorum et ſtudiorum conjunctionis per annos viginti ſine ulla ſimultate aut interrup-

tione aliqua in contubernio etiam ſingulorum annorum fere trimeſtri continuatae poſteritati tradere et commendare. Elogium ejus nuper dedit Gallus *Cocquebert*, Societatis Philomathicae Pariſienſis, cui Blochius fuerat adſcriptus, ſocius. Aliud dabunt Socii Berolinenſis Societatis naturae curioſorum in Volumine III. novorum Commentariorum, quod nundinis his Lipſienſibus prodetur.

Diu multumque amicus in ordinandis atque in Syſtema conjungendis piſcibus jactatus et veluti fluctuans animo tandem in eo conſilio conſtitit, ut ad exemplum, in vegetabili regno ordinando a Linnaeo propoſitum, pinnarum numerum ſequeretur: ita enim commodiſſime piſcium genera ea, quae Linnaeus Amphibiorum nantium nomine diſtincta ſeparaverat, cum reliquis apte jungere et loco ſuo reſtituere poſſe ſibi videbatur. Ex numero Claſſes deſcripſit, ex ſitu pinnarum Ordines ut Linnaeus conſtituit; Generum notas partim, Claſſium caractere paſſim flagitante, novas excogitavit, partim Linnaeanas retinuit, aliquoties correxit, interdum auxit. Summus pinnarum numerus Claſſem et Genus conſtituebat, adjunctis, ſi qui piſces minorem pinnarum numerum gerebant. Horum tamen nomina praefixa ſtella Index Claſſium.

Ordinum Generum et Specierum coeptus ab amico et diligenter a me dispunctus, repetit in fine Classium et Ordinum eorum, quibus ex numero pinnarum attribui debebant.

Hac classium descriptione pinnarum ex numero instituta studium Ichthyologiae aliquanto facilius redditum esse, neminem dubitaturum esse equidem confido. Caracterem autem classium recte a pinnis ceu praecipuis motus piscium instrumentis earumque numero repetitum fuisse docebit comparatio amphibiorum animalium, in quibus natura rerum a quadrapedibus mammiferis ad aquatilia transiens viam sibi sternere videtur. In phocarum enim genere forma corporis posterioris in acumen protracta pedes etiam posteriores retractos ad extremum corpus in pinnarum piscinarum speciem transmutavit: in trichecomanato caudam ipsam cum pedibus posterioribus in pinnae unicae speciem transformavit. In cetaceis mammiferis manuum ossa sola supersunt sub anteriorum pinnarum pingui cute abscondita: posteriorum abolitorum officium in caudalem pinnam transversam fuit translatum: ossium peluis breves et obscurae reliquiae adsunt: dorso contra accessit in plerisque generibus pinna, cum sceleto nusquam copulata, quae lateralem

corporis oblongi motum justo aequilibrio regere et gubernare videtur. Idem fere officium esse videtur pinnarum ventralium in piscibus latis simulque brevibus dorsali oppositarum: quarum absentiam in piscibus longis redimit pinna analis longa, et fere cum caudali saepe etiam cum dorsali longa conjuncta: in pleuronecte in latus projecto ventralium pinnarum usus non major esse videtur, quam pectoralium: utrumque autem supplet analis cum dorsali totum fere corpus cingentes: in gado pinnarum pectoralium ventraliumque mollium usum adjuvat vel potius supplet analis geminata pinna cum dorsali triplicata. Recte igitur pinnas pectorales manuum officium piscium generi aliquo modo praestare viri docti hucusque statuerunt: contra ventrales pinnas male mihi cum pedibus comparasse, et quibus illae desunt, apodes dixisse videntur. Uti enim pedum officium in caudalem pinnam translatum est, ita etiam pedum ossa cum pelvi piscibus a natura negata fuisse fere censeo: nec video qua veri cum similitudine vir doctus, qui sceleton totamque corporis formam Pleuronectarum cum animalium quadrupedum fabrica comparavit*), os lon-

*) J. H. Fr. Autenrieth in Parte II. Vol. I. Archiv für Zoologie und Zootomie. p. 98.

gum falciforme, quod cauitatem ventralem pleuronectarum (addo Zenos, Chaetodontis atque aliorum aliquot generum) a parte poſtica dividit et claudit, cum pelui quadrupedum comparaverit. Quanquam etiam eruditiſſimus Zootomiae auctor, *Cuvier*, Lectionis Zootom. V. Lect. XI. oſſa iſchiaca vel peluim vocat, quibus ventrales pinnae inſidentes moventur, etſi plane ſoluta nec usquam cum reliquo ſceleto conjuncta. Ventrales autem pinnae, quocunque loco ſitae, dum moventur, ſitum horizontalem obtinent et ſervant. Ita expanſae corporis latitudinem majorem aquis opponere atque in hanc veluti baſin caput cum reliquo corpore aequilibrare videntur Gouano. Hinc in piſcibus, quibus caput magnum praeponderat, veluti uranoſcopis, in jugulo ſitas eſſe: contra quibus caput pro portione exiguum eſt aut in longum porrigitur roſtrum, plane deeſſe. In univerſum qui ventralibus pinnis carent piſces, in fundo maris motu flexuoſo corporis ſerpentium inſtar moveri veluti anguillas et anarrhicham lupum admonuit egregius Brouſſonet *). Situm horizontalem, quo ſemper expanſae moventur ventrales pinnae, fulciunt in generibus quibusdam, quae abdominalium ordine contineri pleraque omnia videntur,

*) Mémoires del' Acad. des Sc. 1785. p. 169.

laminae ſimillimae ſquamis oblongis ſupra baſin vel radicem radiorum appoſitae, quae videntur impedire, ne dum piſcis magna ſe cum vi vel ad aquarum ſuperficiem vel ſupra aquas ſe ſuſtulit, violentius agitatae ſurſum converſae cedant et corporis latitudinem minuant. Laminam hanc ab uſu fulcrum appellare licebit; appendicem cum Pallaſio vocavit Blochius. In ſalmorum genere apophyſes ſquamoſas ad exortum pinnarum ventralium dixit Gouan. In Sparo aliquo ſitum uſumque recte obſeruavit Du Hamel P. II. Sect. 4. radium ſingularem (rayon detaché) dicens. Solenne eſt hoc fulcrum generi cyprinorum clupearum et ſalmonum. A parte etiam inferiore et interiore adest fulcrum ſed oſſeum, in Cyprino brama aliisque congeneribus. In quibusdam ventrales pinnae ſibi invicem junctae latere inferiore ſunt: in aliis praeterea ventri junctae adhaerent partim immobiles. Pectorales etiam pinnas fulcit in clupea myſtace et in pleuronectis, ubi ventrales, multo minores minimumque adeſt fulcrum. In Polynemo plebejo fulcrum ventralium longum annotare cum Bruſſoneto Blochius omiſit. In clupea dentice ſupra et infra pinnas pectorales fulcrum annotavit Forskael. In Siluris et Platyſtacis quibusdam ſcapularum proceſſus ſuperiores

et inferiores gemini pectoralium fulcri locum obtinent.

Breviter ut repetam, primum motus organum in universo piscium genere in cauda pinnaque caudali situm videtur esse: reliquae autem pinnae corporis a cauda impulsi motum vel adjuvare, vel sustentare vel regere in latus viaque recta videntur. Quam quidem opinionem explicuit etiam doctissimus Gallus *Barthez* de piscium notatu p. 157 seqq. libri egregii: *Nouvelle Méchanique des Mouvements de l'homme et des animaux.*

Ex omni piscium agmine paucissimos equidem novi, in quibus ventralium pinnarum usus aemulari pedes aliquo modo videatur. Sunt videlicit blennii, praecipue tridactylus, qui pinnis simul ventralibus et pectoralibus innixi discurrunt per saxa litorea salo maris madida. Ventrales tamen pinnae tribus in tridactylo duobus radiis in reliquis speciebus fulciuntur: contra analis cum dorsali longissimae omnium sunt, et corpus ipsum agilitatem lubricam anguillarum aemulatur. Quid? quod perca scandens Daldorfii (Amphiprion Sc. idemque testudineus Blochii) dum palmas rivis vicinas dum escendit spinis operculorum, analis et dorsalis, pinnae, caudalique huc illuc mota niti dicitur.

Ventralium pinnarum ſpina adeſt unica, cum anali decem, ſingulari exemplo, inſint. Pectorales pinnae quin ad corpus tollendum factae ſint, dubitare nos non ſinit genus Triglae et Exocoeti, quibus omnium longiſſimae in uſum volandi datae conſpiciuntur. In Lophio pectoralium cubitum inflexum loquuntur notitiae vulgares ſed cubitus is nihil aliud eſt niſi ſcapulae os, cui inſident pinnae, plerumque claviculae utrinque verticaliter applicatum, in Lophio contra in latus retractum et divaricatum. Denique regeneratio pinnarum ab eruditiſſimo Brouſſeneto obſervata et deſcripta*) docet inter motus inſtrumenta caudalem pinnam primum obtinere locum. Haec enim, praeciſis intra ſines articulationis radiis pinnarum celerrime omnium renata fuit, tardiſſime dorſalis. Piſces ipſi praeciſis pinnis omnibus cernui in vas ruebant, vacillabant, nec horizontalem ſitum niſi magnorum labore recuperare poterant. Hactenus igitur deſcriptio piſcium in claſſes ex numero pinnarum recte habere videtur. Est tamen ubi numeri pinnarum rationem majorem habuiſſe videatur amicus, quam par erat, ita ut genera a natura re-

*) Rozier Obſervations ſur la Phyſique Tome XXXV. p. 62. ſqq.

rum notis ſatis manifeſtis conjuncta et ſociata violenter disjungeret et ſatis longo intervallo ſepararet. Quod factum in Tetrodontibus, Orthragoriſcis, Diodontibus inprimis doleo, a quibus ſecutus exemplum Galli de la Cépede divulſit etiam Ovum, Tetrodonta oviformem rectius a Commerſono vocatum. Sed opus cenſorium facere nunc non decet; potius redeo ad narrationem de opera amici, qui ante hos ipſos duos annos telam opera typorum adhibita exorſus contexere ad folium usque quintum progreſſus erat, et in Squali Genere ejusque Specie I enarranda ſubſtiterat, cum ad aquas Carolinas abiret, ut morbo pectus et ſpiritum frequenter angenti mederetur. Filum operis cum vita ipſa amici non diu poſtea mors ſubita abſcidit. Qui curam hereditatis ab amico demandatam ſibi ſuſceperant, cum numerum exemplarium typis deſcriptorum, quem foliis illis quinque amicus ſtatuerat, juſto minorem eſſe putarent, quippe quo pretium libri candeſieret, initium ipſum denuo imprimendum ſtatuerunt, eaque ipſe occaſione uſus operam amici correxi auxi atque interpolavi, quatenus honoris ejus et amicitiae reſpectus facere id vel patiebatur vel jubebat. Qua de re qui forte nominis et honoris Blochiani curioſi ipſi ſtatuere volue-

rint, iis copiam faciet judicii ex re faciendi exemplum Editionis prioris foliorum quinque in Bibliotheca Regia Berolinensi alterumque in Goettingensi depositum.

Editionis novae, quae nundinis Lipsiensibus anni 1800 parabatur, foliis prioribus a vitiis typotheticis purgandis ad paginam usque 144, vacare ipse potui: reliquorum curam alienae diligentiae commendare cogebat, librarii praevaricatio, cui liber vendendus committebatur, cum semestre novum ad munus me meum et lectiones publicas Francofurtum revocaret. Cum typotheta mutatae dehinc fuerunt etiam ipsae literae, et admissi errores multi et pudendi, quos corrigere in tabula Corrigendorum conatus sum: multos in Indice Classium statim emendavi. Sed cum primum ad operam amici continuandam et absolvendam accessissem, statim omnes copias vel scripto collectas vel in Museo Blochiano conditas denuo recensere, descriptiones cum exemplis piscium vel siccis vel liquore vinoso conditis comparare, notitiasque historicas cum libris ipsis, unde fuerant excerptae, contendere statui. Cujus operae pars prior mihi jucundissima et utilissima omnium fuit: nec tamen omnibus piscibus, quos Museum Bl. servat, comparandis atque examinandis tempus semestre suffecisset,

nisi jam a multis inde annis plurimos collectionis Blochianae pisces, ut recentissimus quisque advenerat, dissectos rimatus fuissem, cum iconibus et notitiis scriptorum comparassem et scripto mandassem, si quid ab aliis nondum annotatum aut quod alienae observationi esset contrarium, repereram. Cum vero notitias scriptas omnes comparare instituissem magna mihi hac in re fuit molestia devoranda, cum libros dialecto Suecica, Danica et Belgica scriptos, quarum usus mihi nondum esset tam familiaris quam Italicae, Gallicae, Anglicae et Hispanicae, legere et interpretari cogeret egestas interpretis alieni, cujus operam si potuissem adhibere, plus temporis disciplinae ipsi augendae tribuere licuisset. Latebant etiam inter fasciculos scriptorum et Epistolarum a viris doctis ad Blochium scriptarum multae notitiae non contemnendae, quas amicus nimis multis saepe negotiis districtus plane oblitus esse videbatur. Quo pertinet inprimis Catalogus scriptus Musei Petropolitani manu egregii viri, Cel. *Pallas*, passim correctus, cum Epistolis Missionarii Johnii, unde notitias multorum piscium Indicorum cum nominibus Tamulicis excerpsi. Egregium plane auctarium accessit operae Blochianae ex Descriptionibus animalium, quas in

itinere ad insulas oceani australis facto collegerat quatuor voluminibus complexus *J. R. Forster*, mihique brevi ante mortem tempore domi suae monstraverat adeoque inspiciendas concesserat. Has nunc inter praecipua cimelia cum libris viri docti emtas servat Bibliotheca regia Berolinensis, unde depromtas adhibui, ita tamen, ut notitias nimis interdum verbis abundantes in brevitatem justam contraherem, ceterum verba ipsa auctoris, quantum fieri poterat, repeterem. Picturas piscium plurimorum in ipso itinere a pictoribus comitantibus factas et a Forstero commemoratas creditoribus obnoxias reliquisse se in Britannia cum gemitu narrantem senem ipse audivi.

Ex *Ichthyolithologia Veronensi* paucas aliquas piscium species illustriores inserui, de quibus dubitatio tam magna superesse mihi non videbatur. In universum enim de bellis istis piscium in lapidibus Veronensibus figuratorum picturis suspicionem aliquam facere potest non malae fidei sed potius sedulitatis nimiae Praefatio, ubi haec leguntur: *La scelta degli Archetipi per le Tavole in rame ha avuto principalmente di mira la grandezza dell' Indidividuo, la qualità dell' Impietrimento, e il colpo d'occhio della sua forma, di quello che la con-*

ſervazione di tutte le parti caratteriſtiche appartenenti alla Specie. Si ſono quindi ſouente preferite dei Peſci di bell' impronto ma diffettoſi nella figura e nei raggi delle diverſe pinne ad altri piu piccoli della ſpecie medeſima quantunque meno sfigurati, e mancanti nelle accennate parti, dai quali furono ſoltanto realizzate le note ſpezifiche dei precedenti. Suſpicionem cum multa augeant, tum in primis Uranoſcopi raſtri ab eo vocati pictura et deſcriptio ex reliquiis malignis partium quarundam collecta confirmare videtur. Quem idem vir doctus Kyrtum veliferum vocavit et in Tabula VII trigemina pictura reddidit, is omnino ad Chatodontes pertinet, cum ob reliquam totius corporis formam, tum in primis ob os arcuatum, quod cauitatem ventris concludens finem ante analem pinnam exſerit in Figura I. Reliquas figuras, quarum undecima erat poſtrema earum, quas vidi, nolo tangere. Idem eſt judicium meum de picturis Braſilienſium animalium geminis, quas juſſu Principis Naſſouienſis, Mauritii, factas in ipſa Braſilia, ſervat Bibliotheca regia Berolinenſis. Multas ſatis piſcium Braſilienſium ſpecies translatas inde et collectas in Syſtemate, ut antea in XII notitiarum Voluminibus, poſuit amicus, quibus numerum radiorum pinnarum conjectura leuiſſima plerum-

que ex coloribus oleo miſtis et chartae pinguiter illitis collectum addidit. Multo quidem accuratiores nec omnio comparandae cum illis ſunt picturae piſcium Plumerianae; nihilo tamen magis numerum radiorum ibi licet agnoſcere, quem doctiſſimus Gallus non curavit: nec equidem conſtare eum ubique perſuadere mihi adhuc potui: quare inutilem mihi moleſtiam numerandorum radiorum pinnarum ſuſcepiſſe videntur viri docti, qui primum eo animum et oculos ſtudioſorum naturae convertere conati ſunt; credo, ne partes magis abſconditas et a primo oculorum conjectu remotas rimari cogerentur. Picturis piſcium Plumier notitias, multis etiam internarum partium deſcriptionem et picturam addidit, unde formam, vitam et mores cognoſcere licet. Nec tamen ſumma viri egregii diligentia vel ita cauere potuit, quo minus pictor primus Blochii in exſcribendis picturis paucis aliquibus a vera auctoris manu aberraret ſecumque in errorem traheret prolapſum amicum, qui factum in coryphaena quadam ſero admonitus agnovit. Erroribus hujusmodi multo magis obnoxius eſſe debuit Gallicus hiſtoriae piſcium naturalis ſcriptor nuperrimus, *La Cépéde*, qui picturarum Plumerianarum exemplar neſcio unde exſcriptum adhibuit, quibus praeter nomina vulgaria

nulla erat piſcium addita notitia. Nec laudo conſilium ejusdem Galli in eo, quod picturis piſcium Chinenſibus quibusdam e Belgio in Galliam translatis tantam auctoritatis fideique tribuit, ut novas aliquot inde ſpecies effictas apponeret.

Stella praepoſita Speciebus ſignificat piſcem in Muſeo Blochiano repoſitum: quam tamen notam multis in locis omiſſam dolui cum Indicem Claſſium a conſpectu Muſei remotus concinnarem. Plurimum enim lectorum Ichthyologiae ſtudioſorum refert ſcire, num piſcis a Blochio deſcriptus et pictus illi ob oculos verſatus an ex aliena narratione aut pictura tantum innotuerit. Poſſidebat autem amicus plurimos piſces, maris Indici incolas, ſiccatos tantum et vernice obductos, quos dimidiatos ex India orientali, regno Japonenſi et Sinenſi transmittere ſolent, qui curioſis naturae cimelia haec curare ſolent. In piſcibus ejusmodi difficile eſt interdum radios pinnarum molles numerare; multo difficilius aculeos breviores cuti immerſos et vernice obductos: membranae vero branchioſtegae radios numerare plane non licet: branchiae denique ipſae abſunt. In labris notam labiorum craſſorum oſſa labialia tegentium ſaepe obſcura-

tam offendi: dentium etiam interiores series interdum abstulit, qui condienda corpora piscium susceperat. In Sparo radiato dubitatio mihi adhuc superest, unde piscis notatio a Linnaeana plane diversa ducta sit, et cui debeatur pictura. Neque enim dum haec scribebam, ad Musei Blochiani Indicem decurrere licebat, unde facile hieme praeterita expiscabar, quorum de praesentia ut dubitarem stellula deficiens me admonebat.

Introductionem operi postumo adjungere et decebat et animus erat, nisi moles libri jam longe ultra fines praescriptos excreuisset, et procrastinata libri editione ex altero Cepediani operis Volumine interim publicato multi pisces adsciscendi fuissent. Igitur alii occasioni reposita servo, quae in mundo habeo scripta, quibusque anatomia praecipue autem osteologia piscium illustrari queat. Ad eandem pertinent libri aliqui et Disputationes quorum titulum saltem et locum lectoribus indicare hic volui. De forma natura et conjunctione dentium cum maxillis exstant observationes *Petri Lehous boe* in *Skrivter af Naturhistorie Selskabet* Vol. IV. P. I. p. 180 seqq. quarum partem jam olim praeceperat Gallus *Jussieu* in Mémoires de l'Academ. des Sc. 1723 p. 205. Ossa piscium omnino calcem

acido phosphoreo miſtam continere ſed majore gelatinae animalis ſeu cartilaginis portione a quadrupedum mammalium oſſibus differre docuit, *Carolus Hatſcheff* in *Philoſoph. Tranſact.* anni 1799 Parte II. Lucem, quam phosphoream hodie dicunt, materiae corporum piſcinorum marinorum, inteſtinis etiam, veluti ovis foeminarum et lactibus maſculinis admiſtam, adhibita ſalium quorundam ſolutione elui, et muria conditam per plures dies ſervari poſſe docuit *Nathan. Hulme* in iisdem *Tranſact.* anni 1800 Parte I. qui praeterea cenſet hanc lucis materiem cum vita piſcium omnium primam ſecretam abire. Os intermaxillare piſcium generibus novem adſcribit et ex Chaetodonte roſtrata et trigla volitante pinxit *Gotth. Fiſcher, Ueber die verſchiedene Form des Intermaxillarknochens.* Lipſiae 1800.

Indicem librorum et explicationem compendiorum, quibus uſus eſt amicus in citandis libris ad conſilium vocatis addere non magis licebat: neque eo valde opus eſſe nunc mihi videbatur. Poſuit enim amicus in germanica operis Ichthyologici Editione pluribus in locis, ſcilicet Vol. I. III. VI. et XII. titulos librorum et interpretationes compendiorum: neque eo ad-

jumento carituram spero versionem gallicam operis Blochiani, quam, ut audio, Parisiis cum picturis ad formam multo minorem redactis elaborandam suscepit Gallus *Renatus Rich. Castel.* Trium tamen librorum notitiam addere hic lubet:

Don Antonio Parra Description de diferentes Piezas de Historia natural, las mas del ramo maritimo, representados en setenta y cinco Laminas. En la Hauana, anno de 1787. 4.

Aug. Scilla de corporibus marinis lapidescentibus. Romae 1759. 4.

Verzeichniss verschiedener Fische und Krebse des adriatischen Meerbusens. Triest 1796.

Si quid lector in notitiis et caracteribus piscium mutatum in hoc Systemate et diversum a doctrina germanici operis repererit, id omne velim ab accuratiore exemplorum vel antiquorum vel recentiorum et integriorum inspectione et consideratione profectum diligentiae non socordiae imputet; igitur hanc novam amici operam Ichthyologis omnibus non solum utilem sed necessariam etiam ad omnem disciplinam rite cognoscendam esse censeo.

In eadem palaeſtra eodem tempore una cum Blochio exercebat ſe et operas typographicas medicus Lubecenſis Jul. Walbaum, qui brevi poſt tempore amicum communem ad plures ſecutus abiit. Hujus Artedium renovatum ſi qui forte lectores cum hoc Blochiano ſyſtemate comparaverint, et piſces aliquos a viro docto commemoratos et pro novis venditos hic deſideraverint, hi velim ſciant, conſulto Blochium eorum mentionem non feciſſe, ne honori amici videretur injuriam facere velle. Accidit enim mira Walbaumii negotiis medicis forte nimis diſtricti ἀβλεψία, ut verbi cauſa Baliſtem aliquem, credo vetulam dictum, non agnoſceret in exemplo, cui ſpina dorſalis caſu fuerat ablata, foramine tamen ſuperſtite, quod Walbaumio ani orificium ſignificare videbatur. Mirabamur miram piſcis formam in notia Walbaumii; ſed obſtupuimus plane in piſce ipſo, quem ab eo efflagitatum coram inſpiciebamus. Similis error viro docto obrepſerat in rana ſquamata, quem in Amphibiorum hiſtoriae naturalis Faſciculo primo enarravi. Scilicet optandum eſt, ut qui rerum naturae et animalium hiſtoriae naturali operam ſuam dicant, animo libero a curis negotiisque alienis huic ſtudio toti vacare poſ-

ſint; vaſtum enim et immenſum hoc naturae rerum ſtudium ipſum ſic ſatis mentem animumque implet curioſi, ut moleſtia aliena veluti ſarcina, non indigeat, qui ad gloriae gradum aliquem eniti voluerit.

CONSPECTUS OPERIS

VEL

INDEX CLASSIUM ET GENERUM.

CUM SPECIERUM
COMPARATIONE ET INTERPRETATIONE
NOMINUM GRAECORUN RECENTIORUM.

CLASSIS I. HENDECAPTERYGII,

i. e. XI. pinnis praediti.

GENUS I. LEPADOGASTER. Tab. 1. pag. 1.

i. e. ventre inſtar patellae formato.

Pinnae pectorales 4 totidemque ventrales.

Species. 1. Lep. Gouani. 2. Nudus Cyclopterus L. 3. Dentex Cycl. L. 4. Pinnulatus Cycl. Forſteri. 5. Ventricoſus Cycl. Pallas. 6. Minutus Cycl. Pallas. 7. Teſtar Cephalus fluviatilis major Plumier.

* Vide Claſſis V. Genus 51. Cyclopterus. Nam Cycl. gelatinoſus pinnam latiſſimam pectoralem gerit, quae pro geminata recte haberi poteſt.

CLASSIS II. DECAPTERYGII,

i. e. X. pinnis praediti.

ORDO I. JUGULARES.

GENUS II. GADUS. Tab. 2. pag. 6.

Squamae et pinnae molles, radii 7 teretes membranae branchioſtegae.

Species. A. Pinna anali gemina; 1. Aeglefinus L. 2. Callarias L. Varietas Nowaga Lepechin. 3. Morhua L. Varietas rubra, *Red Cod* vel *Rock-Cod*, inter Britanniam et Hiberniam capta a fucis et algis rubris rupium, inter quas verſatur, colorem traxiſſe videtur doctiſſimo Gallo *Noel* apud *Cépéde II.* 395. 4. Minutus L. 5. Barbatus L. 6. Luſcus L.

7. Saida, Lepechin. 8. Tom Cod, Schoepf. 9. Blennoides, Pallas. 10. Brosme, Stroem, Afcanius. *Rectius idem infra ad Genus IX. no. 3. p. 51. relatus.* 11. Merlangus L. Varietatem breviorem, ventre latiore capite craffiore, ore minus acuto, dorfo paulum introrfum curvato fundo rupeftri maris innutritam annotavit idem *Noel* ibidem p. 480. 12. Carbonarius L. 13. Virens L. Seu, Afcanius. 14. Pollachius L. *Octopterygii, anali unica, dorfi gemina:* 15. Fafciatus, Froft, Pennant. 16. Merlucius L. 17. Magellanicus Forfteri. *B. Species dubiae:* a. Lacaftris. Matheme. Pennant. Ad Gadorum genus pertinent Gale (i. e. muftela) Chremes et Hepatus Aeliani h. a. 15, 11.

ORDO II. THORACICI.

GENUS 3. TRIGLA. Tab. 3. Fig. 1.

Caput loricatum, pinnae dorfalis et pectorales utrinque geminae, i. e. radiis ante pectorales liberis.

Species. 1. Volitans L. 2. Alata Huttuini. 3. Afiatica L. 4. Lineata Bl. 5. Carolina L. 6. Punctata Bl. Plumier. 7. Pini Bl. 8. Lyra L. 9. Gurnardus L. 10. Cuculus L. 11. Hirundo L. 12. Adriatica Brunnich. 13. Minuta L. 14. Evolans L. 15. Obfcura Lin. Muf. Fr. A. 16. Hamata Osbeck. 17. Cataphracta L. 18. Fafciata Kleinii. 19. Afiatica Forfteri. *Spec. Dubiae:* a. Lucerna L. b. Trachinus trigloides, Osbeck.

ORDO III. ABDOMINALES.

GENUS 4. POLYNEMUS. Tab. 4. pag. 17.

Pinnae dorfales et pectorales geminae, id eft, radiis ante pectorales liberis, non articulatis.

Species. 1. Plebejus Brouffonet, Bl. 2. Sextarius. 3. Virginicus L. 5. Decadactylus Bl. 6. Polydactylus Wahl.

CLASSIS III. ENNEAPTERYGII,

i. e. novem pinnis praediti.

GENUS 5. SCOMBER. Tab. 5. p. 21.

Caput anterius vel totum nudum, pinna caudalis rigida, furcata.

Species. A. Pinna dorfali gemina, pinnulis fpuriis.
1. Thynnus L. Pifcem a Plumerio fub nomine *Germon* defcriptum et a Blochio huc relatum, repetiit *Gau-*

tier Obſerv. Periodiq. ſur la Phyſique 1756. December p. 405. 2. Regalis Bl. Taſſart, Plumier. 3. Colias Cetti. 4. Sarda Bl. 5. Cordyla L. 6. Pelamys L. 7. Mediterraneus, Sc. Pelamys Brunnich. 8. Guttatus. 9. Scomber L. 10. Dentatus Forſteri. 45. Commerſoni, La Cépéde. *Vide Addenda.*

*

Spec. B. Pinna anali gemina, priore biſpini, pinnulis ſpuriis.

11. Saliens Bl. 12. Aculeatus Bl. Variet. Quiebra-hacha. 13. Rottleri Bl. 14. Maldivicus Gronovii. 15. Maculatus Forſteri.

Spec. C. Pinnulis nullis, pinnis dorſi et ani geminis.

16. Trachurus L. 17. Calcar Bl. 18. Chloris Bl. 19. Carangus Bl. Carangue, Plumier. 6. Hippos L. 20. Faſciatus Bl. 21. Ruber Bl. 22. Balantiophthalmus Bl. i. e. oculo inſtar crumenae gerente. 23. Plumerii Bl. 24. Kleinii Bl. 25. Dentex. 26. Lactarius. 27. Malabaricus. 28. Specioſus, Forskael. 29. Falcatus, Forsk. 30. Albus, Forsk. 31. Saurus, Brown. An Gaſteroſteus occidentalis L.? 32. Ductor L. Varietas a. b. c. 33. Chryſurus L. 34. Glaucus L. et Adſcenſionis Osbeck. 35. Filamentoſus, Park. 36. Amia L. Accedit Sc. Koelreuteri in Addendis.

Spec. D. Pinnulis nullis, pinna dorſi gemina, ani ſolitaria.

37. Rhombeus, Forskael. Centrogaſter rhomb. Gmel. 38. Saltator L. 39. Niger Bl. 40. Carolinus. Gaſteroſteus Car. L. Scomber helvolus et Capenſis Forſteri. *Vide etiam Eſocem Saurum Gen. 84. no. 9.*

Spec. E. Pinnulis nullis, pinna dorſi et ani ſolitaria.

41. Edentulus Bl. 42. Minutus Bl. 43. Equula Forsk. Centrogaſter Eq. Gmel. 44. Punctatus Gaſteroſteus Forſteri. *Species dubiae.* a. Auratus Huttuini. b. Japonicus Ejusd. c. Ocellatus Feuillé. d. Gunneri. e. Armatus Forsk. Sciaena Gmel. f. Eſox Saurus Claſſis V. Ordo III. no. 9. p. 394. g. Sc. Retzii. Addendorum p. 538. h. Gaſteroſteus glaucus et i. rhombeus Forſteri. Ibid. p. 539. 540.

* Ad Claſſem hanc pertinent propter numerum pinnarum Gadus faſciatus, Merlucius, Magellanicus Claſſis VI. Zeus Faber et Vomer Claſſis IV. Brama Atropos, Claſſis IV. Blennius feneſtratus, tripennis et Varius Claſſis V. Platycephalus inſidiator Cl. IV. Gen. 12. no. 3. Cottus hiſpidus Gen. 13. no. 7.

CLASSIS IV. OCTOPTERYGII,

i. e. Octo pinnis praediti.

ORDO I. JUGULARES.

GENUS 6. CALLIONYMUS. Tab. 6. pag. 39.

Spiracula 2 nuchalia loco branchiarum aperturae.

Species. 1. Lyra L. 2. Dracunculus L. 3. Ocellatus, Pallas. 4. Sagitta, Pallas. 5. Japonicus Huttuini. 6. Orientalis. 7. Monopterygius Forsteri.

GENUS 7. BATRACHUS. i. e. rana Tab. 7. p. 42.

Caput magnum, depressum, truncolatius.

Species. 1. Didactylus. 2. Surinamensis. 3. Grunniens. Cottus L. 4. Indicus. Callionymus L. 5. Guavina, Parra. 6. Tau. Gadus L. 7 Trigloides. Callionymus Forsteri. 8. Bispinis Callionymus Forsteri.

GENUS 8. URANOSCOPUS. Tab. 8. p. 46.

Caput superius latum, rictus perpendicularis,

Species. 1. Scaber L. 2. Japonicus Huttuini. 3. Laevis. 4. Le Beck. *Picturam inserui Vol. III. Novorum Comment. Societ. Natur. Curios. Berolin. anno* 1801 *prodito.* 5. Monopterygius. Forsteri maculatus.

GENUS 9. ENCHELYOPUS, i. e. facie anguillae. Tab. 9. p. 50.

Corpus lubricum, subteres, os cirrhosum, pinnae ventrales 3 — 7 radiatae.

Species. 1. Ambricus. Gadus L. 2. Lub. Gadus, Euphrasen. 3. Brosme, Gadus Ascanii, Gmel. 4. Molva, Gadus L. 5. Lota. Gadus L. 6. Mustela. Gadus L. 7. Mediterraneus. Gadus L. 8. Barbatus, Parra. (An idem, quem *Du Hamel* II. p. 147. tab. 25. f. 2. descripsit et pinxit? Eum *Herrmann* in Comment. Tabul. Affinit. p. 337. sic definiebat; *Gadus longi pinnis, dipterygius cirrhatus, pinnis ventralibus linearibus longissimis, cauda rotundata, linea laterali sursum recurva.*) 9. Americanus Blennius Chuss Schoepfii. 10. Regalis. Blennius Kingfish Ey. 11. Bachus. Gadus Forsteri. 12. Colias. Gadus Forsteri.

GENUS 10. TRACHINUS. Tab. 10. p. 55.

Caput compreſſum, pinna dorſalis anterior ſpinoſa.

Species. 1. Draco. L. 2. Lineatus L.

GENUS 11. PHYCIS. Tab. 11. p 56.

Pinnae ventrales in 2—3 fila elongatae, cirrhus brevis menti.

Species. 1. Tinca. Blennius Phyois L. et Gadus Rhacinus Forſteri. 2. Blennoides, Gadus Brunnich. 3. Fuſca Trifurcated Hake, Pennant. 4. Ranina. Blennius L. 5. Muſtelaris. Blennius L. cinereus Muſei Fr. Adolphi.

Pertinent huc Lophius piſcatorius, hiſtrio et ſpinoſus Claſſis V. Vide Annotat. p. 140.

Blennius Capenſis Claſſis V. Gadus faſciatus, Merlucius, Magellanicus.

ORDO II. THORACICI.

GENUS 12. PLATYCEPHALUS, i. e. capite depreſſo, Tab. 12. p. 58.

Caput depreſſum, acuminatum, pinna dorſalis anterior aculeata.

Species. 1. Scaber. Cottus L. 2. Spatula Bl. 3. Inſidiator. Cottus, Forsk. 4. Undecimalis. Sciaena Bl. 5. Saxatilis. Sparus L. Perca Bl. 6. Dormitator, Plumier Gobiomore Dormeur, Cépéde. *Vide Addenda.* 7. Sihamus. Atherina Forsk.

GENUS 13. COTTUS. Tab. 13. p. 60.

Corpus alepidotum, caput corpore latius, pinnae pectorales latae, ventralium radii 3—4.

Species. 1. Scorpius L. Varietas. Scorpioides Fabricii. 2. Gobio L. 3. Quadricornis L. 4. Chaetodon. Cottus glaber Schoepf. 5. Indus L. Muſei Fr. Adol. 6. Bubalis, Euphraſen. 7. Hiſpidus. 8. Tripterygius. Cottus Acadian, Pennant. *Species dubiae.* a. b. Catalogi Muſei Petropolitani.

GENUS. 14 PERIOPHTHALMUS. Tab. 14. p. 63. i. e. oculis cinctis.

Pinnae pectorales manuſormes, oculi palpebrati.

Species. 1. Papilio. 2. Ruber. 3. Schloſſeri. Gobius, Pallas. 4. Koelreuteri. Gobius, Pallas.

GENUS 19. SCIAENA. Tab. 19. p. 80.

Caput antice nudum, ſquamae margine laeves.

GENUS 20. PERCA. Tab. 20. p. 83.

Caput partim aut totum nudum, opercula branchiarum anteriora ſerrata.

GENUS 21. XIPHIAS. Tab. 21. p. 93.

Roſtrum elongatum, enſiforme (aut haſtatum) horizontale.

24. Philippi. Portjackson-Shark. 25. punctatus Parrae. Compara Punctulatum in Addendis.

C. Foramina temporum, sed nullam pinnam analem gerentes.

26. Centrina L. Humantin Br. 27. Acanthias L. 28. Spinax L. Lagre Br. 29 Microcephalus. 30. Granulosus. 31. Spinosus. Boucle Br. et Cépéde, 32. Squamosus Br. 33. Americanus. Liche Br. 34. Indicus Gronovii. 35. Tuberculatus. Denteté. Cépéde. 36. Squatina L. 37. Lobatus Philippi.

Species dubiae: a. Ferdinandinus. Tollo Molinae. b. Vandiufeli. Lamie, Du Hamel. c. Massasa, Forsk. d. Kumul. Ejusd. e. Edentulus Brunnichii. f. Vacca Colombina. Scillae. g. L.Assier. h. Punctulatus, Cépéde. *Vide Addenda.*

* Propter numerum pinnarum huc pertinent Platystacus anguillaris, Siluri aliquot et Salmones omnes pinna adiposa in extremo dorso praediti, quam cur minus amicus numeravit in Siluris et Salmonibus, quam aculeos in Scombris, setas in aliis, equidem non intelligo. Sunt autem Siluri hi: Militaris, inermis, Bagre, Chilensis, Ocellatus, Callarias, Ascita, fasciatus, Herzbergii, nodosus, quadrimaculatus, galeatus, Felis, hemiliopterus, Schall, erythropterus, atherinoides, vittatus, Catus, Cous, Docmai, Bajad, Gurgu minutus. Salmonum in caracteribus genericis pinna dorsi altera membranacea est posita. Batistae etiam Classis VI. pinnis ventralibus coalitis praediti, Platystacus anguillaris Gen, 80. n. 3.

CLASSIS V. HEPTAPTERYGII,

i. e. septem pinnis praediti.

ORDO I. JUGULARES.

GENUS 38. LOPHIUS. Tab. 32. pag. 139.

a jubatis capitis cirrhis vocatus;

Pinnae pectorales quasi in cubitum inflexae.

Species. 1. Piscatorius. L. Barbatus L. et Montii. 2. Vespertilio L. 3. Histrio L. Varietas a Striated Loph Shaw. b. Pictus. c. Marmoratus. d. Ocellatus. Pescador Parrae. 4. Viviparus. Setigerus Wahlii. 5. Stellatus Wahlii. (Huic varietati simillimum exemplum ex Museo *Meyeri* Stettinensis consideravi. Corpus totum una cum cornibus duobus capitis et radiis pinnarum cute aspera ut in rajis pleuronectis et squalis tectum nullibi cirrhos vel lobos ostendebat; sinistri lateris pinna pectoralis et ventralis ternos unguiculos acutos gerebat, quorum vestigia in reliquis ra-

diis et pinnis forte mutilatis nulla supererant. Discrepat etiam notitia Koelreuteri in N C. Petr. X. p. 329. tab. VIII. f. 1. branchiis ternis et serie laterali verrucarum asperarum. 6. Hispidus.

GENUS 39. PTERACLIS. Tab. 35. f. 1. p. 143.

Pinna dorsi et ani latissimae, semicirculares.

Nomine Gronovius ficto inepte pinnam geminam latam significare voluit.

Species 1. Velifera. Coryphaena, Pallas. Oligopode vélifére, Cépéde II. 512.

GENUS 40. PLEURONECTES. Tab. 40. p. 143.
i. e. in latus vel transversim natans.

Corpus compressum (non depressum) et in latus stratum, ita ut oculus uterque in superficie superiore capitis situs appareat, pinna dorsi et ani longitudinalis.

Species: A. Oculis dextris, corpore ovali vel elliptica.

1. Platessa L. Varietas, Paulson. 2. *Platessoides* Fabricii. 3. Rhombeus. 4. Limanda L. 5. Triocellatus.

B. Oculis dextris, corpore oblongo.

6. Limandoides Bl. 7. Flesus L. 8. Solea L. 9. Hippsglossus L. 10. Trichodactylus L. 11. Ocellatus L. 12. Cynoglossus Fabricii. 13. Glacialis, Pallas. 14. Americanus Schoepfii. 15. Erumei. 16. Linguatula L. An linguatuloides Paulson? 17. Chrysopterus. 18. Zebra Bl. Varietas 19. Plagiusa L.

C. Oculis sinistris corpore lato.

20. Rhombus L. Varietas. 21. Maximus L. et cristatus Lichtensteinii. 22. Lunatns Pl. Argus Bl. *Passer* oculatns, Plumier et Feuillée. Varietas, Broussonet. 23. Punctatus Bl. Targuer. Du Hamel. Whiff, Pennant.

D. Oculis sinistris, corpore oblongo.

24. Passer L. an Laplie, Du Hamel? 25. Macrolepidotus Bl. 26. Surinamensis. 27. Dentatus L. 28. Arnoglossus Rondeletii. 29. Orientalis.

E. Pinnis pectoralibus nullis.

30. Maculatus. 31. Nigricans. 32. Achirus. 33. Bilineatus Bl. 34. Albus Gronovii. 35. Arel. 36. Lineatus L. Gronovii, Brownii. 37. Spinosus. Pictus Forsteri.

Species dubiae. a. Papillofus L. b. Japonicus Huttuini. c. Kitt Raji, Smear Dab, Pennanti. d. Plagufia Brownii e. Scapha Forfteri. f. Innominatus.

Genus fimillimum thoracicis Zeni et Chaetodonti: fed fitus lateralis corporis auxit pinnam dorfalem et analem, contra minutas ventrales ad gulam usque protulit. Contra in rajae corpore depreffo pectorales pinnae omnium ampliffimae ventrales ad anum usque removerunt, analem plane deleverunt, etiam dorfalem in multis speciebus.

GENUS 41. KYRTUS, i. e. gibber, Tab. 41. p. 163.

Corpus compreffum, latum, dorfum carinatum, elevatum.

Species. 1. Indicus. Bl. tab. 169. 2. Macrolepidotus. 3. Palpebratus. Sparus, Pallas. 4. Argenteus. Sparus, White.

GENUS 42. TRICHOGASTER, Tab. 36. p. 164. a fetis vel pilis ventralibus dictus.

Radii 2 fetacei longitudine corporis loco pinnarum ventralium.

Species. 1. Fafciatus. 2. Trichopterus. Sparus Bl. Pallas et Koelreuter.

GENUS 43. CENTRONOTUS. Tab. 37. f. 1. p. 165. ab aculeis dorfi dictus.

Corpus gracile, pinna dorfi longitudinalis, tota aculeata.

Species. 1. Fafciatus. 2. Muraenoides. Blennius, Sujef. 3. Punctatus. Blennius O. Fabricii. 4. Argenteus. Syngnathus Osbeck. 5. Islandicus, Blennius Mohrii. 6. Gunellus. Blennius L. 7. Brosme. Br. toupeè Ascanii.

GENUS 44. BLENNIUS. Tab. 37. f. 2. p. 167.

Pinnae ventrales didactylae, dorfalis mutica aut partim aculeata.

Species. 1. Fafciatus Bl. 2. Ocellaris L. 3. Gattorugine L. 4. Cavernofus L. 5. Simus, Sujef. 6. Galerita L. 7. Cornutus L. 8. Acuminatus Sebae. 9. Tentaculatus Brunnichii. 10. Superciliofus L. 11. Pholis L. 12. Viviparus L. 13. Americanus. Enchelyopus Gronovii. 14. Salaria, Forsk. 15. Raji. Barbus minor, Ray. 16. Frater. Oryctogr. Aragoniae. 17. Spadiceus Sebae. 18. Canefcens Sebae. 19.

nus. Sparus Bl. 19. Ghanam. Sciaena, Forsk. 20. Furcatus. 21 Macrophthalmus. 22. Trivittata. 23. Annularis. Sciaena Forsk. 24. Orientalis. Grammiſtes Sebae. Perca ſexlineata Thunbergii. 25 Kaſmira. Sciaena, Forſk. 26. Quadrivittatus. Holocentrus quadrilineatus Bl. 27. Bivittatus. Labrus Bl. 28. Purpureus. Scarus, Forſk. Labrus Gmelini. 29. Variegatus. Striped Wraſſe Pennanti. Labrus Gmel. 30. Thunbergii, Perca trilineata, Thunb. 31. Pictus. Perca, Thunb. 32. Forſteri. Perca taeniata Forſteri. 33.

GENUS 49. SCORPAENA. Tab. 44. p. 192.

Corpus ſquamatum, caput aculeatum, trunco latius.

Species. 1. Porcus L. 2. Scrofa L. Cottus Maſſilienſis Forſk. Perca cirrhoſa Thunbergii. 3. Gibboſa. 4. Volitans Bl. Gaſteroſteus *L.* 5. Antennata Bl. 6. Carinata. 7. Plumerii. La Scorpaene de mer, Plumier et Gautier. Scorpene Plumier, Cepede II. tab. 19. f. 3. 8) Malabarica. Cottus auſtralis, White. 9. Monodactyla. 10. Papilloſa Forſteri. (Male ad ſequens genus relata.)

Species dubiae aliquot apud Du Hamel.

GENUS 50. SYNANCEIA. Tab. 45. p. 194.
a capite conſragoſa dicta.

Corpus nudum, caput magnum, cauernoſum.

Species. 1. Horrida. Scorpaena *L.* et Bl. 2. Uranoſcopa. 3. Verrucoſa. 4. Didactyla. Scorpaena *Pallas.* 5. Rubicunda. Trigla rubicunda, Hornſted. (6) *Papilloſus.* Scorpaena cottoides Forſteri. *Pertinet ad Genus antecedens.*) 6. *Scorpene à double filament*, *La Cepede II*, tab. 11. ſig. 3. in Vol. deſcribenda.

Species dubia Gronovii Muſei I. No. 103.

GENUS 51. CYCLOPTERUS. Tab. 46. p. 197.
a pinnis circulari forma connatis dictus.

Corpus alepidotum, pinnae ventrales in orbiculum limboſum connatae.

Species. 1. Lumpus *L.* 2. Spinoſus O. Fabricii. 3. Lineatus Lepechini. 4. Bimaculatus Pennanti. 5. Gelatinoſus, Pallas. 6. Litoreus Forſteri. 7. Liparis L. Gobioide Smyrnéen, Cepede. Addenda.

Hoc genus optime Georgius Piſides, ſeculi VII ſcriptor graecus, ſub nomine naucratis, alias cum echeneide commu-

tifariam difperfos ordinarem et cum Auctoribus notitiarum compararem, accidit, ut, dum Nr. 11. ex Chaetodontum numero eximebam, eundem pifcem jam antea a Blochio No. 7. fub nomine Sohal inter Acanthuros rectius relatum fuiffe, non animadverterem. Quem errorem facile cauiffem, fi libri imprimendi curam porro ipfi gerere mihi licuiffet.

GENUS 55. CHAETODON. Tab. 50. p. 216.

Dentes fetacei, pinna dorfi et ani rigidae.

Species. A. Aculeo magno ad angulum operculorum folii anterioris pofito.

1. Aureus Bl. 2. Imperator Bl. 3. Fafciatus Bl. 4. *Paru* Bl. Chirivita Parrae. 5. Arcuatus L. 6. Bicolor Bl. 7. Ciliaris *L.* Varietas Bl. 8. Anularis Bl. 9. Nicobarienfis. 10. Tricolor Bl. Acarauna, Du Hamel. Catalineta Parrae. 11. Canefcens *L.* 12. Asfur, Forsk. Variet. Amarus. 13. Maculofus, Forsk. 14. Diacanthus Boddarti.

B. Fafcia nigra per oculos ducta.

15. Aruanus *L.* Varietas Bl. 16. Teira Forsk. et Bl. 17. Cornutus *L.* 18. Unimaculatus Bl. 19. Roftratus *L.* 20. Vagabundus *L.* 21. Striatus *L.* Zebra, Du Hamel. 22. Capiftratus *L.* Grifette, Du Hamel. 23. Ocellatus Bl. 24. Faber Bl. et Brouffon. 25. Octofafciatus Bl. Perca nobilis *L.* 26. Collare Bl. et Sebae. 27. Meyeri Douwing Renardi. 28. Argenteus 29. Melannotus, i. e. dorfo nigro. 30. Melaftomus, i. e. ore nigro. 31. Melampus, i. e. pede, vel pinna ventrali, nigro. 32. Melammyftax, i. e. myftace labii fuperioris nigro. 33. Kleinii Bl. 34. Bimaculatus Bl. 35. Setifer Bl. 36. Falcula Bl. 37. Flavus. Fafciatus, Forsk. 38. Auriga, Forsk. 39. Pictus, Forsk. 40. Hadjan. Mefoleucus. Forsk. 41. Vittatus, Parck.

C. Aculeo ad opercula pofito et fafcia nigra per oculos ducta.

42. Mefoleucus Bl. 43. Armatus, White. 44. Chryfurus.

D. Aculeo et fafcia oculari carentes.

45. *Pavo* Bl. 46. Vefpertilio Bl. 47. Maculatus Bl. *potius Sparus.* 48. Longimanus. 49. Quadrifafciatus. 50. Acuminatus *L.* 51. Argenteus *L.* 52. Leucurus *L.* 53. Pinnatus *L.* 54. Rotundus *L.* 55. Sordidus, Forsk. 56. *Longiroftris*, Brouffon. 57. Orbicularis, Forsk. 58. Punctatus *L.* 59. Macrolepidotus *L. forte idem cum Acuminato.* 60. Orbis Bl. *forte alienus ab hoc genere.* 61. Argus *L.* 62. Saxatilis. Bl. Du

Hamel. An Sax. Lin.? *potius Sparus.* 63. Curacao Bl. 64. Mauritii Bl. 65. Bengalensis Bl. 66. Chinensis Bl. 67. Arthriticus, Bell. 68. Rhombeus Sebae. 69. *Parrae.* Isabelita, 70. *Lividus* Forsteri.

E. Spinis 2 loco pinnarum ventralium. No. 51. *et* 68.

Pertinet ad hoc genus citharoedus maris rubri geminus apud Aelianum h. a. 11. 23.

GENUS 56. ALPHESTES. Tab. 51. p. 236.

Squamae operculi posteriores duplo majores quam anteriores.

Species. 1. Afer. Epinephelus Bl. 2. Sambra.

GENUS 57. OPHICEPHALUS. Tab. 52. p. 237.

Lamina ossea perpendicularis ad latus internum operculi posterioris. Tab. 52. f. 2.

A capite scutis et squamis toto tecto serpentium instar antea dictus.

Species. 1. Punctatus Bl. 2. Striatus Bl.

GENUS 58. LEPIDOPUS. Tab. 53. f. 2. p. 239.

i. e. pedes squammaeformes gerens.

Squammae 2 rigidae loco pinnarum ventralium, analis item squammaeformis.

Species. 1. Gouani. Jarretiere, Gouan.

GENUS 59. ECHENEIS. Tab. 53. f. 1. p. 239.

Caput supra planum, laminis denticulatis transversis, mobilibus incisum et asperum.

Species 1. Naucrates *L.* Pegador *Parrae.* 2. Remora *L.* 3. Lineata. Menzies. 4. Squalipeta, Daldorf. Tropica Euphrasen.

GENUS. 60. CEPOLA. Tab. 54. p. 241.

Corpus taeniaeforme.

Species. 1. Taenia *L.* 2. Rubescens *L.* 3. Coecula. 4. Striata.

GENUS 61. LABRUS. Tab. 55. p. 242.

Labia carnosa, ossa labialia tegentia.

Species A. Pinna caudali hirundinacea;

1. Brasiliensis Bl. *Tr.* Mauritii. 2. *Lunaris L.* 3. Vi-

ridis Bl. 4. Bifafciatus Bl. Varietas. Torquatus Gronov. 5. Javenfis. 6. Verres. *Lutianus* Bl. 7. Coromandelicus. 8. Rufus *L.* Turdus flavus Catesbei. 9. Syriacus. Labrus Pavo *L.*

B. Pinna caudae furcata.

10. Falcatus *L.* 11. Hepatus *L.* 12. Oeyna, Forsk. 13. Opercularis *L.* 14. Gallus, Forsk. 15. Auritus *L.* *Perca* gibbofa Catesbei.

C. Pinna caudae lunata.

16. Melangafter Bl. i. e. ventre nigro. 1. Malacopterus Bl. i. e. pinnis mollibus. 18. Chanus, Forsk. 19. Zeylonicus Forfteri.

D. Pinna caudae rotundata.

20. Melampterus Bl. i. e. pinnis nigris. 21. Cyanocephalus Bl. i. e. capite caeruleo. 22. Julis *L.* 23. Guttatus Bl. 24. Chloropterus Bl. i. e. pinnis viridibus. 25. Rupeftris *L.* Lutianus Bl. 26. Bidens. Lutianus Bl. 27. Notatus Lutianus Bl. 28. Violaceus. *Lutianus Linckii* Bl. 29. Virefcens. Lutianus Bl. 30. Carneus Bl. 31. Fafciatus Bl. 32. Teffellatus Bl. 33. Quinquemaculatus Bl. 34. Macrolepidotus Bl. 35. Vetula Bl. Vieille. Du Hamel. 36. Maculatus Bl. 37. Punctatus *L.* 38. Pictus. 39. Gymnocephalus. 40. Burgall Schoepfii. 41. Ferrugineus L. 42. Livens *L.* 43. Niloticus *L.* 44. Comber Pennanti. 45. Ballan Penn. 46. *Lufcus* L. 47. Scina Forsk. 48. Cynaedus L. 49. Trilineatus, Seba et Koelreuter. 50. Chlorocephalus i. e. capite viridi. 51. Mefothorax. 52. Norvegicus, Lutianus Bl. An Labrus Rone Afcanii? Gibbous Wraffe Pennanti? 53. Olivaceus Brunnichii. 54. Fufcus Ej. 55. Unimaculatus Ej. 56. Venofus Ej. 57. Mediterraneus Ej. 58. Rubens Ej. 59. Pirca Ej. 60. Spalatenfis Ej. 61. Tinca Ej. Old Wife Pennanti. 62. Turdus Ej. Salviani. 63. Varius L. Scarus var. Rondeletii. 64. Lunulatus Forsk. 65. Suillus L. 66. Lineatus Gronov. 67. Linearis L. 68. Paroticus L. 69. Ramentofus Forsk. 70. Perdica Forsk. 71. Subfufcus Gronov. 72. Leucurus Sebae et Gronov. (Idem cum No. 87. Purpureo) 73. Ocellaris L. 74. Ocellatus Forsk. 75. Chinenfis L. 76. Flavescens Sebae. 77. Exoletus L. 78 Unitis L. 79. Lapina Forsk. 80. Americanus. Blackfifh, Schoepfii. 81. Bimaculatus L. 82. Melops L. 83. Gibbus. Wraffe Pennanti. Compara no. 52. Norvegicum. 84. Adriaticus Brunnichii. 85. Niger, Feuillée. 86. Inermis Forsk. 87. Purpureus Sebae. (Idem cum No. 72. Leucuro) 88. Striatus L. *E Pinna caudae truncata.* 89. Argus. 90. Marginalis L. 91. Nigrefcens Sebae. 92. Polyodon Sebae. 93. Tetraodon Sebae. 94. Pinnu-

plimin. 12. Hamur. Sciaena Forsk. 13. Japonicus Bl. 14. Rubescens. Sciaena Gronov. 15. Surinamensis. Sciaena Gronov. 16. Boops, Perca Forsteri. 17. Grunniens. Perca Ej.

Species dubiae. 18. Rabirrubia Parrae. 19. Cherna Ej. 20. Saponaceus. Jabonsilla Ej. 21. Caballerote Ej. 22. Jocu Ej. 23. Ciliaris. Sciaena Forsteri.

GENUS 67. CEPHALOPHOLIS.
Tab. 61. p. 311.

Caput totum squamatum (unde nomen) operculum anterius margine laevi.

Species. 1. Argus. Videant, quibus utriusque *piscis inspiciendi et comparandi copia est, an non idem cum Bodiano Guttato Gen. 71. no.* 1. 2. Amphiprion testudineus et scansor, Genus 52. no. 5. et 6. *Vide Addenda.*

GENUS 68. CALLIODON. Tab. 62. f. 2. p. 312.
a magnis dentibus ineptum nomen imposuit Gronov.

Caput totum squamatum, opercula nec serrata, nec spinosa.

Species. 1. Lineatus Gronov. Variet. Perca Sebae. 2. Gibbosus. Perca chrysoptera L. Perca marina gibbosa Catesbei.

GENUS 69. HOLOCENTRUS. Tab. 63. p. 313.
i. e. totus aculeatus vel spinosus.

Caput antice nudum, opercula anteriora serrata, posteriora spinosa.

Species. 1. Virescens Bl. 2. Ongus Bl. 3. Striatus Bl. 4. Argentinus Bl. 5. Auratus Bl. 6. Tigrinus Bl. 7. Fasciatus Bl. 8. Punctatus Bl. Pr. Mauritii. 9. Lanceolatus Bl. 10. Coeruleo-punctatus Holocentrus Bl. 11. Maculatus Bl. 12. Surinamensis Bl. 13. Bengalensis Bl. *idem cum Gramiste 5 lineato. Gen.* 48. *n.* 16. Perca polyzonia Forsteri. 14. Fulvus Perca Forsteri. 15. Bimaculatus. 16. Malabaricus. 17. Maroccanus. 18. Erythraeus. Perca fasciata Forsk. 19. Caterina. Sciaena Ej. 20. Schotaf. Sciaena Ej. 21. Taurina. Perca Ej. 22. Marinus. Perca L. 23. Argenteus. Perca L. 24. Gigas Brunnich. 25. Unicolor. Perca Sebae. 26. Fuscus. Perca Thunberg. 27. Fario. Perca Ej. 28. Hexagonatus. Perca Forsteri. 29. Bifasciatus Koelreuteri. *Addendorum.*

GENUS 70. LUTIANUS. Tab. 64. p. 324.

Caput antice nudum, opercula anteriora ſerratae poſteriorum ſpinae nullae.

Species. 1. Lutianus Bl. 2. Haſta Bl. 3. Chryſops. 4. Erythropterus Bl. 5. Notatus. 6. Macnula. Mendole. Du Hamel. 7. Bohar. Sciaena Forsk. 8. Gibbus Sciaena Forsk. 9. Niger. Sciaena Ej. 10. Trifurcus. Perca L. 11. Mediterraneus Perca L. 12. Scriba. Perca L. 13. Faſciatus. Perca Sebae. 14. Auratus. *Perca*, *Parck*. 15. Sumatrenſis. Perca Ej. 16. *Pertuſus Perca*, Thunberg. 17. Braſilienſis. 18. Lunulatus, *Park*. 19. Triaſciatus Koelreuteri. *Addendorum*.

Species dubiae. a. Perro Parrae. b. Lunulatus. Cabrilla Ej.

GENUS 71. BODIANUS. Tab. 65. p. 330.

Caput antice nudum, opercula anteriora margine laevi, poſteriora ſpinoſa.

Species 1. Guttatus Bl. (*Vide ſupra ad Cephalopholin Argum annotata.*) 2. Boenak Bl. 3. Ruber Bl. Acara Aya *Pr.* Mauritii. 4. Maculatus Bl. 5. Marginatus Bl. Pirati apia *Pr.* Mauritii. 6. Macrolepidotus Bl. 7. Stelliſer Bl. 8. Argenteus Bl. 9. Louti. *Perca* Forsk. 10. Miniatus. *Perca* Ej. Maculata Forſteri. Variet. a. b. Perca maculata et urodeta Forſteri. *Perca* faſciata Forsk. *Perca* irrorata Forſteri. 11. Summana, *Perca* Forsk. Variet. a. b. 12. Rogaa. Perca Ej. Variet. a. 13. Radula *Perca* L. 14. Sebae. 15. Striatus.

Species dubiae. Guativere Parrae.

GEN. 72. CICHLA. Tab. 66. p. 336.

Caput antice nudum, dentes parvi, opercula neque ſerrata.

Species. 1. Erythrura. Sparus Bl. 2. Cuning. Sparus Bl. 3. Brama. Sparus Bl. 4. Macrophthalma. Sparus *Bl.* 5. Dentex. Sparus Bl. an D. Lin.? *Vide Sparum n.* 10. 6. Japonica. Sparus Bl. 7. Surinamenſis. Sp. Bl. 8. Cynodon. Sp. Bl. *Supra inter Sparos no.* 28. *male relatus.* 9 Tetracantha Bl. Anthias major, Plumier. 10. Bimaculata. Perca Bl. Acara Mauritii MS. 11. Braſilienſis. Perca Bl. Nhacunda, Maur. MS. 12. Argentata Bl. 13. Macrolepidota. Perca Bl. 14. Guttata, Bl. 312. Plumier. Perca L. Variet. Maculata Bl. Plumier. 15. Punctata. Perca Bl. Plumier. 16. Erythropterus. 17. Ocellaris. 18. Argenti maculata. Sciaena Forsk. 19. Cineraſcens. Sciaena Ej. 20. Pelagica. Scomber

GENUS 76. PRISTIS. Tab. 70. p. 350.

Processus maxillae superioris horizontalis utrinque dentatus, aperturae branchiales inferae utrinque 4 — 5.

Species. 1. Pectinata, Latham. 2. Cuspidata, Lath. 3. Canaliculata, Lath. 4. Microdon, Lath. 5. Cirrhata, Lath. 6. Granulosa Parrae.

GENUS 77. RHINA. Tab. 72. p. 352.

Corpus latum, aculeatum, caput rotundatum, pinnae pectorales ventralibus vicinae, (aperturae branchiarum inferae quinae utrinque et reliquae Rajarum notae.)

Species. 1. Ancylostoma. 2. Sinensis.

GENUS 78. RHINOBATUS. Tab. 71. p. 353.

Corpus oblongum, caput acuminatum, cauda fere conica, pinnae pectorales a ventralibus remotae (reliquae notae ut in antecedente.)

Species. 1. Rhinobatus L. Varietas a. b. 2. Laevis. Variet. 3. Electricus, Puraque Marcgrav. 4. Djidfensis Forsk.

GENUS 79. RAJA. Tab. 73. p. 358.

Corpus depressum, os et aperturae branchiales infera 4 — 6 utrinque, pinna ani nulla.

(Ita in Generibus separatim scriptis Blochius, aliter inter Species. Vidi etiam Annotationem supra Generi 40 Pleuronectae subjectam.)

Species. 1. Torpedo L. 2. Timlei. 3. Dipterygia. 4. Capensis. Gronov. 5. Aquila L. 6. *Pastinaca* L. 7. Micrura. 8. Guttata Mauritii MS. 9. Orbicularis. Ibid. 10. Flagellum. 11. Narinari, Euphrasen et Forsteri. 12. Manatia, Cépéde. 13. Sephen Fork. Variet. 14. Niehofii. 15. Arnak. Forsk. 16. Lymna Ej. et Cépéde. 17. Batis L. 18. Oxyrynchus L. 19. Cephaloptera Mobular, Du Hamel et Cepéde. *In Addendis Fabroniana et Banksiana* Cépéde. 20. Imbricata. *In Addendis tuberculata,* Cépéde. 21. Clavata Bl. et Gronov. 22. Rubus Bl. 23. Africana. 24. Asperrima. 25. Cuvieria, Cépéde. 26. Fullonia *L.* 27. Miraletus L. 28. Maroccana. 29. *Eglanteria, Cépéde in Addendis.*

Species dubiae. a. Granulosa *Pennanti.* b. Diabolus Marinus Willughb. (Addo *Petiveri* Gazophylac. tab. 54. f. 2. quam iconem alii comparabunt. c. Ommscherit Forsk. d.

GENUS

Pallas. 37. Maraena Bl. 38. Albula *L.* Salmo maraenula Bl. 39. Wartmanni Bl. 40. Edentulus Bl. 41. Melanurus Bl. 42. Unimaculatus Bl. 43. Groenlandicus Bl. Arcticus O Fabricii. Capelan d'Amérique, Du Hamel. 44. Bimaculatus L. 45. Oxyrynchus *L.* 46. Anastomus Gronovii. 47. Silus Ascanii. 48. Nelma Pallas et Lepechin. 49. Niloticus L. 50. Cyprinoides L. 51. Omisco-Maycus. 52. Sphyraena. Argentina Brunnichii. Peis argent, Du Hamel. 53. Inghaghitsch. 54. Lenock Pallas. 55. Autumnalis, Pallas et Lepechin. 56. Nasus Pallas et Lep. 57. Migratorius, Georgi 58. Nerka. 59. Pelcot, Lepechin. 60. Vimba L. 61. Cylindricus, *Pennant.* 62. Curimata, Charax Gronov. 63. Aegyptius Hasselq. et Forsk. 64. Gasteropelecus Bl. Clupea sima et sternicla L. 65 Immaculatus L. 66. Gibbosus L. 67. Punctatus Mülleri. 68. Muikisi. 69 Erythrinus, Georgi. 70. Rivalis O Fabricii. 71. Kundscha, Pallas. 72. *P*idschian. Ej. Variet. Ej. 73. Leucichthys, Güldenstaedt. 74. Cornubiensis, Borlasse. 75. Digitalis. Arcticus, Pallas. 76. Cylindricus. *Male repetitus, idem No. 61. adsuit.* 77. Pars. Joung Coalfish Pennanti.

Species dubiae. a. Myops Forsteri. b. c. d. e. f. g. h.

GENUS 87. CLUPEA. Tab. 83. p. 422.

Fossula scaphae formis in vertice, abdomen carinatum, serratum.

Species. 1. Harengus L. 2. Sprattus L. 3. Alosa L. 4. Encrasicholus L. 5. Brunnichii. 6. Thrissoides. Cyprinoides Bl. Brousson. Forsteri. Tassart. Plumerii. 7. Thrissa L. 8. Sinensis L. 9. Pilchardus. Bl. Willughbei. 10. Africana Bl. 11. Malabarica Bl. 12. Nasus Bl. 13. Synura. Gymnotus notopterus, Pallas. *Hunc cùm Gymnoto Asiatico L. conjunctùm novo Generi indidit, et Notoptère Kapirat et Ecailleux vocavit La Cépéde II.* 189 — 194. 14. Mystax. 15. Melastoma, i. e. ore nigro. 16. Brasiliensis, Mauritii Ms. 17. Atherinoides L. 18. Cyprinoides. Cyprinus clupoides Bl. 19. Mystus L. 20. Tropica L. 21. Seti rostris Broussonnet. Mystacina Forsteri. 22. Dentex Forsk. (*P. P. structura similis Platystaco.*) 23. Baelama Forsk.

GENUS 88. EXOCOETUS. Tab. 84. p. 429.

Pinnae pectorales longitudine trunci.

Species. 1. Exiliens L. 2. Evolans L. 3. Mesogaster Plumier et Feuillée. Volador Parrae.

Apertura branchialis linearis denudata.

Species. 1. Cyprinoides L 2. Anguilloides L. 3. Caschive Hasselq. *Num Centrisco Nilotico affinis?* 4. Kannume Forskalii.

GENUS 98. POLYODON. Tab. 62. fig. 1. p. 457.

Rostrum ensiforme, anceps, fere longitudine corporis, os dentatum.

Species. 1. Folium, Cépéde.

GENUS DUBIUM 99 ARGENTINA L. p. 458.

Species. 1. Sphyraena L. 2. Carolina L.

*) Propter numerum pinnarum huc pertinent Squalus centrina, acanthias, microcephalus, granulosus, spinosus, squamosus, Americanus, Indicus, Tuberculatus, Squatina, Lobatus, Centriscus Niloticus.

CLASSIS VI. HEXAPTERYGII,

i. e. sex pinnis praediti.

Apodes, i. e. pinnis ventralibus carentes.

GENUS 100. BALISTES. Tab. 87. p. 481.

Pinna dorsalis gemina, apertura branchiarum linearis.

Species. Proprie ad Classem IV. Octopterygiorum pertinet. Pinnas enim ventrales vel concretae, vel coalitae vel aculeis 2 signatae adsunt. Vide Annot. p. 481. 1. Monoceros L. Variet. a. Laevis Bl. b. Nigra. c. Unicolor Gronovii. 2. Hispidus L. Variet a. Longirostris Sebae. 3. Maculatus Bl. Variet. Subaca Parrae. 4. Aculeatus L. Assasi Forsk. 5. Verrucosus L. 6. Rectangulus, B. écharpé, Cépéde. 7. Arcuatus, Rozier. 8. Lineatus. 9. Chrysopterus, An B. armè, Cépéde? 10. Tomentosus Bl. Variet. a. Statii Mulleri. 11. Chinensis Bl. 12. Armatus. 13. Vetula L. Cochino Parrae. 14. Brasiliensis. An B. étoilé, Cepede? et Cucuyo Parrae? 15 Ciliaris. Forcipatus Willughbei. 16. Fuscus. B. grande tache, Cepede. 17. Niger, Parck. 18. Undulatus, Ej. 19. Ringens Lin. Gronovii, Osbeckii. An B. silonné, Cépéde? Galafate Parrae? 20. Conspicillum. Sonnerat, Cépéde. 21. Biaculeatus Bl. 22. Papillosus L. An granulatus, White? 23. Curassauicus Gronov. 24. Capriscus Salviani. 25. Stellaris Cepede. 26. Viridis. B. pralin, Cépéde. 27. Bursa, Rozier. 28. Viridescens, Cepede.

Species dubiae. 1. Americanus Gronovii. 2. Scaber Forsteri.

Species. 1. Barbatum *L.* 2. Blacodes Forsteri. 3. Imberbe L. De Chinensi vide ad Genus 102. annotata. 4. Viride Oth. Fabricii.

GENUS 104. a) POMATIAS.

Corpus cum capite compressum, maxillae in tubum productae, apertura branchiarum valvula carnosa claudenda.

Species. Le Triure *Bougainvillien*, Cépéde. *Vide Addenda.*

GENUS 104. b) GNATHOBOLUS, Addendorum.

Corpus totum compressum, ossa labialia serrata dum os aperitur projecta.

Species. L'Odontognathe aiguillonné, Cépéde.

GEN. 105. MURAENA. Tab. 91. pag. 486

Corpus serpentiforme, apertura branchiarum angusta lateralis.

Species. 1. Anguilla L. Varietas Nilotica Sonnini. 2. Serpens *L.* Ophisurus S. Cépéde. 3. Conger *L.* Conger graece a verrucis capitis dicitur, qualem gerit Species n. 4. congrum binas utrinque branchias alteram duplicem alteram simplicem habere ait Aristoteles h. a. 2, 13. Myrum vero refert dentes extus et intus positos gerere. 4. Guttata Forsk. 5. Arabica. M. cinerea Forsk. 6. Ophis. *L.* Ophisurus O-Cépéde 7. Myrus *L.* 8. Varietas Bl.
Species dubiae. 9. Hauanensis *Parrae.*

GENUS 106. STROMATEUS. Tab. 93. p. 491.

Corpus compressum, latum, squamatum, pinna dorsalis anali opposita, utraque falcata.

Species. 1. *Paru* L. Coryphaena apus *Brunnichii.* 2. Cinereus. 3. Argenteus *Bl.* 4. Niger *Bl.* 5. Fiatula L. 6. Aculeatus. St. Argenteus, Euphrasen. 7. Sinensis, Euphrasen.

GENUS. 107. AMMODYTES. pag. 493.

Caput acuminatum, os edentulum.

Species. 1. Tobianus *L.* 2. Dentatus. *Annotatio.*

GENUS 113. TETRODON. Tab. 95. pag. 502.

Corpus craſſum, maxillae denudatae, edentulae.

Species. 1. Teſtudineus L. 2. *L*agocephalus L. Variet. Stellatus Commerſoni. 3. Lineatus L. Varietas. Forskael. 4. Hispidus L. Videtur eſſe lepus marinus maris Indici, de cujus veneno mira narrat Aelianus h. a. 16, 10. 5. Honkenii Bl. 6. Spengleri Bl. 7. Ocellatus L. 8. Oblongus Bl. 9. Roſtratus Bl. 10. Pſittacus. Varietas: Orbis lagocephalus Sebae. 11. Lunaris. Varietas. 12. Reticularis. 13. Punctatus. 14. Laeuigatus L. 15. Sceleratus Forſteri. 16. Electricus. Peterſon. 17. Meleagris Commerſoni. 18. Immaculatus Ejusd. 19. Nigro punctatus. 20. Pſeudopterus, Commerſoni. 21. Commerſoni, Cépéde. 22. Geometricus, Catesby. 23. Faſciatus, Sebae. Varietas, Ejusdem. 24. Plumerii, Cépéde. *Errorem Galli in Annotatione p. 509. indicatum novo eoque multo graviore cumulatum reperi Vol. II. p. 23. ubi ex pictura piſcis ejusdem a parte antica efficti Genus novum, Le Sphéroïde, exſculpitur, cujus notae ſunt defectus pinnae dorſalis analis et caudalis, maxillaeque ſuperioris dentes ſaltem 4. Speciei unicae caracter editur tuberculorum minimorum per omne fere corpus diſſeminatorum multitudo. Hinc nomen Le Sph. tuberculé piſci in Tab. 1. Fig. 1. picto.*

GEN. 114. ORTHRAGORISCUS. Tab. 97. p. 510.

Cauda latitudine trunci, maxillae connatae, denudatae, edentulae.

Species. 1. Mola. Diodom M. *Bl.* Tetrodon M. *L.* 2. Oblongus, Gronov. *P*ennant. 3. Faſciatus. *P*orc de mer, Du *H*amel. 4. Hiſpidus, Diodon Mola, Pallas. Ex cujus notitia non ſatis eſt definitus. Pinna enim caudali caret. Diſcrepat autem in quibusdam notis notitia Koelreuteri N. C. *P*etrop. X. p. 337. *P*ictura in Tab. VIII. f. 2. 3. accuratior eſſe videtur. *Huc pertinet Ovum Claſſis X. cum Orthragoriſco reſtituendum generi naturali Tetrodontis, quod Diodontas etiam continet.*

GENUS 115. DIODON. Tab. 96. p. 511.

Corpus ſpinis mobilibus armatum, maxillae connatae, denudatae, edentulae.

Species 1. Atinga L. 2. HyſtrixL. Variet. a. b. c. 3. Geometricus. Variet. Lineatus Schoepfii. 4. Brachiatus, Erizo, Parrae. *Vide etiam Addenda.*

Hic est Sagittarius maris rubri, echino similis, aculeis longis et duris armatus apud Aelianum h. a. 12, 25.

GENUS 116. SYNGNATHUS. Tab. 107. f. 1. pag. 514.

Opercula clausa, spiracula 2 tubulosa in nucha.

Species. 1. Typhle *L.* 2. Acus *L.* 3. Ophidion L. 4. Hippocampus L. 5. *Pelagius* L. Capti ad ostium Sequanae formam et colores descripsit Noel apud Cépéde II. 126 qui squillam in stomacho, ova vero 40 satis magna in utero reperit. 6. Biaculeatus Bl. Tetragonus Gmel. 7. Aequoreus L. octogonus Stroem? 8. Barbarus *L.*

Species dubiae. a) Solenostomus, Klein. b) Chorda et c) Asper Ejusdem.

* Propter pinnarum numerum huc pertinent Raja aquila, flagellum, Narinari, Sephen, Lymna: Gymnetrus Grillii.

CLASSIS VIII. TETRAPTERYGII, APODES.

i. e. quatuor pinnis praediti, ventralibus carentes.

GENUS 117. TRICHURUS. Tab. 100. pag. 517. i. e. cauda in pilum desinente.

Pinna dorsalis longitudinalis, corpus ensiforme, argenteum nudum.

Species. 1. Lepturus. *L.* 2. Haumela Clupea, Forskael.

GENUS 118. BOGMARUS. Tab. 101. pag. 518.

Pinna dorsalis longitudinalis, corpus ensiforme, argenteum, squamae deciduae, linea lateralis deorsum curvata, postice aculeata.

Species. 1. Bogmarus. Gymnogaster arcticus Brunnich.

GENUS 118. a. TAENOIDES.

Bogmaro similis, sed cauda acuto apterygia, anali brevi.

Species. 1. Hermanni. *Vide Addenda.*

GENUS 119. STYLEPHORUS. Tab. 99. p. 519.

Venter et anus apterygii, pinna caudalis quinquespinosa.

Species. 1. Chordatus, Shaw.

* Propter pinnarum numerum huc pertinent Raja pastinaca, orbicularis, Varietas Sephen, Niehofii, Arnak, Imbricata, Africana, Asperrima: Muraena ophis: Syngnathus hippocampus et biaculeatus. Orthragoriscus hispidus.

CLASSIS IX. TRIPTERYGII.

i. e. tribus pinnis praediti.

ORDO I. APODES.

GENUS 120. GYMNONOTUS. Tab. 106. p. 521.

i. e. dorſo nudo.

Dorſum cum ventre (et cauda conica) apterygium.

Species. 1. Electricus. Gymnonotus El. L. 2. Carapo L. 3. Macrurus Bl. Carapo L. 4. Roſtratus L. 5. Acus Brunnichi. 6. Albus, Pallas.

ORDO II. ACHIRI ET APODES.

GEN. 121. SYNBRANCHUS, Tab. 103. f. 1. p. 524.

i. e. branchiarum aperturas in unam contractas gerens.

Spiraculum unicum gulare.

Species. 1. Marmoratus Bl. 2. Immaculatus Bl. 3. Transverſalis Muraena Gronovii.

GENUS 122. GYMNOTHORAX. Tab. 105. p. 525.

i. e. pectore nudo.

Spiraculum lineare utrinque, pectus cum ventre apterygium.

Species. A. Dentium palatinorum longa ſerie: 1. Muraena. Muraena Helena L. 2. Fauagineus. 3. *Punctatus*: Variet. a. b. 4. Afer Bl. 5. Echidna Forſteri. 6. Anulatus. Muraena an. Thunberg. *B. Dentibus palatinis confertis aequalibus.* 7. Catenatus Bl. *C. Dentibus palatinis nullis.* 8. Zebra, Schaw. 9. Reticulatus Bl. 10. Nebuloſus. Muraena neb. Thunberg. 11. Pictus. Mur. p. Thunberg. 12. Faſciatus. M. F. Thunberg. Raro, *Parra.* 13. Wilſoni. 14. Scriptus. 15. Braſilienſis Pr. Mauritii, Conger Indicus maculoſus Willughb. 16. Colubrinus, *Pallas.*

* Propter numerum pinnarum huc pertinet Syngnathus barbarus.

CLASSIS X. DIPTERYGII,

i. e. duabus pinnis inſtructi.

ORDO I. APODES.

GENUS 123. OVUM. Tab. 108. f. 1. p. 530.

Pinnae pectorales tantum adſunt.

Species 1. Commerſoni. Tetraod. oviformis Commerſ. Cépéde.

Cl. I. HENDECAPTERYGII.

GEN. I. LEPADOGASTER.

Pinnae pectorales 4, totidemque ventrales.

Pinnae pectorales exteriores majores et anteriores quam interiores; ventrales anteriores et posteriores basi ita coniunctae sunt, ut concham efforment; hae 8 pinnae membrana inter se cohaerent.

*1. Rostratus. L. corpore oblongo, capite rostrato, pinna dorsi et ani longitudinalibus. *Le Barbier ou Porte-écuelle, Lepadogaster, Gouan* 106. 176. *t.* 1. *f.* 6. 7. *Small Suck-Fish, Borlase* 269. *t.* 25. *f.* 28. 29. *Jura-Sucker, Pennant B. Z. III.* 137. *n.* 59. *t.* 22.

B. 5. P. 17. 10. V. 4. 23. A. 11. C. 11. D. 17.

Corpus cartilagineum, oblongum, bruneum, alepidotum, glabrum. Caput depressum, trunco latius, ovatum: rictus horizontalis, amplus; labia crassa, cartilaginea; dentes antici granulosi,

postici acuti, lobati, incurvi; lingua et palatum glabra; oculi laterales, oblongi, cute communi tecti; nares geminae, anteriores lobulo auctae, opercula carnofa, infra et fupra fraenata; apertura branchialis angufta, tubulofa. Anus pinnae caudali propinquior, quam capiti. Linea lateralis inconfpicua. Pinnae muticae, ventrales anteriores, jugulares, pectorales et caudalis rotundatae, dorfalis et analis caudali parum connexae.

Habitat in mari Britannico, longus 4-poll.

*2. Nudus. L. corpore trigono, capite magno, lato, convexo, operculis unispinosis, pinna dorfali parva, anali opposita. *Cyclopterus nudus, Linn. n.* 2. *Mus. A. F.* 57 *t.* 27 *f.* 1. *Gmel.* 1475.

B. 1. P. 18. 14. V. 4. 16. A. 6. C. 10. D. 12.

Habitat in India, biuncialis.

3. Dentex. L. dentibus conicis, anterioribus majoribus in maxillis, parvis in palato et faucibus, naribus bigeminis, operculis pofterioribus craffis, sub cute mucronatis, pinna anali ab ano remota, *Cyclopterus Dentex*, *Pallas S. Z. VII.* 6. *t.* 1. *Gmel.* 1475. *n.* 5.

B. 2. P. 23.. V. 4... A. 6. C. 10. D. 8.

Branchiae perfectae ternae, quarta minor operculo anteriori adnata.

Habitat in mari Americam australem alluenet, fesquipedalis.

4. Pinnulatus. L. corpore nudo, albo maculato, pinnulis ante oculos geminis *F. R. Forfteri Ms. IV.* 15.

Corpus ſemipellucidum, mucoſum, viride olivaceum, circa caput maculis rivuloſis confluentibus, paululum rubicundis, in reliquo corpore maculis irregularibus ſparſis virenti-albidis. Caput depreſſum, corpore latius, ſupra infraque planum, operculis ventricoſis, rictus inferus: labia craſſa, revoluta; dentes utriusque maxillae antici plurimi obtuſi, validiusculi conferti, in latere utrinquae una ſerie poſiti; lingua denticulata: nares geminae, tubulatae; oculi parvi, laterales, cute communi tecti, linea lateralis nulla; poſt anum eminet cylindrus genitalis.

Br. 6. D. remotae, rubicundae ſtriis 4 obliquis nigris notatae, 7. P. 24. V. 4. A ſimillimae dorſali, 6. C. 12.

Habitat mare indicum juxta Novam Zeelandiam inter lapides litoreos ad oſtia rivulorum, *Moye-àdoo* vocatus. Schn:

5. Ventricosus. L. corpore ventricoſo, capite craſſo, trunco anguſtiore, cauda attenuata, dentibus minutis maxillarum, naribus geminis tubulosis, operculis adnatis, apertura branchiarum tubuloſa. *Cyclopterus ventricosus*, *Pallas S. Z. VII.* 15. *t.* 2. *Gmel.* 1476. *n.* 6.

B. 4. P. 18-20... V. 6... A. 8-9. C. 10. D. 10.

Habitat in mari inter Kamtſchatkam et Americam, fere pedalis.

6. Minutus. L. capite trunco craſſiore, ſubquadrato, tuberculis tribus supra roſtrum, maxillis ſcabris, apertura branchiali ampla, operculis ad nucham mucronatis, tuberculis 2 oſſeis, albis ſupra pinnas pectorales, ſuperiore bispinoſo, inferiore rugoſo, pinna cutacea ante pinnam dorſi, ut in Cycl. Lumpo. caudali integra, ano

fere medio. *Cyclopterus minutus*, *Pallas S. Z. VII.* 12. *t.* 3. *f.* 7-9. *Gmel.* 1475. *n.* 4.

B. 4. P. 16. . V. 7 . . A. 7 - 8. C. 10. D. 8.

Habitat in mari Atlantico.

7. TESTAR. *tab.* 1 L. corpore oblongo, teſtaceo, capite trunco latiore, pinnarum ventralium poſteriorum duodecim radiis, anali caudali vicina. *Cephalus fluviatilis maior*, *vulgo Teſtar*, *Plumier Ms.*

P. 11. . . V. 4. 10. A. 5. C. 11. D. 8.

Annotatio. Huius generis piſces a Cyclopteris mihi non aliter niſi notis familiae peculiaribus ſeparandi eſſe videntur. Ventrales certe quadrigeminas in Lepadogaſtre ſuo non memoravit Gouan. Pectorales is quodrigeminas invicem connexas vidit et deſcripſit, quarum priores, minores, et anteriores amplectuntur concham minorem non radiatam. Ventrales contra in orbem ſeu concham, nullis radiorum veſtigiis inſignem, coalitae ſunt. Blochius autem ſingulam concham pro ventralibns geminis pinnis numeravit: quod facere licebit tantum in roſtrato, ubi conchae duae ſeparatae et diſtinctae adſunt. In nudo Linnaei et dentice Pallaſii prior concha imperfecta, ſemilunaris, lateribus utrinque diviſa et ſeparata a poſteriore eſt, media vero ſui parte confluit. In dentice tamen Pallas non pinnas pectorales quadrigeminas poſuit, ſed acetabuli ſuctorii partem anteriorem lunatam cornua ait gerere radiis quatuor diſtenta, quae pinnarum ventralium vices gerant: at poſteriore acetabuli disco circulari retrorſum libero, pone pinnas pectorales adſcendere auriculam ſemi-

circularem, conchoideam, cartilagineam, corpori acclinem, ſed liberam. Haec in ventricoſo et minuto deest, in quibus Pallas acetabulum unum et individuum limbo utrinque radiato et ventralium pinnarum vices gerente annotavit. Utraque igitur haec ſpecies ad cyclopteros releganda iterum videtur. In Plumerii cephalo veluti in dentice, minuto et roſtrato pinnae pectorales quadrigeminae adſunt, quarum anteriores et minores acetabuli individui partem priorem amplectuntur: pars acetabuli poſterior limbum in pictura Plumerii utrinque duodecies radiatum gerit. Oculos pictor addidit. Idem Plumerius in alio folio Codicis, Blochiani picturam quadruplicem appoſuit piscis teſtacei, quem *Cephalum fluviatilem minorem vulgo ſuccet*, vocavit. Is pinnas pectorales geminas, ventralium loco acetabulum individuum, dorſalem vero geminam, priorum quidem inaequalem ſexies radiatam gerit, cetera ſqamatus, unde ſqamatum appellarem. Fluviatilem ſi vere, uti credere licet, dixit Plumerius utrumque, aquas dulces Cyclopteri ſpecies duae habitant, hucusquae ignotae, quarum notitiam a Plumerii manu profectam in Codice invitus deſidero. Schn:

Cl. II. DECAPTERYGII.

Ord. I. JUGULARES.

GEN. 2. GADUS.

Squamae et pinnae molles, radii 7 teretes membranae branchiostegae.

A. Dorſo tripterygio.

1. *Cirrho menti.*

*1. Aeglefinus. G. linea laterali nigra, macula nigra ſupra pinnam pectoralem, maxilla ſuperiore longiore, pinna caudali lunata. *Bl. t.* 62. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1159.

P. 19. V. 8. A. 22. 21. C. 27. D. 17. 20. 19.

Corpus oblongum, craſſum, cinereum, nares bigeminae juxta oculos, apertura branchialis perampla, ſquamae laeves, deciduae, orbiculatae, linea lateralis dorſo vicina, anus medius.

Habitat oceanum ſeptentrionalem gregalis, migrans. Caro ſapida.

*2. Callarias. G. corpore guttato, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali lata, curva maculata, ventre prominente, pinnis immacula-

tis, ſquamis minimis, pinna caudae aequali. *Bl. t.* 63. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1160.

P. 17. V. 6. A. 18. 17. C. 26. D. 15. 16. 18.

Habitat in mari Baltico et oceano Europaeo ſeptentrionali, Januario et Febr. ova pariens. Caro ſapida.

P. 21. V. 6. A. 23. 25. C. 40. D. 13. 20. 25.

Var. Nowaga. G. pinna dorsali secunda longiore. *N C. Petrop. XIV.* 485. *t.* 11. *diverſum tamen ſpecie ſacit Lepechin Ib. XVIII.* 512 *not.*

*3. Morhua. G. corporis pinnarum que maculis flavicantibus, linea laterali recta, immaculata, ſquamis majoribus, pinna caudali aequali. *Bl. t.* 64. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1162.

B. 7. P. 16. V. 6. A. 17. 16, C. 30. D. 15. 19. 21.

Habitat oceanum Europaeum et Americanum ſeptentrionalem. Magna copia circa Terram Novam Americae capitur. Siccatus vel ſalſus sub diverſis nominibus venditur.

*4. Minutus. G. corpore albo, ſquamis minimis, ano medio, linea laterali anguſta, pinna caudali aequali. *Bl. t.* 67 *f.* 1. *Linn. n.* 6 *Gmel.* 1164.

P. 14. V. 6. A. 27. 17. C. 18. D. 12. 19. 17.

Habitat oceanum Europaeum et Mediterraneum.

5. Barbatus. G. corpore lato, ano pinnis pectoralibus vicino, maxilla superiore longiore, inferiore punctis 14 pertusa, linea laterali nigra, ab initio arcuata, pinnarum margine nigro. *Bl. t.* 166. *Linn. n* 5. *Gmel.* 1163.

B. 6. P. 18. V. 6. A. 25. 17. C. 70. D. 13. 19. 18.

Habitat oceanum Europaeum ſeptentrionalem.

*6. LUSCUS. *tab.* 2. G. corpore lato, rictu anguſto, radio pinnarum ventralium primo in setam èlongato, oculis magnis, linea laterali media inflexa, ano pinnis pectoralibus vicino, pinna caudae lunata. *Linn. n.* 4. *Gmell.* 1163. *Bib Cornubiensibus, Pennant B. Z. III.* 184. *n.* 76.

P. 16. V. 6. A. 24. 20. C. 25. D. 13. 21. 20.

Habitat oceanum Europaeum.

7. SAIDA. G. Pinnae dorsalis tertiae radio quarto, analis primae radio quinto reliquis longioribus, ventralium ſecundo in ſetam elongato, maxilla inferiore ſublongiore, pinna caudae bifurca. *Lepechin in N. C. Petrop. XVIII.* 514.

P. 16. V. 6. A. 18. 20. C. 20. 26. D. 10 - 11. 16-17. 20.

Habitat mare album. Caro exsucca.

8. TOM-COD. G. corpore parvo, capite depresso, maxilla superiore longiore, ordine dentium setaceorum unico, ano medio, pinna anali secunda oblonga, rotundata. *Schoepf. in Schrift. der G. N. Fr. VIII.* 140.

B. 7. P. 16. V. 6. A. 18-20. C. 20. D. 14. 16-21.

Habitat mare ſeptentrionale Americae.

9. BLENNOIDES. G. pinnis ventralibus biradiatis, squamis minimis, ano capiti vicino, pinna caudae divisa. *Pallas S. Z. VII.* 47. *t.* 5. *f.* 2.

P. 19. V. 5. A. 23. 19. C. 27. D. 10-11. 17. 16.

Habitat iu Mari Mediterraneo, dodrantalis.

10. Brosme. G. dorſo monopterygio, pinna dorſali et anali longitudinalibus, caudali lunata, ventrali 5 radiata. *Brosme Norvegis Stroem. I.* 272. *t.* 1. *f.* 19. *Ascanii t.* 17. *Torsk, Pennant, B. Z.* 203. *n.* 89. *t.* 34. *Keila Islandice, Olaſſen* §. 527. *n.* 6. *t.* 27.

P. 20. V. 5. A. 60. C. 30. D. 100.

Habitat in oceano ſeptentrionali.

2. *Mento imberbi.*

*11. Merlangus. G. corpore albo, ſquamis parvis, rotundis, maxilla ſuperiore longiore, ano pinnis ventralibus vicino, prima anali longiore, linea laterali recta. *Bl. t.* 65. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1167.

P. 20. V. 6. A. 30. 20. C. 31. D. 16. 18. 19.

Habitat oceanum Europaeum, gregalis.

*12. Carbonarius. G. ore interno cum dorſo pinnisque nigro, maxilla inferiore longiore. ano fere medio, linea laterali recta, ſquamis minimis, pinnis analibus fere aequalibus, caudali lunata, ventralibus parvis. *Bl. t.* 66. *Linn. n.* 9 *Gmel.* 1168.

P. 21. V. 6. A. 25. 36. C. 26. D. 14. 19. 20.

Habitat in oceani Europaei fundo rupeſtri, gregalis.

13. Virens. G. maxillis aequalibus, dentibus numeroſis, aceroſis, linea laterali alba, recta, pinna caudali bifida, dorſo virescente. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1166. *Seu Norvegis, Ascanii t.* 23.

P. 17. V. 6. A. 20. 24. C. 40. D. 13. 20. 19.

Habitat in mari Norvegico, ubi copioſiſſimus capitur.

*14. Pollachius. G. maxilla inferiore longiore, ano pinnis ventralibus vicino, linea laterali nigra, lata, antice incurva, pinna caudae diviſa, anali anteriore longa. *Bl. t.* 68. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1169.

P. 19. V. 6. A. 28. 19. C. 40. D. 13. 18. 19.

Habitat oceanum Europaeum ſeptentrionalem et mare Balticum.

3. *Enneapterygii, dorſo dipterygio.*

15. Fasciatus. G. corpore variegato, capite nigro, trunci faſciis nigris undulatis, pinnis dorſi et caudae nigro punctatis. *Froſt Americanis*, *Pennant A. Z. Suppl.* 114.

Habitat circa Americam ſeptentrionalem, longus ſpithamam et ultra.

*16. Merluccius. G. rictu amplo, dentibus magnis, acutis, linea laterali recta, lata, dorſo vicina, ano medio, ſquamis parvis, pinna dorſali ſecunda anali oppoſita, ambabus in medio humilibus, ano capiti viciniore, quam pinnae caudae aequali. *Bl. t.* 164, *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1169.

P. 12. V. 7. A. 37. C. 20. D. 10. 39.

Habitat mare ſeptentrionale et Mediterraneum, gregalis, carne ſapida, longus 2-ped. latus 2-poll.

17. Magellanicus. G. Mento imberbi, pinnae dorſi prioris trigonae radiis 5, poſterioris

31 ſimplicibus, pectoralibus ſubbrachiatis. *Gadus M. J. R. Forſteri, Ms. IV.* 46.

Corpus oblongum, compreſſiusculum, ſquamoſum fulvo-fuscum, ſquamae mediocres ſemiorbiculatae imbricatae, ſeſsiles: caput ſupra planum, declive, aequale fere corpori, lateribus et infra rotundatum, ſquamoſum. Rictus mediocris rectus, roſtrum breue, declive, latum, depreſſum, obtuſum: maxillae obtuſae aequales, labia carnoſa, craſſiuscula, revoluta: dentes minuti, conferti, acuti: palatum et lingua poſtica denticulata: nares ſuperae, ſimplices, in ſcrobiculis poſitae et margine cirrhoſo cinctae: oculi ſuperi, laterales, mediocres, membrana nictitante anulari tecti, iris fusca, intus circulus aureus; opercula triphylla, lamina anterior rhombea, ſquamoſa cum poſtica: membranae br. 6 radii: abdomen turgidiusculum, linea lateralis ſupera, parallela, obſoleta, prope caudam abrupta, in cauda media: anus medius, amplus: cauda compreſſa, pinna recta 14 radiis: pinnae omnes fuscae. P. D. prior triangularis, 5 radiis ſimplicibus ut altera 31. P. P. media, ſubbrachiata, rotundata, radiis 17 dichotomis, P. V. acuminatae, 6 radiis, A. 25.

Habitat mare circa terram del Fuego, prope litora inter fucos. Schn:

Species non definienda.

Lacustris. G. corpore ſuperne ſubſpadiceo, inferne griſeo, cirrhis 3 menti, medio duplo longiore. *Matheme Americanis, Land-Cod Anglis, Pennant A. Z. Introductio* 191. Tripedalis.

Ord. II. THORACICI.

GEN. 3. TRIGLA.

Caput loricatum, pinnae dorſales et pectorales utrinque geminae.

Radii pinnarum pectoralium anteriorum, (Trigla volitante excluſa) baſi tantum connexi, inſident margini inferiori thoracis. In Scorpaena carinata et monodactyla, in Synanceia didactyla et rubicunda radii ſolitarii vel bini ſimiles adſunt, ſed dorſalis pinna unica.

*1. Volitans. Tr. pinnarum pectoralium anteriorum radiis 6, poſterioribus longitudine trunci, ſquamis in medio carinatis. *Bl. t.* 351. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1346. *Rondine Salviani* 187. *Morcielago, Parra* 25. *t.* 14.

P. 6. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 12. D. 6. 8.

Corpus oblongum, hiſpidum; caput parvum, obtuſum, rictus horizontalis, dentes minutiſſimi multi in maxillis, palato et baſi linguae, nares ſimplices, oblongae, oculi ſubverticales, opercula ſpinoſa, apertura branchialis ampla, membrana branchioſtega 7 radiata; anus medius; linea lateralis recta, dorſo vicina; pinna caudae hirundinacea, pectorales maculatae.

Habitat in mari Atlantico, Mediterraneo et et inter tropicos, pedalis: agitata evolat.

2. Alata. Tr. pinnis pectoralibus anterioribus undecies radiatis, capite angulato, mucronibus 2 protenſis ex maxilla inferiore et a margine operculorum. *Houttuyn* 336. *n.* 25. *Gmel.* 1346. *n.* 13.

P. 11. V. 6. A. 14. C. 14. D. $\frac{7}{7}$.

Habitat in mari Japoniam alluente, longa 4-pollices.

3. ASIATICA. Tr. pinnis pectoralibus anterioribus quadriradiatis, posterioribus falcatis, corpore argenteo, teretiusculo, laevi, operculis anterioribus serratis. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1345.

P. 4. 18. V. 6. A. 17. C. 18. D. $\frac{1}{7}$. 16.

*4. LINEATA. Tr. corpore rubro, capite obtuso, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, scapula serrata, cuspidata, linea laterali aspera, scutis in medio spinosis, ano capiti viciniore, pinna caudae lunata. *Bl. t.* 354. *Gmel.* 1345. *n.* 12.

P. 3. 9. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 13. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{17}$.

Habitat ad Cornubiam, longa 10-pollices.

*5. CAROLINA. Tr. corpore guttato, glabro, squamis minimis, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, posterioribus elongatis, latis, violaceis, oculorum membrana superius nigra, macula nigra in pinna dorsali prima, caudali rotundata. *Bl. t.* 352. *Linn. Mantiss. II. Gmel.* 1347. *n.* 11.

P. 3. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 15. D. $\frac{9}{9}$. 12.

An Rubio volador? *Parra tab.* 38. corpore cinereo supra, flavicante infra.

Habitat in mari Carolinam alluente.

6. PUNCTATA. Tr. corpore rubro, capite antice glabro, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, posterioribus latis, coeruleis, rubro-punctatis, caudali rotundata, squamis parvis. *Bl. t.* 353. *Plumier Ms.*

P. 3. 13. V. 6. A. . C. 12. D. .

Habitat ad Antillas.

*7. Pini. Tr. corpore ſanguineo, lobis 2 brevibus ſpinoſis ad apicem capitis, linea laterali lamellata, aspera, ſcapula rotundata, operculo anteriore unispinoſo, poſteriore bipinoſo, ano medio, pinna caudali lunata, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis. *Bl. t.* 555.

P. 3. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 18. D. $\frac{9}{9}$. 19.

Longa 10-pollices.

*8. Lyra. Tr. corpore rubro, capite magno, declivi, roſtro oſſeo, bilobato, lobis dentatis, aculeo retrorſum curvato ad marginem orbitae ſuperiorem, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, poſterioribus magnis, caudali lunata, ano capiti viciniore, ſquamis minimis. *Bl. t.* 350. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1342.

P. 3. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 19. D. $\frac{9}{9}$. 16.

Habitat in mari Britannico.

*9. Gurnardus. Tr. capite magno, figuris ſtellatis elatis hispido, poſtice ſpinis longis terminato, roſtro oſſeo, diacantho, ſcapula unispinoſa, linea laterali alba, lata, aculeata, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, poſterioribus nigris, caudali lunata. *Bl. t.* 58. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1342.

P. 10. V. 6. A. 17. C. 9. D. $\frac{7}{7}$. 19.

Habitat in Oceano Europaeo, mari Britannico et Mediterraneo, pedalis.

*10. Cuculus. Tr. corpore rubro, ſquamis minutiſſimis, linea laterali mutica, macula nigra in pinna dorſali prima, ano pinnis ventralibus vicino, caudali bifurca. *Bl. t.* 59. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1343.

P. 3. 10. V. 6. A. 12. C. 15. D. $\frac{10}{10}$. 8.

Habitat in oceano Europaeo, Mediterraneo et ad Bonae Spei Promont: pedalis.

*11. Hirundo. Tr. pinnis pectoralibus posterioribus latis, nigris, ventralibus longis, abdomine ventricoso, linea laterali glabra, caudali sublunata. *Bl. t.* 60. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1344.

P. 3. 10. V. 6. A. 14. C. 16. D. $\frac{9}{9}$. 15.

Habitat maris Mediterranei profunda et rarior oceani septentrionalis, longa 2-pedes.

12. Adriatica. Tr. corpore rubro, fasciis maculisque nigris vario, capite fere laevi, obtuso, squamis verticillatis, linea laterali aculeata, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, posterioribus subtus nigris. *Brunnich.* 99. *n.* 13. *Gmel.* 1346. *n.* 14.

P. 3. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. 14. C. 16. D. 16.

Habitat in mari Adriatico.

13. Minuta. Tr. dorso bicarinato, spina horrente in operculo posteriore, pinnis pectoralibus et ventralibus acuminatis, caudali rotundata. *Linn. Mantiss. II. Gmel.* 1346. *n.* 10.

P. 3. 8. V. 6. A. 14. C. 10. D. $\frac{5}{5}$. 24.

Habitat mare Indicum.

14. Evolans. Tr. rostro emarginato, mucronibus tribus serratis pinnis dorsalibus interpositis, caudali bifida, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, posterioribus nigris, corpore latioribus et dimidii longitudine. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1345.

P. 3. 13. V. 6. A. 11. C. 13. D. 8. 11.

Habitat in Carolina.

15. Obscura. Tr. radio ſecundo pinnae dorſalis primae ſetaceo, ſquamis planis reniformibus ad lineam lateralem, lacuna (*lamina?*) pinnae dorſalis acuta, retrorſum ſerrata, pinna caudali bifurca. *Linn. Mus. A. F. II.* 94.

P. 5. 10. V. 6. A. 18. C. 13. D. $\frac{2}{10}$. 20.

Habitat mare Mediterraneum.

16. Hamata. Tr. capite depreſſo, roſtro bilobato, ordinibus 4 hamorum utrinque, hamis 3 ſupra et infra caudam, pinnis rubris longiſſimis, caudali bifurca, pectoralibus anterioribus biradiatis, carina abdominali utrinque. *Chabrontera Hiſpanis*, *Osbeck in N. A. N. C. IV.* 101.

Br. 7. P. 2... V. 6. A. 20. C... D. 26.

*17. Cataphracta. Tr. corpore cataphracto, octogono, rubro, hiſpido, roſtro furcato, elongato, inferius cirrhis plurimis, pinna prima pectorali biradiata, ore edentulo, ano capiti viciniore. *Bl. t.* 349. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1341.

P. 2. 12. V. 6. A. 20. C. 13. D. 7. 26.

Habitat in mari Mediterraneo et Indiae orientalis.

18. Fasciata. *tab.* 3. *f.* 1. Tr. corpore granulato, faſciis tribus obliquis trunci et totidem pinnae caudalis, capite obtuſo, pinnis pectoralibus anterioribus triradiatis, poſterioribus magnis. *Coryſtion n.* 1. *lein. M. IV.* 45. *t.* 14. *f.* 2.*)

*) Figuram corporis a pictore noſtro immutatam temere video. Haud ſcio an huc an ad aliam ſpeciem pertineat Trigla corpore ſupra coeruleſcente, ventre albicante, faſciis laterum rufis et rubris verſus caput flexis, ventralibus fuſco guttatis, dorſali gemina, ſpatio ½ poll. ſeparata, caudali rubro caeruleo et virideſcente varia. **L'Angelo Verz: adriat. F. 99.** Schn;

19. Pen-

19. Pentedactyla. Tr. Pinnis pectoralibus anterioribus 5 radiatis, apicem ventralium fere attingentibus, regione oris et pinnis omnibus punctis nigris irroratis, corpore argenteo, caudali falcato-bifurca, ventralibus trigonis, anali falcata, pectoralibus parum falcatis, dorſali priore trigona, altera falcata cum anali intra folia ſquamoſa condenda. *Trigla aſiatica J. R. Forſteri Ms. III.* 27.

Br. 7. D. $\frac{7}{7}$. 13. P. 17-18. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 16.

Habitat oceanum pacificum. Schn:

Species nondum definitae.

Lucerna. Tr. digitis ternis, roſtro ſubbifido, linea laterali ad caudam bifida. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1344.

P. 5. V. 6. A. 15. C. . . D. 10. 11.

Habitat in oceano ſeptentrionali.

* Trachinus. Corpus albo cinereum, venter albus, caput verrucoſum, ut cutis ſquali minoris, oculi parvi, verticales, vicini; appendices ad pinnas pectorales conſtantes uno aculeo utrinque: pinna caudalis cuneiformis. *Tr. trigloides, Osbeck in N. A. N. C. IV.* 102.

Br. 6. D. 4. 14. P. . . V. . A. . . C. 12.

Habitat mare Hiſpanicum. Schn:

Ord. III. ABDOMINALES.

GEN. 4. POLYNEMUS.

Pinnae dorſales et pectorales geminae.

*1. Plebejus. P. pinnis pectoralibus an

teriorihus quinqueradiatis, corpore albo, capite oblongo, roſtrato, rictu amplo. *Bl. t.* 400. *Gmel.* 1401. *n.* 4.

P. 5. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 22. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{14}$.

Corpus oblongum, compreſſiusculum, dorſum craſſum, planiusculum, opercula ſquamata, oculi ſubverticales, oſſa labialia longa, nares duplices, maxillarum dentes parvi, conferti, maxilla ſuperior longior, apertura branchialis ampla, membrana branchioſtega ſeptemradiata, linea lateralis recta, fere media, ſquamae magnae, laeves, radii pinnarum pectoralium anteriorum baſi inter ſe et cum poſterioribus membrana connexi, pinna dorſi ſecunda anali oppoſita, ambae falcatae, anus remotus, interſtitia radiorum pinnarum ſquamata, pinna caudae magna, ſquamata, diviſa.

Habitat in India orientali Tamulice *Kalamîn*, Luſitanis *Peixe royal*, et ad inſulam Otaheiti *Emoi* dictus.

*2. Sextarius. *tab.* 4. P. corpore argenteo, capite brevi, roſtro acutiusculo, pinnis pectoralibus anterioribus ſexradiatis, macula magna nigra pone operculum poſterius, ano capiti viciniore, pinnis ſquamatis.

P. 6. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 20. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{14}$.

Habitat mare ad Tranquebariam, ſpithamam paulo ſuperat, in ciborum deliciis habitus, Tamulice *Kattikahla* audit.

*3. Paradiseus. P. corpore argenteo, capite parvo obtuſo, pinnis pectoralibus anterioribus ſeptemradiatis, operculo anteriore ſerrato, aculeo tertio pinnae analis praelongo, robuſto,

elongato, ano medio, pinna caudae furcata, operculi margine posteriore denticulato, maxillis subtiliter denticulatis, oculis cute communi tectis. *Bl. t.* 402. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1401.

B. 5. P. 7. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 8. D. $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat in India orientali.

4. VIRGINICUS. P. pinnis pectoralibus anterioribus septemradiatis, caudali lata, acuta, operculis serratis, radio primo dorsalis prioris brevissimo. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1400.

P. 7. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 15. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat ad Americam.

*5. DECADACTYLUS. P. corpore bruneo, capite obtusissimo, ossibus labiosis gracilibus, pinnis pectoralibus anterioribus decemradiatis, oculis magnis, superius cute communi tectis, squamis magnis deciduis, ano pinnae caudae viciniore, pinna caudali furcata. *Bl. t.* 401.

P. 10. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{14}$.

Palati duo ossa oblonga aspera; lingua libera, crassa, laevis; squamae magnae, margo posterior operculorum branchialium membranaceus, subtiliter incisus, occipitis pecten osseus ad dorsalem pinnam excurrit; cutis gulae et inter branchia squamata.

Habitat ad oram Guineae, a Danicis colonis *Stumpfnäss* dictus, longus 10, latus $2\frac{3}{4}$ pollices.

6. POLYDACTYLUS. P. radiis novem pinnae pectoralis anterioris, posterioribus brevi-

bus, lineis corporis flavis longitudinalibus. *Vahl in Skriv. Naturh. Selſk. IV. 2det Hefte* 158.

B. 7. P. 15. V. 6. A. 12. C. 18. D. 7. 15.

Habitat in mari Africano Tingidem alluente, ſpithamalis et ultra.

Cl. III. ENNEAPTERYGII.

GEN. 5. SCOMBER.

Caput anterius vel totum vel partim nudum, pinna caudalis rigida, furcata.

A. Pinna dorſali gemina, pinnulis ſpuriis.

Radii poſteriores pinnae dorſalis et analis a ſe remoti et in apice multum ramificati pinnulae ſpuriae dicuntur.

*1. Thynnus. Sc. pinnis dorſalibus approximatis, prima 15 ſpinoſa, ſquamis parvis, integris, rotundis, pinnulis ſupra 8, infra 7, pinnis pectoralibus longis. *Bl. t.* 55. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1330.

P. 22. V. 6. A. 13. C. 25. D. $\frac{15}{15}$. 12.

Corpus oblongum, carnoſum, argenteum, caput magnum, nudum, acuminatum, os terminale, rictus amplus, dentes acuti, parvi, conferti in maxillis et palato, lingua libera, glabra, oſſa labialia lata, nares bigeminae, apertura

branchialis ampla, membrana branchioſtega ſeptemradiata, ſquamae minimae, molles, anus caudali pinnae propinquior, quam capiti, linea lateralis recta, fere media, pinnae breves, cauda anguſta quadrangula.

Habitat in maribus Europam, Africam et Americam auſtralem alluentibus, longus 3-4 rarius 10 pedes. Caro exquiſita in cibo.

*2. Regalis. Sc. vitta longitudinali maculisque aureis, linea laterali poſtice deorſum flexa, ano medio, pinnis dorſalibus ſibi vicinis, anteriore 18 ſpinoſa, pectoralibus curtis, pinnulis 8 ſupra et infra, carina caudali. *Bl. t.* 333. *Palamis minor maculata, vulgo Taſſart, Plumier Ms. Guatucupa Marggrav.* 177.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 10. 7. C. 21. D. $\frac{18}{18}$. 13. 8.

Habitat in Indiis, carne ſapidiſſima, ſesquipedalis. Tamulice *Wöllrâ min*, Luſitanis Indicis *Peixe royal* audit.

3. Colias. Sc. corpore ſquamato, pinnis dorſalibus a ſe remotis, ano caudali pinnae viciniore, carina pellucida. *Cetti Sard. III.* 199. *Gmel.* 1329. *n.* 11. *Rondelet I.* 232. *an Bize, Duhamel Trait. des Pêch. III.* 208. *t.* 7. *f.* 4?

Habitat in mari Mediterraneo ad Sardiniam.

*4. Sarda. Sc. ſtriis obliquis incurvis dorſalibus, corpore a nucha usque ad pinnas pectorales tantum ſquamoſo, ano pinnae caudali viciniore, pinnulis 7 ſupra, 6 infra, dentibus acutis, discretis, ſatis magnis, carina caudali. *Bl. t.* 334. *Pelamys Sarda Rondelet. I.* 248.

P. 16. V. 6. A. 14. 6. C. 20. D. $\frac{21}{21}$. 15. 7.

Habitat in mari Mediterraneo et Atlantico, pedalis.

5. CORDYLA. Sc. corpore compreſſo, lato, linea laterali curva, laèvi, prope caudam recta et loricata. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1332. *Gronov. Zooph. n.* 307.

Habitat in oceano Americano.

6. PELAMYS. Sc. pinnulis inferioribus 7, corporis lineis utrinque 4 nigris. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1330.

P. 27. V. 6. 14. C. . D. 15. 11.

Habitat in oceano inter tropicos et Atlantico.

7. MEDITERRANEUS. Sc. capite acuto, rima transverſali ante oculum, carina caudali, vittis 5-6 nigris ſupra lineam lateralem, oblique aſcendentibus, pinnulis ſupra 8 infra 7. *Sc. Pelamys Brunnichii P. M.* 68. *n.* 85.

Br. 7. P. 24. V. 6. A. 15. 7. C. 18. D. $\frac{23}{23}$. 15. 28.

Hunc ſpecie eſſe diverſum a Pelamide Linnaeì demonſtrat numerus radiorum ſpinoſorum pinnae prioris dorſi.

*8. GUTTATUS. *tab.* 5. Sc. corpore oblongo, alepidoto, capite acuminato, guttis nigris circa lineam lateralem dorſo vicinam, maxilla inferiore longiore, carina caudali, cauda attenuata, pinnulis 8 ſupra, 7 infra.

B. 7. P. 18. V. 6. A. 20. 7. C. 22, D. $\frac{15}{15}$. 19. 8.

Habitat ad Tranquebariam pelagius inter ſaxa; noctu a Januario uſque ad Martium ad ſummum emergens capitur, 3½ pedes longus; Tamulice *Wantſaran* audit.

Comparatis exemplis duobus ſiccis vereor ne

piſcis idem ſit cum regali ex Plumerii pictura deſcripto. In linea laterali in regione pinnae analis deflexa et undulata uſque ad caudam ſquamas reliquas vidi parvas: dentes conici maxillam ſuperiorem totam usque ad commiſſuram oſſis labialis occupant. Schn:

*9. Scomber. Sc. pinnis dorſalibus a ſe remotis, pinnulis 5 ſupra et infra, ſtriis coeruleis transverſalibus ad latera dorſi, maxilla inferiore longiore. *Bl. t.* 54. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1328.

P. 20. V. 6. A. $\frac{1}{13}$. C. 20. D. 11. 19.

Habitat in oceano Europaeo, Atlantico, Mediterraneo et Baltico, 1-$\frac{1}{2}$ped. longus. Junio ova inter ſaxa littoris pariens. Vita tenax; caro ſapidiſſima.

10. Dentatus. Sc. pinnulis 6, linea laterali non carinata primum recta, deinde oblique arcuata, poſtea media undulata, maxilla inferiore longiore, ſuperioris 6 dentibus majoribus, recurvis, compreſſis. *J. R. Forſteri Ms. II.* 68.

Corpus lineari-lanceolatum, ſupra fusco argenteum, infra candenti argenteum; ſquamae minutae laxae: caput ſubtrigonum, ſquamoſum, ſupra planum, ſubtus carinatum, roſtro elongato, rictus uſque ad oculos apertus: maxilla inferior longior, rotundata: lingua apice nigricans: nares geminae: oculi ampli, ſupremi, pupilla ampla nigra, iris argentea, opercula triphylla, ſquamoſa. Anus pone aequilibrium. P. D. prima ſenſim decreſcens, radiis 20 vel 23 ſpinoſis, in foſſula profunda condenda: altera ſubfalcata radiis 14. P. P. imae, anguſtae, radiis 15. P. V. acutae, 6. analis ſubtrigona, 14. caudalis forficata 24. membranae br. radiis 6. Longitudo 21 latitudo $2\frac{3}{4}$ pollicum. Habitat circa

novam Zeelandiam, in cibo propter ſpinularum in carne copiam ingratus. Schn:

B. Pinnulis ſpuriis, pinnis ani geminis, prima biſpinoſa.

*11. SALIENS. Sc. corpore compreſſo, alepidoto, pinnae dorſalis anterioris aculeis 4, pinnulis 8 utrinque, ano capiti propinquiore; ventre carinato, maxilla inferiore longiore. *Bl. t.* 335.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. C. 20. D. $\frac{4}{4}$. $\frac{1}{9}$. 8.

Habitat ad Antillas, pedalis.

*12. ACULEATUS. Sc. corpore alepidoto, oblongo, pinna dorſali anteriore 7 ſpinoſa, pinnulis 12 ſupra, 10 infra, ano capiti viciniore. *Bl. t.* 336. *f.* 1.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{1}{9}$. C. 16. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{11}$. 11.

Habitat in mari Mediterraneo et Indico, longus 5 pollices.

Var. a. Pinna dorſi anteriore 5 ſpinoſa. *Parra* 21. *t.* 22. *f.* 2. *Quiebra-acha Hiſpanis.*

*13. ROTTLERI. Sc. capite acuto, dentibus minutis recurvis, maxilla inferiore longiore, linea laterali ab initio arcuata, deinde recta, ſimul latiſſime loricata et carinata, pinnis pectoralibus ad medium corpus elongatis, ſquamis parvis, ano capiti propinquiore. *Bl. t.* 346.

Br. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 8. 10. C. 20. D. 7. 8. 10.

Habitat mare Indicum ad Tranquebariam, maximus ſesquipedalis; Februario ouat, eodem Martio, Aprili et Majo litora accedit maxime et capitur. Cute detracta propter ſqua-

mas aſperas comeditur a plebe. Tamulice *Walangadei parei* audit.

14. Maldivicus. Sc. dentibus minutiſſimis, aequalibus, pinnulis utrinque 9, linea laterali non conſpicua, ano fere medio. *Hiſpanis Albucores*, *Maldivienſibus Talling*, *Gronov. Zooph. n.* 305.

B. . P. . V. . A. $\frac{2}{2}$. 11. C. . D. $\frac{6}{6}$. 12. 9.

Habitat in mari Hiſpanico et Indico circa inſulas Maldivicas.

15. Forsteri. Sc. pinnulis 10 ſubunitis, ſpinis dorſalibus 6, linea laterali mutica, nigra. *Scomber maculatus J. R. Forſteri Ms. II.* 120.

Corpus oblongo-lanceolatum, ſquamoſum nitide argenteum, maculis laterum infra lineam lateralem circiter 5 nigris irregularibus: caput declive, acutiusculum, corpore anguſtius, glabrum, alepidotum, cute communi argentea tectum. Rictus obliquus, transverſus, mediocris roſtrum breviſſimum, obtuſum, declive: maxillae aequales: dentes in maxillis, palato, faucibus, lingua: in maxillis minuti aceroſi, inflexi: nares geminae: oculi ſupremi, mediocres, iris fulvo-argentea: opercula diphylla, alepidota, laevia, membranae br. 7 radii: abdomen planiusculum: linea lateralis antice ſupera, deinde undulata, verſus caudam media recta, laevis, nigra, mutica: anus anticus: cauda teretiuscula, ſquamae minutae, lanceolato-rhomboideae, cuti communi tectae. Spinae 6 depreſſae, oblongae, obtuſae in dorſi parte antica, poſtice annexae membranula in foſſulam deprimendae, anteriores minores. P. D. ſecundae radio primo breviſſimo, ſecundo reliquis longiore; pinnulae

ſpuriae 11 membranulis breviſſimis inter ſe et cum pinna dorſi connexae, mediocres, ultima falcata: P. P. parvae, ovatae, radiis 16. P. V. lateribus abdominis adnatae, triangulares, albae, in foſſula appreſſae, rigidae, radiis 5. Spinae duae rigidae in foſſa abdominis appreſſae, ante analem, analis dorſali ſimilis radiis 8. pinnulae ſpuriae membranulis inter ſe et cum anali connexae, ultima falcata, caudalis bifurca radiis 2[illegible].

Habitat in mari pacifico, 24 pollices longus. Schn:

C. Pinnis dorſi et ani geminis, pinnulis nullis.

*16. TRACHURUS. Sc. corpore compreſſo, linea laterali curva, ſcutis 68 retrorſum cuſpidata, tota loricata, capite nudo, pinna dorſi et ani ſecunda longitudinalibus, ano medio. *Bl. t.* 56. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1335.

Br. 7. P. 20. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 31. C. 20. D. 8. 34.

Habitat in mari Mediterraneo, Indico, Oceano ſeptentrionali et pacifico, latus 3 poll.

*17. CALCAR. Sc. corpore alepidoto, dorſali pinna anteriore triſpinoſa, linea laterali dorſo vicina, pinna dorſali ſecunda anali oppoſita, ano fere medio, maxilla inferiore longiore. *Bl. t.* 336. *f.* 2.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{6}{2}\frac{1}{1}$. C. 13. D. $\frac{3}{3}$. $\frac{2}{2}\frac{1}{1}$.

Habitat in mari Indico, longus 4 latus $1\frac{1}{4}$ poll.

*18. CHLORIS. Sc. corpore valde compreſſo, lato, viridi, capite parvo, nudo, rictu anguſto, maxilla inferiore longiore, capite ſupra carinato, ano capiti vicino. *B. t.* 339.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$. C. 23. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{29}$.

Habitat ad oram Guineae, longus $8\frac{1}{4}$ latus 3 pollices.

*19. CARANGUS. Sc. corpore compreſſo, lato, capite obtuſo, valde declivi, dentibus parvis aequalibus, macula nigra ad opercula, linea laterali a medio loricata, pinnis luteis, pectoralibus longis. *Bl. t.* 340. *Carangue Plumier Ms. Guara Tereba Marggrav.* 172.

Br. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 15. C. 18. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{19}$.

Habitat ad Antillas, bipedalis, latus 7 poll.

Doleo picturam Plumerii, in qua macula operculorum nulla apparet, ab amici pictore temere fuiſſe infucatam; radiorum numerum unde addiderit, neſcio. In locum ſuspecti rectius ſuccedet omiſſus Linnaei *Scomber Hippos pinnulis unitis, operculis poſtice macula nigra*, quem ex Carolina miſſum Garden ita notavit: Dentium una ſeries, antici 2 maiores: linea lateralis in medio valde declinata, poſtice carinata ſubpinoſa. P. D. poſterior rubra, ventralis analisque luteae: ſpinae ante anum remotae.

Br. 7. D. 7. 22. P. 22. V. 6. A. $\frac{22}{16}$. male Gmel. $\frac{2}{4}$ C. 30.

Suspicor eundem intelligi a Gronovio Muſ. I. no. 82. Zooph. no. 307. et Brownio Jam. 452 ſaurum 2. Circa inſulam Otahaitee captum deſcripſit J. R. Forſter Ms. II. 125.

Corpus ovato - lanceolatum, ſquamoſum, argenteum, caput ſubobtuſum, declive, ſquamoſum; roſtrum breve, obtuſum: maxilla inferior paulo longior: dentes in maxillis, lingua palato et faucibus; in inferiore maxilla utrinque 2 majores, reliqui acuti, reflexi, aequales, unica ſerie poſita: nares geminae: oculi ampli, ſemitecti membrana anulari: opercula triphyl-

la, ſquamoſa: dorſum carinatum, linea lateralis medio valde declinata, poſt anum recta, carinata, aculeata, aculeis ſcutatis, verſus caudam inclinatis. P. D. ſecunda ex radiis primum dichotomis compoſita, ſequuntur pinnulae ſpuriae connatae fuſcae, ex parte intra parva folia ſquamoſa recondendae. Pone pectorales foſſula in thorace, ventrales lateribus abdominis adnatae, rigidae, in foſſula appreſſae, argenteae: Analis pinnulae ſpuriae 17 connatae, luteſcentes, ex parte intra folia ſquamoſa recondendae: cauda bifurca fuſca.

Br. 7. P. 22. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 17. C. 30. D. $\frac{7}{7}$. membra connexi, 21.

In Linnaei Syſtemate errore calami analis $\frac{22}{10}$ annotari, cum deberet eſſe $\frac{2}{2}$10, idem vir doctus annotavit. Schn:

*20. Fasciatus. Sc. corpore faſciato, capite valde declivi, pinna dorſali priore ſemicirculari, ano medio, pinna dorſali et anali in baſi ſquamata. *Bl. t.* 341.

P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 19. C. 19. D. $\frac{7}{7}$. 30.

*21. Ruber. Sc. corpore ſquamoſo, rubro, linea laterali verſus finem caudae loricata, pinnis pectoralibus longis, ano capiti propinquiore, interſtitiis radiorum pinnarum dorſi et ani ſquamatis. *Bl. t.* 350.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 26. C. 17. D. $\frac{7}{7}$. 28.

Habitat in mari Americano ad inſulam St. Crucis. Ex indico ſub nomine Tamulico *Kandenki parei* accepi.

*22. Balantiophthalmus. Sc. corpore ſquamato, cute craſſa oculum circumdante, li-

nea laterali a medio ad ſinem uſque loricata, maxilla inferiore longiore, ano capiti propinquiore, interſtitiis radiorum dorſalium et analium ſquamatis, ſquamis minimis. *Crumenopht: Bl. t.* 343.

P. 20. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 27. C. 18. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{28}$.

Habitat in mari Africano ad oram Guineae.

Crumena oculum includens cutacea eſt, in medio pertuſa, ultra orbitam extenſa, ubi craſſiſſima ſit, reliquae cuti adhaerens, alba. Sed ceteri etiam ſcombri plurimi ſimili cute vel membrana pertuſa oculos gerunt circumdatos, ſed minus magna craſſaque. Schn:

23. PLUMERII. Sc. ſquamis magnis, linea laterali ab initio loricata, ano pinnis ventralibus vicino, radio primo pinnarum dorſi et ani longiore. *Bl. t.* 344. *Plumier Ms.*

P. 15. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 20. C. 14. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{2}{20}$.

Habitat ad Antillas.

*24. KLEINII. Sc. corpore lato, ſquamato, valde compreſſo, rictu verticali, auguſto, linea laterali a medio loricata, ano capiti propinquiore. *Bl. t.* 347. *f.* 2.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{1}{0}$. C. 22. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{23}$.

Habitat in mari Indico ad oram Coromandelicam, ubi Tamulice *Walen parei* audit, 11 poll. longus.

*25. DENTEX. Sc. unica ſerie dentium conicorum, apice rotundo, linea laterali a medio uſque ad finem caudae loricata, corpore ſquamoſo, capite antice tantum nudo, baſi pinnae ſecundae dorſi et ani ſquamata.

P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 23. C. 30. D. $\frac{8}{8}$. 24.

Habitat in mari Brafilienfi, longus $1\frac{1}{2}$ ped. latus 4 pollices.

*26. LACTARIUS. Sc. rictu obliquo, dentibus 2 anterioribus fuperioris maxillae longioribus, operculis fquamatis, maxilla inferiore longiore, macula nigra ad operculum et bafin pinnae pectoralis, linea laterali laevi, ano capiti propinquiore.

P. 1[illegible]. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 24. C. 18. D. 17. 23.

Habitat ad Tranquebariam, Tamulice *Sudumbu*, Lufitanis *Peixe laite* vocatus.

*27. MALABARICUS. Sc. capite declivi, maxillis aequalibus, dentibus acicularibus, fquamis parvis, operculis fquamatis, linea laterali verfus finem caudae angufte loricata et carinata, ano capiti viciniore, pinnis luteis.

Br. 7. P. 17. V. $\frac{5}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 18. C. 20. D. 8. 25.

Habitat cum antecedente.

28. SPECIOSUS. Sc. pallide aureus, fasciis verticis obliquis, corporis feptem transverfis nigris, ore edentulo, operculis anterioribus fquamatis. *Rim Arab. Forskael* 54. *n.* 70.

Br. 7. P. 21. V. 5-6. A. $\frac{2}{2}$. 17. D. $\frac{6}{6}$. $\frac{1}{20}$.

Habitat in mari rubro.

29. FALCATUS. Sc. corpore rhomboideo, dentibus nullis, linea laterali parum undulata, pinna fecunda dorfi et ani falcata. *Arab. Hoegel, Forskael* 57. *n.* 76. *Gmel* 1334. *n.* 21.

Br. 7. P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{1}{18}$. C. 16. D. $\frac{5}{5}$. $\frac{1}{20}$.

Habitat cum praecedente.

30. ALBUS. Sc. corpore albo, fquamato, lateribus et caudae pinna flavis, linea laterali

ad pinnam dorſi arcuata, verſus caudam carinata et loricata. *Lohai Arabice, Forskael* 56. *n.* 75. *Gmel.* 1334. *n.* 20.

B. 8. P. 22. V. 5-6. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{12}{2?}$. C. 17. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{25}$.

Habitat cum antecedente.

31. Saurus. Sc. corpore argenteo, longitudinaliter ſtriato ſtriis prominulis brevibus interruptis, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore. *The leather-coat, Saurus n.* 1. *Brown Jamaica* 452. *t.* 46. *f.* 2. *an Gaſteroſteus occidentalis. Linn. n.* 3. *Gmel.* 1305. *quem huc retulit Linnaeus? quamquam Brown referat P. D.* $\frac{5}{5}$. *radios.*

P. 7. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. $\frac{1}{7}$. C. 16. D. $\frac{7}{7}$. 11.

Habitat ad Jamaicam.

*30. Ductor. Sc. aculeis pinnae dorſi anterioris 7, fasciis 6 fuscis totidemque albis corporis, cauda quadrata, carina longa, operculis ſquamatis, ano pinnae caudali viciniore. *Gaſteroſteus Ductor, Linn. n.* 2. *Gmel.* 1324.

P. 19. V. 5. A. $\frac{2}{2}$. 16. D. $\frac{4}{4}$. 26.

* *Var. a.* Aculeis 6 in pinna dorſali prima, fasciis 7 coeruleis, pinna ani ſolitaria. *Müller L. S. IV.* 248. *t.* 7. *f.* 2.

Habitat in mari Indico.

Var. b. Plumerii. Sc. Fasciis 4 latis, aculeis 4 dorſalibus, pinna ani ſolitaria. *Plumier Ms. Bl. t.* 338.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 18. D. $\frac{4}{4}$. 24.

Habitat ad Antillas.

Var. c. Huc referam *Gaſteroſteum antecesſorem* dictum a Daldorf in *Skrivt: af N. S.* 2

P. 2.

P. 2. p. 166. Spinis dorſalibus 3 ante pinnam dorſalem longitudinalem, anali longitudinali, membranae branchioſtegae radiis 7, ſquamis minutiſſimis punctatis, vertice fasciisque 7 nigricantibus, linea laterali curva deſcendente et caudam utrinque carinatam reddente. Schn.

33. Chrysurus. Sc. pinnis dorſalibus analibusque luteis, ore edentulo, ſpinis ante analem remotis. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1336. *Yellow-tail Anglis.*

P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 30, C. 22. D. 9. 26.

Habitat ad Carolinam.

34. Glaucus. Sc. corpore ovato, capite obtuſo, pinna ventrali 5 radiata, ſquamis minimis, ovatis, linea laterali pone anum incurva, dein elevata, cauda quadrata. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1332.

P. 20. V. 5. A. $\frac{2}{2}$. 18. C. 17. D. $\frac{8}{8}$. 20.

Artedi corpus rhomboidale, maculis 3 vel 4 fuſcis in lateribus conſperſum ait, P. 18. V. 5. A. $\frac{2}{2}$. 27. D. $\frac{7}{7}$. 26 oſſiculo ſecundo longiſſimo. Ab hoc utroque, ſi vere idem eſt, diverſum facit Scombrum Adſcenſionis ab Osbeckio deſcriptum p. 387 quem Linnaeus cum glauco conjunxit, *J. R. Forſter* Ms. IV. 83. Is eſt corpore anguſto, griſeo ſupra, albo infra, alepidoto, capite declivi, dentibus parvis, maxilla inferiore longiore, linea laterali anteriore arcuata, ad caudam loricata.

P. 20. V. 6. A. 25. C. 20. D. $\frac{7}{7}$. 25 quorum 7 primi longiſſimi.

Forſterus ipſe corpus rhombeum ſquamoſum fuscum ait, ſquamis minutis cute tectis, caput obtuſum, ſuborbiculatum, linguam denticulatam cum palato, nares geminas, oculos ſu-

peros, anticos mediocres, cute communi tectos, frontem ſquamatam, opercula triphylla, nuda, dorſum carinatum, rectum ad pinnam dorſi alteram, poſtea declive, pinnas omnes fuſcas.

Br. 7. P. 20. V. 5. A. $\frac{2}{2}$. 18. C. 22. D. $\frac{8}{8}$. 24 quorum 2-6 longiſſimi.

Iudicent doctiores; quibus item eſto permiſſum iudicium, an idem cum glauco Linnaei ſit Chaetodon glaucus a Blochio deſcriptus ex Plumerii pictura, quae fuit J. R. Forſteri ſententia, cuius deſcriptionem dabo ad Chaet. glaucum. Schn.

*35. Filamentosus. Sc. pinnis ſecundis dorſi et ani filamentoſis, ſquamis parvis, arcte adhaerentibus, capite obtuſo, oculis magnis, iride flava, dentibus parvis confertis maxillarum, pinnis flaveſcentibus, pectoralibus falcatis. *Park in Transact, of the Linn. Soc. III.* 36.

Br. 7. P. 19. V. 5. A. ^{2}. 18. C. 22. D. $\frac{6}{6}$. 22.

Habitat ad Sumatrae littora.

36. Amia Sc. aculeis dorſalibus brevibus 7 poſtice incurvis, pinna dorſi ſecunda anali ſecundae oppoſita, linea laterali ſinuoſa. *Linn. n.* .. *Gmel.* 1336. *Liccia Salviani* 121. *Lizza Verz. adr. F.* 34.

P. 20. V. 6. A. $\frac{2}{2}$. 24. C. . D. $\frac{7}{7}$. 34.

Habitat in mari Adriatico.

D. Pinna ani ſolitaria, dorſi gemina, pinnulis nullis.

37. Rhombeus. Sc. corpore compreſſo, argenteo, lato, rhomboideo, pinnis ventralibus minutiſſimis. *Arab. Abu-gurr, Forskael.* 58. *n.* 78. *Centrogaſter rhombeus Gmel.* 1338. *n.* 4.

Br. 6. P. $\frac{1}{15}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{34}$. C. 16. D. $\frac{4}{4}$. $\frac{3}{32}$.

Habitat in mari Rubro.

38. Saltator. Sc. ſpinis 8 pinnae dorſi anterioris, unica ſerie dentium in maxilla inferiore, duplice in ſuperiore. *Gaſteroſteus ſaltatrix, Linn. n.* 7. *Gmel.* 1326. *Catesby II. t.* 14.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 27. C. 21. D. $\frac{8}{8}$. 26.

39. Niger. Sc. corpore ſquamato, nigro, capite depreſſo, aculeis 8 pinnae dorſi primae, linea laterali recta, ano medio. *Bl. t.* 337. *Ceuxupira Braſilienſibus, Pr. Mauritii Ms. Marggrav.* 158.

Habitat in mari Braſilienſi, longus 10 pedes.

40. Carolinus. Sc. corpore oblongo, ovato, aculeis 8 pinnae dorſalis anterioris, linea laterali recta, cauda ſubcarinata, pinna dorſali analique falcatis, radiis 3 anterioribus pinnae ani ſpinoſis. *Gaſteroſteus carolinus, Linn. n.* 5. *Gmel.* 1326.

P. 18. V. 5. A. $\frac{3}{27}$. C. 27. D. 8. 26.

Habitat ad Carolinam.

Huc pertinet *Scomber helvolus J. R. Forſteri* Ms. IV. 85. *corpore ovato, argenteo helvolo vel matricis perlarum colore, pinna ani mutica, ſquamis minutis cute tectis.*

Caput ſubrotundum, partim ſquamoſum, maxilla inferior longior, dentes minuti, conferti, nares geminae, oculi ampli, nudi, opercula glabra, linea lateralis media curva, loricata. Habitat mare Atlanticum.

Br. 7. P. 21. V. 5. A. 21. C. 22. D. $\frac{6}{6}$. 29.

Pinnae ventrales ventri annexae per membranam. Huic ſimilis *Scomber Capenſis J. R. Forſteri* IV. 86 *corpore oblongo, lituris verticis*

aliquot nigris, linea laterali et pinna anali mutica. Ad Promontorium B. Spei habitat, ubi *Elſt vocatur.* Schn.

E. Pinna dorſi et ani ſolitaria, pinnulis nullis.

41. Edentulus. Sc. corpore lato, transverſim ſtriato, appendice ſupra pinnas ventrales, ore edentulo, linea laterali fere recta, aculeo primo pinnae dors. et ani breviſſimo. *Bl. t.* 428.

Br. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 24. D. $\frac{5}{22}$.

Habitat ad Tranquebariam, longus $7\frac{1}{2}$, latus $3\frac{1}{2}$ poll. anadromus.

Pinnam dorſalem analemque ſtipant aculei breues baſi additae etiam in pictura conſpicui, earundem pinnarum aculeus tertius compreſſus ut reliqui, ſed antice ſerratus. Breviter ut dicam, videtur potius Zeus eſſe. Schn.

42. Minutus. Sc. corpore lato, capite magno, dentibus 2 anterioribus maxillae ſuperioris, ternis utrinque inferioris, longioribus, macula nigra in initio pinnae dorſalis, linea laterali dorſo vicina, recta, radio primo brevi pinnae dorſalis et analis, ano capiti propinquiore. *Bl. t.* 429. *f.* 2.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 24. D. $\frac{8}{24}$.

Habitat ad Tranquebariam, anadromus.

43. Equula. Sc. corpore ovali, compreſſo, ſquamis ſubtiliſſimis, dentibus ſetaceis, frontis carinis oſſeis 2, verticis 5, operculis anterioribus ſubtus ſerratis, ſpinis 2 retroverſis ſupra oculorum angulum. *Forskael* 58. *n.* 77. *Centrogaſter Equula, Gmel.* 1377. *n.* 7.

Br. 4. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 71. D. $\frac{8}{25}$.

Habitat in mari Rubro.

44. PUNCTATUS. Sc. ſpinis dorſalibus 8 membrana connexis, punctis laterum fusco-nigris, linea laterali ſupera, parallela. *Gaſteroſteus punctatus J. R. Forſteri Ms. II.* 59.

Corpus lanceolatum, ſupra fusco argenteum, infra candenti-argenteum, laterum ſeries unica punctorum fusco nigrorum, ſquamae capitis et corporis laxae, deciduae: caput parum declive, quarta pars totius corporis, roſtrum acutum, dentes minuti, acuti, ordinati: lingua glabra, nigricans: oculorum pupilla nigra, iris argentea, cum macula poſtice arcuata nigra; membrana nictitans integra: opercula triphylla, ſquamoſa; anus pone aequilibrium: membranae br. radii 6. Pinna dorſalis longitudinalis decreſcens, radiis 50, prioribus 7 vel 8 ſubſpinoſis: analis decreſcens 20, primo ſpinoſo breviſſimo: cauda bifurca 20, pectorales acuminatae 20, ventrales acuminatae 5. Longitudo 10½, latitudo 3 poll. Habitat circa novam Zeelandiam, in locis tranquillis prope oſtia rivulorum captus. Schn:

Species nondum definitae.

a) AURATUS. Sc. corpore rufo-aureo, pinnulis ſpuriis 5, dentibus ſetaceis. *Houttuyn XX. Deel.* 2. 331. *n.* 19.

P. 18. V. 6. A. 6. C. . . D. 9.

Habitat ad Japoniam.

b) JAPONICUS. Sc. capite argenteo, corpore caerulescente, dentibus ciliaribus, pinnulis 5. *Id. n.* 18.

P. 18. V. 6. A. 11. C. 20. D. 8. 8.

c) OCELLATUS. Sc. corpore valde com-

presso, maculis nigris, iridibus aureis, fascia nigra caudali, *Feuillé observ. physiques II.* 205.

Habitat in America australi.

d) Gunneri. Sc. rictu angusto, corpore lato, linea laterali recta, pinna caudae squamata. *Schrift. der Dronth. Gesellsch. IV.* 80. *t.* 12. *f.* 1. *ubi pro Sc. pelagio habetur.*

Br. 7. P. 20. V. 15. A. 37. C 24. D. 52.

Habitat in mari Norvegico, longus 4, latus 2 pedes.

e) Armatus. Sciaena facie Scombri, cauda fusca, interno margine albido, pinnis albis, dorsalis et analis apicibus nigris, linea laterali recta? *Forskael* 53. *n.* 68. *Sciaena armata*, *Gmel.* 1306. *n.* 29.

Habitat ad littora Arabiae.

Ann. Carinam caudalem fulciunt processus aliquot pinnae dorsalis laterales horizontales.

Sc. Equula pertinere mihi potius ad Chaetodontes videtur, quibus et generi Zenos plures Scombrorum species valde affines sunt.

Vide etiam annotata ad Bramam atropum Generis 25. Schn.

Cl. IV. OCTOPTERYGII.

Ord. I. JUGULARES.

GEN. 6. CALLIONYMUS.

Spiracula 2 nuchalia.

In Synanceia rubicunda ſpiracula duo ſed pone branchiarum aperturam adſunt. Generis caracteres Linnaeanos correxit Herrmann ad Tab. Affin. p. 338.

*1. Lyra. C. corpore depreſſo, radiis pinnae dorſalis primae longitudine trunci. *Bl. t.* 161. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1151.

Br. 6. P. 18. V. 6. A. 10. C. 9. D. 4. 10.

Corpus alepidotum; caput compreſſum, poſtice trunco latius, antice acuminatum, infra planum, ſupra convexum; oculi verticales, approximati, maxilla ſuperior longior, dentes multi, minutiſſimi, acuti, nares ſimplices, opercula ſpinoſa, clauſa, membrana branchioſtega ſexradiata; radii pinnarum ventralium octo ramoſi, ceteri ſimplices; linea lateralis recta, media; anus capiti vicinior; pinna dorſi ſecunda anali oppoſita, caudalis rotundata, coeruleo maculata.

Habitat in mari Atlantico et Oceano ſeptentrionali, longus 12-14, latus $1\frac{1}{2}$ poll.

*2. Dracunculus. C. capite depreſſo, trunco compreſſo, radiis 4 in prima pinna dorſali brevibus, ano fere medio. *Bl. t.* 162. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1152.

Br. 6. P. 19. V. 6. A. 9. C. 10. D. 4. 10.

Sexu tantum a C. lyra differre hunc et varietatem apud Gronov. Muſ. I. no. 65. oſſiculo p. a. prioris triunciali ſuſpicatur *Pallas S. Z.* VIII. 25.

Habitat in mari Mediterraneo et ſeptentrionali, longus 8, latus 1 poll. caro alba, ſapida.

3. Ocellatus. C. capite parvo, obtuſo, oculis lateralibus, rictu exiguo, in pinna dorſali prima faſciis et ocellis quatuor fuſcis. *Pallas S. Z. VIII.* 26. *t.* 4. *f.* 1-4. *Gmel.* 1154. *n.* 5.

Br. 5-6. P. 20 V. 5. A. 7. C. 10. D. 4. 8.

Habitat circa Amboinam, magnitudine digiti minimi.

Mas pinnam dorſalem anteriorem item 4 radiatam ſed minorem et minus pulcram gerit.

4. Sagitta. C. capite lato, depreſſo, ore parvo, triangulari, pinnarum dorſi radiis aequalibus. *Pallas S. Z. VIII.* 29. *t.* 4. *f.* 4. 5. *Gmel.* 1155. *n.* 6.

B. 3. P. 11. V. 5. A. 8. C. 10. D. 4. 9.

Habitat circa Amboinam, fere digitalis.

5. Japonicus. C. capitis ſpina ſimplice poſtice interius ſerrata, margine orbitarum elevato, acuto, pinna dorſali prima breviſſima, ocello nigro notata, pinnis nigro maculatis, caudali valde elongata. *Houttuyn XX. Deel.* 2.

313. *n.* 1. *Gmel.* 1155. *n.* 7. *Thunberg in Nya Handling.* XIII. 29. *t.* 1. *f.* 1.

P. 19. V. 5. A. 9. C. 10. D. 4. 10.

Habitat cum antecedente, ſemipedalis.

*6. Orientalis. *tab.* 6. C. radiis 3 pinnae anterioris dorſalis longitudine trunci, operculis triaculeatis, maculis ovatis pinnarum, pinnis pectoralibus et caudali longis, fasciatis, lanceolatis.

P. 4. V. 7. A. 12. C. 8. D. 3. 10.

Habitat ad Tranquebariam.

7. Monopterygius. C. pinnae dorſi unicae rubro maculatae, aculeis 40. *Callionymus acanthorhynchus J. R. Forſteri MS. II.* 50.

Corpus ſubcylindricum, ſquamoſum, laeve, livido-rubeſcens: caput depreſſum, ſquamoſum, fronte alepidota, planiuscula, declivi: roſtrum obtuſum, emarginatum: maxilla ſuperior paulo longior, dentes minuti, labium ſuperius duplex, apice ſemilunato, antrorſum ſpinis duabus: lingua laevis, palatum papilloſum, denticulatum: oculi vicini, verticales, prominuli, membrana nictitante ſemilunari, iride argenteo-rubicunda: nares inter oculos minimae, contiguae: opercula ſquamoſa, calcari ſimplice: apertura br. ſupera, ſubovata, tubuloſa; linea lateralis recta; anus in prima tertia parte corporis.

Br. 7. P. 17. V. 6. A. 37. C. 10. D. 40.

Habitat circa novam Zeelandiam, poſt tempeſtatem eiectus in litus, longitudine $8\frac{1}{4}$ pollicum, latitudine ante pinnam analem $\frac{7}{8}$ poll. Schn.

Gen. 7. BATRACHUS.

Caput magnum, depreſſum, trunco latius.

*1. Didactylus. B. ore cirrhoſo, pinnis ventralibus didactylis, radio exteriore robuſto, enſiformi.

B. 5. P. 22. V. 2. A. 16. C. 12. D. 20.

Corpus lubricum, antice depreſſum, poſtice compreſſum, cutis laxa, craſſa, caput nudum, rictus amplus, dentibus parvis acutis, incurvis, oculi labio ſuperiori vicini, ante utrumque oculum nares geminae, cirrhus in utroque angulo oris, plures ad marginem maxillae inferioris, lingua, palatum et fauces denticulata, operculum poſterius terminatur in 2 aculeos breves, apertura branchialis ampla, abdomen ventricoſum, anus medius, ſquamae parvae, molles, rotundae, radii pinnarum craſſi, mutici, radii exterioris pinnae ventralis cute deducta 8 radii parvi in conſpectum veniunt, qui primo adhaerent; pinnae pectorales et caudalis rotundatae, pinna dorſi et ani longitudinales; linea lateralis inconſpicua.

Habitat ad Guineam, pedalis et 4 poll. latus.

In piſce accurate inſpecto haec reperi. Branchiae utrinque ternae, in dorſo arcuum ſimplex ſeries tuberculorum muricatorum: membranae branchioſtegae radii 6: nares duplice foramine patent, inferius duplex utrinque, minoribus etiam duobus infra ſitis. Pinnae ventrales 3 radiati, radius primus truncatus, brevis, alter longiſſimus, duplex, uterque bifidus et anulatim articulatus: inter utrumque ſibi impoſitum canalis ſeu ſulcus decurrit in latere anteriore ſeu exteriore. In latere anteriore priorum duorum radiorum musculus decurrit ſibris

tranſverſis latus et craſſus. Tertius a prioribus ſeparatus ſinditur in 6 ramos, anulatos et iterum fiſſos: hic tertius musculorum fibris longitudinalibus, in latere interiore radii medii longiſſimi et inter ſingulos ramos tertii decurrentibus, regitur. Sic pinna motu musculorum diverſo expandi videtur. Lingua palatumque glabrum, abſque dentibus: in palato ſuperius 2 corpora muricata adſunt, quibus duo ſimilia in faucibus reſpondent. Oculi cute communi corporis obtecti toti. Operculi branchialis lamina poſterior aculeos 3 ſubcutaneos gerit. In labio ſuperiore inter nares tentacula duo latiuscula; breviſſima, crenulata: margo labii inferioris cirrhatus. Apertura branchiarum ampliſſima. Pinnae pectorales parvae cubitiformes. Schn.

2. SURINAMENSIS. *tab.* 7. B. ore imberbi, pinna dorſi anteriore triſpinoſa, pinnis ventralibus novies radiatis, rotundatis, ſquamis oblongis, ano capiti propinquiore, linea laterali recta, media. *In Muſeo Vaillantii Pariſiis.*

P. 19. V. $\frac{1}{9}$. A. 26. C. 14. D. $\frac{3}{3}$. 29.

Habitat Surinamum, pedalis, 4 poll. latus.

*3. GRUNNIENS. B. corpore alepidoto, vario, cirrhis plurimis ad maxillam inferiorem, longiorem, pinnis ventralibus triradiatis, operculo poſteriore ſpinoſo, ano fere medio, caudae pinna rotundata. *Cottus grunniens Bl. t.* 179. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1208.

B. 6. P. 22. V. 4. A. 16. C. 11. D. $\frac{3}{3}$. 20.

Habitat in India utraque, longus 10 poll.

4. INDICUS. B. corpore depreſſo, ſupra longitudinaliter rugoſo, lingua obtuſa, emargi-

nata, operculis anterioribus biſpinoſis, poſterioribus uniſpinoſis, radio pinnae dorſalis prioris breviſſimo, remoto, pinnis ventralibus valde diſtantibus. *Callionymus Indicus Linn. n.* 3. *Gmel.* 1153.

B. 7. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. 13. C. 11. D. $\frac{1}{7}$. 13.

Habitat in Aſia.

Cum Platycephalo ſpatula antea comparaverat Blochius propter ſimilitudinem. Schn.

5. Guavina. B. capite brevi, lato, plano, maxilla ſuperiore obtuſiore, dentibus crebris, tenuibus, acutis, oculis verticalibus, trunco cylindrico, caudali pinna rotundata, ſquamis parvis. *Hiſpanis Guavina, Parra* 105. *t.* 39.

Habitat in omnibus Havannae fluviis, in eſu gratus.

*6. Tau. B. corpore ſquamato, maculato, pinna prima dorſi triſpinoſa, ventralis radio primo lato enſiformi, maxilla inferiore cirrhoſa. *Gadus Tau Bl. t.* 67. *f.* 2. 3. *Linn. n.* 13. *Gmel.* 1172.

B. 6 P. 20. V. ^{1}. A. 15. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 20.

Habitat in America.

7. Trigloides. B. corpore oblongo, ſquamato, pinnae dorſalis prioris trigonae radiis 7 ſubſpinoſis, alterius 22, pectoralis 17 cirrhoſis, ventralis primo cirrhoſo. *Callionymus tr. J. R. Forſteri MS. IV.* 44.

Corpus oblongum, ſubtus planum, dorſo deflexum, lateribus compreſſum, ſquamoſum, fuſco flaveſcentique varium, ſubtus album: ſquamae minutae, antice orbiculatae, confertae, tenaces, imbricatae. Caput amplum $\frac{1}{3}$ pars totius corporis, ſquamoſum, corpore latius, ſubtriquetrum, infra planum, ante oculos lateri-

bus fere in carinam compreſſum, pone oculos ſupra planiuſculum, lateribus depreſſis. Rictus inferus, obliquus, amplus, labiatus: roſtrum ſupra arcuatum, carinatum, apice obtuſum, dilatatum, depreſſum: maxillae amplae, aequales: dentes minuti, aceroſi, conferti, acutiſſimi, reflexi, in maxillis et palato: nares inconſpicuae, niſi latent ſub oſſiculo cartilagineo, ad canthum anteriorem oculi ſito inſtar ſquamulae obliquae et ſurſum aperto: oculi ampli, ſuperi, laterales, vicini, foſſula verticis diremti, utroque oſſe ſupercilii carinato; membrana nictitans anularis, iris fusco-lutea, anulo aureo a pupilla diremta beryllina virenti: opercula triphylla, ſquamoſa: lamina inferior alepidota, poſtica excurrens ſupra P. P. in ſpinam; pone quam lobus membranaceus ſemirotundus excurrit in lineam lateralem uſque: membranae br. radii 7, apertura br. ampla, arcuata, lateralis et ima: branchiae 4. anus medius, linea lateralis ſupera, parallela, elevata, glabra, verſus caudam deflexa, denique media: cauda compreſſa, lateribus rotundatis. P. P. imae rotundatae radiis 17 ſimplicibus cirrhoſis P. V. remotae, acuminatae radio 1 ſimplice cirrhoſo, 5 dichotomis. P. A. 21. Caudalis rotundata 12. Habitat mare terram del Fuego alluens, 6¼ poll. longus, 1⅛ latus, caput 2¼ longum. Schn:

8. Bispinis. B. corpore antice cum capite depreſſo, poſtice compreſſo, oblongo, alepidoto, nigro-fusco, ſubtus gilvo-pallido, operculo poſteriore biſpini, pinnis dorſali priore, ventrali analique cirrhoſis. *Callionymus biſp. J. R. Forſteri MS. IV.* 45.

Caput corpore latius, alepidotum, rubro

fuscoque variam; rictus imus, parvus: roſtrum breve, rugoſum: maxillae obtuſae, depreſſae, aequales: dentes minuti, conferti, aceroſi: nares ſimplices, tubo cirrhoſo compoſitae ante oculos parvos, ſuperos, vicinos; membrana nictitans anularis, iris gilvo-rubicunda: opercula alepidota, triphylla, lamina poſtice biſpini, ſpinis recurvis, acutis, validis: membranae br. 6 radii: apertura br. ampla, lateralis, branchiae 4. Linea lateralis gemina, altera ab angulo ſupero aperturae br. exorſa, aſcendens, ſupera, deinde ſubparallela, ante caudam abrupta, e granis elevatis: altera recta, media e poris: anus fere medius. P. D. prioris 3 cirrhoſi; poſterior gilvo fuſcoque varia, 23. radiis ſimplicibus. P. P. rotundatae gilvo fuſcoque variae, 15. P. V. obliquae, rotundatae, radiis 6, extremis 4 carnoſo cirrhoſis, 2 intimis dichotomis. P. A. gilva, radiis 18 cirrhoſis: 2 caudalis rotundata, gilvo fuſcoque varia, 12 dichotomis radiis.

Habitat cum antecedente, 3 pollices longus, $\frac{3}{4}$ latus. Schn.

Gen. 8. URANOSCOPUS.

Caput ſuperius planum, rictus perpendicularis.

*1. Scaber. Ur. capite quadrato, ſcabro, trunco laevi, cirrho unico oris, cirrhis plurimis maxillae inferioris. *Bl. t.* 163. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1156.

B. 6. P. 17. V. 5. A. 13. C. 12. D. $\frac{4}{4}$. 14.

Caput loricatum, antice lacuna excavatum, oculi parvi, verticales, approximati, parti ſupe-

riori pupillae ſuperjacet membranula minutiſſima quinqueloba, quae retrahi poteſt ſub palpebram, obſervata Brunnichio, rictus amplus, maxilla ſuperior brevior, denticuli aceroſi in maxillis, lingua et palato, foramina 2 ſub labio ſuperiore, opercula biaculeata, apertura branchialis ampla, lineae laterales approximatae, ſquamae minimae, truncus ſubquadragonus, poſtice compreſſus; pinnae ventrales vicinae, parvae, dorſi anterior nigra, 4 ſpinoſa, caudalis rotundata, membranae branchioſtegae radii 6, ſupra radium tertium et quartum adſunt filamenta in poſteriore parte: hinc Linnaeo membrana branchioſtega papilloſo dentata dicitur.

Habitat in mari mediterraneo, longus 8 poll.

2. Japonicus. U. corpore teretiuſculo, ſuperius flavo, inferius albo, capite valde depreſſo, retro aculeato, anterius cirrhulato, unica ſerie ſquamarum aculeatarum in utroque latere dorſi. *Houttuyn XX. 2. Deel.* 314.

P. 12. V. 5. C. 8. D. D. 4. 15.

Habitat in mari Japoniam circumfluente, ſemipedalis.

3. Laevis. *tab.* 8. U. corpore alepidoto, ſuperius fuſco, inferius albo, capite laevi, operculo poſteriore uniſpinoſo, pinnis ventralibus triradiatis, pinna dorſali unica, anali oppoſita, caudali recta.

Habitat ad oram Novae Hollandiae.

Pictura a Dno. Dre. Lathamio communicata.

4. Le Beck. U. labiis carnoſis transver-

ſim ſtriatis, dentibus inferioris maxillae brevibus, acutis, ſuperioris acerofis, operculis infra cirrhulatis, poſterius veluti muſcoſis, caruncula cirrhata ſupra pinnas pectorales prominente.

Br. 5. P. 16. A. 17. C. 9. D. 15. V. 5.

Piſcis 14 pollices longus, caput pedis latitudine, ventrem 11 pollices latum gerebat: ante caudam craſſities corporis $2\frac{1}{2}$ pollices aequabat. Membranae branchioſtegae radii 5, operculorum laminae binae, ſub pectore $1\frac{1}{2}$ pollicis latitudine divaricatae, ſed lobo gemino, in media ſui parte inciſo, coniunctae: ceterum opercula inermia inferius in lobulos teneros deſinunt: contra latera verſus ſuperiora latitudine pollicis cirrhulis quaſi muſcoſa ſunt. Post opercula et ſupra pinnas ventrales caruncula ſemilunaris, $1\frac{1}{2}$ pollicem longa, marginem inferiorem arcuatum ab apertura inde branchiarum cirrhulis muſcoſum gerit. Oris ſuperi aperti arcus fere 2 pollices latus. Labia carnoſa, ſtriata transverſim, et in cirrhulos deſinentia. Nares inter oculos et labia: inter quas regio trigona muſcoſa cirrhulis ſupra oculos aſcendit. Lingua cartilaginea, laevis, immobilis: maxillae inferioris dentes breves, acuti, retrorſum gradatim longiores; maxilla ſuperior limae inſtar aſpera. Pinna caudalis rotundata, dorſalis et analis longitudinales, pinnarum omnium radii molles membrana inciſa involvuntur: ab anali inde linea gemina elevata furcae inſtar juxta anum utrinque antrorſum longitudine $1\frac{1}{2}$ poll. tendit: tertia media per ventrales pinnas ad jugulum pertingit.

Oculi parvi, virideſcentes, prominent, membrana nictitante tecti pupilla nigra circulo au-

reo

reo conclusa, lineae lateralis vestigium nullum. Supra geminas maxillae laminas corpus molle, ovale, pollicare vesicae speciem refert. Ventriculus apertus piscem integrum, tripollicarem continebat.

Color dorsi rufescens in viridem transit, gemina macularum albarum serie varius: eaedem maculae pinnarum pectoralium: nucha immaculata, laevis: vertex osseus, asper, veluti caracteribus arabicis inscriptus: color ventris et pinnarum citrinus, versus caudam in album vergens.

Habitat litora maris Indici ad oram Tranquebariae, rarus, incolis veneni suspectus.

Picturam et notitiam misit Johnius, et piscem pulcherrimum ab ardentissimo historiae naturalis amatore *Le Beck* cognominavit, cui picturam et notitiam delphini Gangetici debebat Blochius, quanquam aquis Carolinienfibus immortuus, antea quam literae Johnii cum picturis huc advenissent.

5. Monopterygius. Ur. maxillis nudis dorso monopterygio, capite bispinoso. *Ur. maculatus J. R. Forsteri MS. II.* 131.

Corpus oblongum, depressum, planum, squamis minimis tectum, supra pallide fuscum, maculis pallidioribus, in quibusdam albis seu argenteis, subtus candicanti argenteum: caput corpore latius, subquadratum, obtusum, depressum, papillis crebris scabrum ordinatis, lacuna depresso glabra, subquadrata inter oculos: labium superius papilla utrinque singula, inferius margine papillis obsoletis pluribus: den-

tes maxillarum acuti, recurvi, ordinati: palati et faucium minuti, conferti, acuti: lingua laevis: nares ſub labio ſuperiore ſunt foſſulae magnae intra os hiantes, vicinae, ſepto cartilagineo diviſae: alia duo foramina minora ad latera priorum: denique adhuc 2 alia his anteriora, labio contigua; oculi roſtro vicini, ſupremi, mediocres, diſtantes, pupilla nigra, iride aurea, membrana nictitante integra: opercula oſſea, alepidota, poſtice ſcabra, pone ad utrumque capitis ſuperiorem angulum ſupra pinnas pectorales ſpina ſingula valida, horizontalis, apice retrorſum flexa, pollicaris: anus fere medius, capiti propior: linea lateralis infracta, prima aſcendens, poſtrema dorſo parallela: pinna dorſalis pone aequilibrium exorſa, analis ante dorſalem, pectorales ſupremae, 6 poll. longae et totidem latae, ventrales 3 longae, ſterno oſſeo 3 tuberculato inſidentes, caudalis ſubaequalis.

Br. 5. P. 20, V. 5. C. 14. D. 18.

Habitat circa novam Zeelandiam et inſulam Otaheitee, 22 poll. longus. Schn.

GEN. 9. ENCHELYOPUS.

Corpus lubricum, ſubteres, mentum, cirrhatum, pinnae ventrales 5 radiatae.

*1. Cimbricus. *tab.* 9. En. cirrhis 3 labii ſuperioris, 2 inferioris, maxilla ſuperiore longiore, pinnae dorſalis anterioris radiis, primo excepto, exiliſſimis, linea laterali deorſum curvata, nigro punctata, ano in tertia parte anteriore. *Gadus cimbricus, Linn. n.* 16. *Gmel.* 1174.

Br. 7. P. 13. V. 6. A. 42. C. 25. D. 1. 48.

Corpus oblongum, anguillaeforme, mucoſum, ſquamae molles, parvae, rotundatae, dentes parvi, aceroſi multi, nares geminae, anteriores tubuloſae, apertura branchialis ampla, membrana branchioſtega ſeptemradiata; linea lateralis media, anus medius; pinna dorſi et ani humiles, longitudinales, pectorales et caudalis rotundatae. (At Linnaeus cirrhos naſales 2, labii ſuperioris 1, inferioris 1 numerat, radium primum P. D. apice brachiato literam T referre ait. Schn.)

Habitat in oceano Atlantico, Scanico et raro in Baltico, pedalis.

2. LUB. En. corpore fusco, cirrho brevi maxillae inferioris; dorſo monopterygio, dentibus confertis maxillarum, palati fauciumque, pinna dorſali et ani longitudinali, linea laterali antice gibba, ano medio. *Gadus Lub*, *Euphrasen in Nya Handling: XV.* 225. *t.* 8.

Br. 7. P. 20. V. 5. A. 75. C. 36. D. 103.

Habitat in oceano Septentrionali, longus 2-3 ped.

3. BROSME. En. dorſali pinna ſolitaria, longitudine dorſi, ano medio, caudali brevi, rotundata. *Gadus Brosme*, *Gmel.* 1175. *n.* 21. *G. Keila*, *Olaffsen. Isl.* §. 527. *t.* 27. *Ascanii t.* 17. *Torsk*, *Pennant B. Z. III. n.* 89. *t.* 34.

P. 20. V. 5. A. 60. C. 30. D. 100.

Habitat in mari Britannico, Norvegico et Islandico.

*4. MOLVA. En. maxilla ſuperiore longio-

re, ano fere medio, ſquamis oblongis, pinnis pluribus margine albo. *Bl. t.* 69. *Gadus Molva, Linn. n.* 12. *Gmel.* 1170.

Br. 7. P. 19. V. 6. A. 59. C. 38. D. 15. 63.

Habitat in oceano Septentrionali, Junio pariens, ova in fuco deponens, ad 7 pedes longus.

5. Lota. En. corpore vario, capite depreſſo, magno, maxillis aequalibus, ſquamis minimis, linea laterali recta, ano medio. *Gadus Lota Bl. t.* 70. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1172.

Br. 7. P. 20. V. 6. A. 67. C. 36. D. 14. 68.

Habitat aquas dulces Europae, bipedalis.

6. Mustela. En. cirrhis 4 maxillis ſuperioris, inferioris 1, pinna dorſali prima villoſa, fere exoleta. *Gadus Muſtela, Linn. n.* 15. *Gmel.* 1173. *Five-Bearded-Cod, Pennant B. Z. III.* 202. *n.* 88. *t.* 33.

Br. 6. P. 14. V. 7. A. 40. D. 1. 42.

Habitat Oceanum Europaeum.

*7. Mediterraneus. En. corpore fuscoguttato, capite anguſto, cirrhis 2 labii ſuperioris, uno inferioris, pinnae dorſalis anterioris radiis, primo excepto, anguſtiſſimis, linea laterali curvata, ſquamis minimis, ano medio. *Gadus tricirrhatus Bl. t.* 165. *G. Mediterraneus Linn. n.* 17. *Gmel.* 1174. *Three-Bearded-Cod, Penn. l. c.* 201. *n.* 87. *t.* 33.

Br. 5. P. 18. V. 6. A. 46. C. 20. D. . . 56.

Habitat mare Mediterraneum et Britannicum.

8. Barbatus. En. cirrhis 4 labii ſuperioris, 6 menti, pinna dorſi et ani cum caudali

unitis, ventralibus uniradiatis filiformibus, squamis minimis. *Brotula Hispanis*, *Parra* 70. *t.* 31. *f.* 2.

Habitat maria profunda Americana.

9. Americanus. En. corpore mucoso, bruneo, capite squamato, maxilla superiore longiore, lingua glabra cordiformi, radiis ventralibus elongatis, radio primo pinnae dorsalis anterioris in filum longum exeunte. *Blennius Chuss*, *Schoepf. in Schrift. N. Fr. VIII.* 143.

P. 14. V. 2. A. 53. C. 30. D. 9. 60.

Habitat in Novo Eboraco, sesquipedalis.

10. Regalis. En. capite squamato, dentibus setaceis, punctis 12 albis lineae laterali impressis, pinna caudae cuneata. *Blennius king-Fish Noveboracensibus*, *Schöpf. l. c.* 142.

P. 14. V. 2. A. . . C. . D. 6. 50.

Habitat cum antecedente.

11. Bachus. En. corpore lanceolato oblongo, fusco-rubente, cirrho unico menti, macula fusca pinnarum pectoralium ad basin. *G. B. J. R. Forsteri MS. II.* 34.

Corpus oblongo-lanceolatum supra fusco rubens, subtus vini rubri aqua diluti colore, squamosum: caput subtrigonum, supra planiusculum, subdeclive, squamosum, rictus magnus, horizontalis, maxillae aequales, labia crassiuscula, maxillae inferioris cirrhus unicus, conicus semipollicaris; dentes acuti, conferti, subreflexi nares supremae, rotundae, mediae inter oculos et rostrum: oculi magni, supremi, rostro propiores, pupilla nigra, iris aurea, membrana

nictitans cano-fusca, integra: opercula diphylla, margine poſtico membranaceo: linea lateralis paulum incurva, dorſo parallela: anus capiti propior, pinnae pectorales ad baſin utrinque fusca macula.

Br. 7. P. 22. V. 6. A. 40. C. 26. D. 10. 42.

Habitat circa novam Zeelandiam, plerumque noctu captus hamo, inſigni vinaceo rubore corporis et pinnarum, longus 22 poll. latus $4\frac{2}{3}$ pollices.

12. Colias. E. monopterygius, imberbis, pinnae dorſalis radiis 5 primis ſpinoſis. *G. C. J. R. Forſteri MS. II.* 36.

Corpore oblongo-lanceolatum, conicum, ſquamoſum: caput et dorſum ſupra lineam lateralem caeruleo nigricans cum viridi quodam nitore: latera caeruleo fusca; abdomen caeruleo albicans, pinnae cyaneo nigricantes: ſquamae medio glabrae, margine ſtriatae, apice rotundatae, branchiarum ciliatae, tenaciſſime adhaerentes. Caput ſubſquamoſum in operculis, declive, fronte et nucha planiusculis, inter oculos depreſſum: maxillae ſubaequales, labia craſſa; dentes anteriores maiores, diſtantes, conici, ſubreflexi, poſteriores minuti, acuti, conferti: lingua glabra: nares geminae, ſupremae, oculi ſupremi, membrana nictitans integra, margine ſuperiore cyaneo-nigro, pupilla nigra, iride fusca: opercula ſquamoſa, nigro maculata, triphylla, medium aculeo plano lato acuminatum: anus medius: linea lateralis a nucha ad caudam obliquo-recta, antice ſuprema, poſtice media: pinna dorſalis prope caudam nigro punctata,

ventrales in cirrhum attenuatae, caudalis truncata, ſquamata.

Br. 7. P. 20. V. 6. A. $\frac{1}{18}$. C. 18. D. $\frac{5}{30}$.

Habitat fundum ſaxoſum maris circa novam Zeelandiam, 20 poll. longus, 5 latus. Schn.

GEN. 10. TRACHINUS.

Caput compreſſum, pinna dorſalis prima ſpinoſa.

*1. Draco. Tr. pinna dorſali prima nigra, aculeis 5. *Bl. t.* 61. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1157. *Salviani* 71.

B. 6. P. 16. V. 6. A. 25. C. 14. D. $\frac{5}{5}$. 24.

Corpus compreſſum, caput nudum, declive, rictus magnus, obliquus, maxilla inferior longior, dentes parvi, acuti, multi, oculi ſupremi, ſpina ad operculum, ſquamae parvae, imbricatae, apertura branchialis magna, linea lateralis recta, dorſo vicina, anus capiti vicinus, pinna ani et dorſalis ſecunda longitudine aequales.

Habitat oceanum ſeptentrionalem et mare mediterraneum, longus 8 poll.

*2. Lineatus. *tab.* 10. Tr. pinna dorſali prima 6 radiis ſpinoſis, lineis transverſis obliquis. *Linn. et Gmel. l. c. Salviani l. c.*

B. 5. P. 14. V. 6. A. 30. C. 18. D. $\frac{6}{6}$. 30.

Habitat mare Mediterraneum, pedalis.

Tr. trigloidem Osbeckii vide inter Triglas.

GEN. 11. PHYCIS.

Pinnae ventrales elongatae, filiformes, cirrhus brevis menti.

*1. Tinca. *tab.* 11. Ph. corpore albo, capite compreſſo, nudo, radiis primis pinnae dorſi anterioris elongatis, pinnis dorſalibus et anali longitudinalibus, nigro marginatis, ventralibus biradiatis. *Tinca Marina Salviani* 230. 6. *Blennius Phycis*, *Linn.* n. 7. *Gmel.* 1179. *Merlu barbu*, *Duhamel II.* 147. *t.* 25. *f.* 4.

Br. 7. P. 12. V. 2. A. 56. C. 20. D. 10. 58.

Corpus compreſſiuſculum, ſquamae molles, oblongae, radii pinnarum mutici, caput nudum, acuminatum, rictus amplus, maxillae aequales, dentes minimi, unica ſerie, nares geminae, opercula laevia, apertura branchialis ampla, linea lateralis dorſo vicina, parum incurva, anus capiti vicinior, pinna caudae nigreſcens, rotundata.

Habitat in Oceano ſeptentrionali, pedalis, latus 3 poll.

Pro varietate huc referam *Gadum Rhacinum* J. R. Forſteri MS. IV. 16. *dipterygium*, *cirrhatum*, *pinna dorſi anteriore* 5 *radiata*, *operculis muticis*, quem in aeſtuario Novae Zeelandiae habitantem et incolis *Ahdoroo* vocatum deſcripſit vir doctus, a Phycide colore tantum nigro fuliginoſo, P. D. 5. 68. P. 22. V. 6. A. 62. C. 28. pinnis omnibus ſquamulis minutis obſitis diverſum, 13 uncias longum. Schn.

2. Blennoides. Ph. capite rubente, pone oculos diacantho, ore obliquo, maxillarum dentibus confertis, minutis, operculo poſteriore uni-

ſpinoſo, maculis margine et parte poſtica nigris pinnae ſecundae dorſalis, maxillae inferioris in lateribus utrinque punctis 7, pinnis ventralibus dimidii corporis longitudine. *Brunnich* 24. *n.* 34.

Br. 7. P. 11. V. 2. A. 53. C. 16. D. 10. 56.

Habitat in mari Mediterraneo ad Maſſiliam, longus 4 poll. *Mouſtele* vocata.

3. Fusca. Ph. corpore fusco, ore albo, capite depreſſo, antice rotundato, dentibus incurvis, pinna dorſali prima obſoleta in ſulco recondita, pinnis ventralibus triradiatis, linea laterali antice verrucoſa, in medio incurva, ano medio. *Trifurcated Hacke, Pennant B. Z. III.* 196. *n.* 84. *t.* 52.

Habitat in mari Britannico, pedalis, 3 poll. lata.

*4. Ranina. Ph. corpore fusco, glabro, mucoſo, capite lato, convexo, antice rotundato, poris pertuſo, ſquamis parvis, pinna dorſali prima triradiata, ano capiti vicino, baſi pectoralium conſtricta, ſquamata. *Blennius raninus Linn. n.* 13. *Gmel.* 1183. *Gadus raninus Mülleri Z. D.* 15. *t.* 45.

B. 8. P. 22. V. $\frac{2}{6}$. A. 54. C. 32. D. 3. 62.

Habitat Oceanum ſeptentrionalem, mare Balticum et lacus Sueciae, pedalis, 3 poll. lata.

5. Mustelaris. Ph. pinna dorſali prima triradiata, poſteriore 40. *Blennius muſtelaris Linn. n.* 10. *Gmel.* 1182.

P. 17. V. 2. A. 29. C. 13. D. 3. 43.

Habitat in India.

Hic eſt *Blennius cinereus* M. A. Fr. qui dicitur eſſe corpore oblongo compreſſo cinereo, ſquamis et dentibus minutiſſimis, pinnis griſeis, fusco punctatis: dorſali ad caudam extenſa. Varietas *muſtelaris* in Europa habitare, membranae branchioſtegae radios 5, P. D. 3. 40. P. 16. A. 28 C. 12. et lineam lateralem curvam gerere dicitur. Schn:

Ord. II. THORACICI.

GEN. 12. PLATYCEPHALUS.

Caput depreſſum, acuminatum, pinna dorſalis prior aculeata.

*1. Scaber. Pl. corpore depreſſo, capitis lineis 3 aculeatis utrinque, maxilla inferiore longiore, linea laterali elevata, ſpinoſa. *Cottus ſcaber Bl. t.* 180. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1209.

B. 6. P. 18.. V. 6. A. $\frac{1}{12}$. C. 16. D. $\frac{8}{8}$. 12.

Corpus tenue, ſuperius convexum, nares geminae, oculi verticales, oblongi, approximati, rictus amplus, maxillae vix aſperae, oſſa 2 ovalia hiſpida in anteriore parte palati, lingua libera, lata, glabra, apertura branchialis ampliſſima, ſquamae parvae ſerratae, imbricatae, arcte cuti adhaerentes, pinnae ventrales ſexradiatae, parum remotiores quam pectorales, anus fere medius, pinna caudalis rotundata, ſpinae capitis et linea lateralis mucronatae.

Habitat Tranquebariam, longus 15, lat. 3 poll.

*2. SPATULA. Pl. corpore depreſſo, bruneo, capite ſpinoſo, ſquamoſo, operculo anteriore biſpinoſo, poſteriore uniſpinoſo, linea laterali laevi, maxilla inferiore longiore, ſquamis minutis, aſperis, pinnis ventralibus remotioribus pectoralibus, caudali recta. *Bl. t.* 424.

Br. 7. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 13. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat cum antecedente, longus $9\frac{1}{2}$, latus $2\frac{1}{2}$ poll.

3. INSIDIATOR. Pl. corpore griſeo, depreſſo, punctis maculisque fuscis vario, vertice lineis elatis acutis ſcabro, ſpina duplice ad latera capitis, ventralibus remotioribus. *Cottus Inſidiator, Forskael* 25. *n.* 8. *Gmel.* 1213. *n.* 8.

B. 8. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. 14. C. 15. D. $\frac{1}{1}$. $\frac{7}{7}$. $\frac{0}{13}$.

Habitat in arenoſis locis, arenam ingrediens, ubi inſidias ſtruit piscibus.

*4. UNDECIMALIS. Pl. maxilla inferiore longiore, operculo anteriore ſerrato, linea laterali nigra, lata, dorſo vicina, ano capiti propinquiore, pinna anali ab ano remota, caudali lunata, baſi ſquamata. *Sciaena undecimalis Bl. t.* 303.

B. 5. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{11}$.

Habitat mare ſaxoſum ad Jamaicam, longus 9, latus $2\frac{1}{3}$ poll.

*5. SAXATILIS. Pl. pinna dorſi unica, longitudinali, acuminata, caudali rotundata, linea laterali interrupta, macula nigra margine albo ad initium et in fine trunci. *Perca ſaxatilis Bl. t.* 309. *Sparus ſaxatilis, Linn. n.* 7. *Gmel.* 1271.

B. 7. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15. D. $\frac{18}{31}$.

Habitat inter ſcopulos maris Surinamum alluentis, longus 9, latus 5 poll.

6. Dormitator. *tab.* 12. Pl. capite longo, maxilla inferiore longiore, rotundata, pinnis dorſalibus ſibi vicinis, ſecunda anali oppoſita, ano capiti propinquiore, pinnis maculatis, caudali lata, rotundata, ſquamis magnis. *Le Dormeur, Plumier MS.*

P. 8. V. 5. A. 9. C. 13. D. $\frac{6}{8}$. 11.

Habitat ad Martinicam.

7. Sihamus. Pl. pinnis ventralibus parum remotioribus, vitta argentea obſoleta media, ano medio, pinna dorſali ſecunda anali oppoſita. *Sihami Arab. Atherina Sihama, Forskael* 70. *n.* 102. *Gmel.* 1396. *n.* 3. *)

B 6. P. 16. V. 6. A. 23. C. 17. D. $\frac{11}{11}$. 21.

Habitat in mari rubro, ſesquiſpithamalis.

GEN. 13. COTTUS.

Corpus alepidotum, caput corpore latius, pinnae pectorales latae, ventrales radiis 3-4.

*1. Scorpius. C. capite ſpinoſo, maxilla ſuperiore longiore, pinnis ventralibus triradiatis, dorſalibus arcuatis. *Bl. t.* 40. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1210.

Br. 6. P. 17. V. 3. A. 12. C. 18. D. 10. 16.

---

*) Ubi ſcribendum eſt, loco Atherina pinnis quinque ſubthoracicis: pinna 5 ventralibus.

Corpus craſſum, varium, rictus horizontalis, amplus, denticuli aequales, multi in maxillis, palato et faucibus, orbitarum margo ſuperior prominens, ſulcus inter oculos, membranae branchioſtegae radii 6, linea lateralis dorſo vicina, anus fere medius, radii pinnarum ſimplices, in pinna caudae rotundata tantum furcati.

Maris notae ſunt ſquamae rotundatae, margine aſperae, cuti craſſae immerſae, quas manu antrorſum ducta ſentire licet, pinnarum pectoralium radii latere poſtico inaequales, aſperi. Linea lateralis elevata et utrinque ſeriem pororum appoſitam gerit. Hinc explicandae ſunt diſcrepantiae, quas reperire licet in notis Linnaei in Mus. Fr. Ad. Sebae vel Artedi, et Tonningii in Actor. Nidros. II. p. 315.

Habitat Oceanum ſeptentrionalem Europae, Americae et mare Balticum, ſesquipedalis: femina major mare: color ventris albus, in mare flavus, albo-maculatus: caro ſicca.

Var. Scorpioides. C. corpore minore, aculeis brevioribus capitis, rictu anguſtiore, pinnis pectoralibus majoribus, coloribus obſcurioribus, linea alba a pinnis ventralibus ad anum ducta. *Fabricius F. G.* 158. *n.* 114.

P. 15. V. 3. A. 12. C. 15. D. 10. 15.

Habitat oſtia fluminum Groenlandiae.

*2. Gobio. C. capite depreſſo, rotundato, oculis verticalibus ſibi vicinis, operculis biſpinoſis, radiis pinnarum dorſalium aequalibus longitudine, ventralibus quadriradiatis. *Bl. t.* 39. *f.* 2. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1211.

Br. 4. P. 14. V. 4. A. 12. C. 12. D. 7. 17.

Habitat in rivulis Europaeis et Sibiricis ſaxoſis vel arenoſis, ſapidus: longus 4-6 poll.

*3. Quadricornis. C. tuberculis occipitis oſſeis 4 muricatis, pinnae ventralis radiis 4. *Bl. t.* 108. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1208.

Br. 6. P. 16. V. 4. A. 14. C. 10. D. 9. 14.

Exempla minora vel juniora vel ſexu differentia exoſtoſibus carioſis capitis carere annotavit Pallas S. Z. VIII. 25.

Habitat mare Balticum.

4. Chaetodon. C. tantum ſpinulis 2-3 operculorum, oculis approximatis, dentibus ſetaceis, cirrhis brevibus ad maxillam inferiorem, dorſo unipinnato, ventralibus triradiatis. *Cottus glaber, Schoepf. in Schrift. der Geſellſ. N. Fr. VIII.* 146.

B. 5. P. 18. V. 3. A. 21-22. C. 12. D. 25-26.

Habitat flumina provinciae New-York.

5. Indus. C. corpore molli, lubrico, lido, lituris variis nigris, operculorum ſpinis 2-3, ramentis ſupra oculos, pinnis ventralibus triradiatis, aculeis 2 pinnae dorſalis primae vix conſpicuis. *Linn. Mus. R. A. II.* 66.

Br. 6. P. 18. V. 3. A. 22. C. 12. D. $\frac{2}{2}$. 26.

Habitat in India orientali.

6. Bubalis. C. capite depreſſo, ſcabro, ſpinoſo, bicorni, oculis verticalibus, approximatis, linea laterali ſcabra, tuberculata, radiis 4 pinnarum ventralium. *Euphraſen in N. Schwed. Abh. VII.* 64. *t.* 3. *f.* 2. 3.

Br. 6. P. 15. V. 4. A. 8. C. 10. D. 8. 13.

Habitat in Oceano occidentali in Kyrkesund Bahusiae.

*7. Hispidus. *tab.* 13. C. corpore nigro toto hispido, capite valde muricato, sulco inter oculos, linea laterali spinosa, rictu peramplo, seriebus 4 aculeorum brevium vaginatorum supra lineam lateralem a capite ad caudam extensis, ano pinnae caudae viciniore, dorso tripterygio, ventralibus 4 radiatis.

P. 17. V. 4. A. 14. C. 20. D. $\frac{6}{6}$. $\frac{12}{12}$. 13.

Habitat in Neu-York, *Sea-Raven* dictus.

8. Tripterygius. C. sordide flavus et purpureus, capite et operculis spinis hispido, pinnis dorsalibus tribus spinosis, prima 4 spinosa, pinna caudae rotundata. *Cottus Acadian, Pennant A. Z. III.* 371.

Hacitat in nova Scotia, longus 5 poll.

Species non satis definitae.

a) Cottus gobioni affinis parvulus, P. D. 7. 16. ani 13. C. 12. P. 12. V. 4. Corpus punctis scabrum, caput utrinque obtuso angulo unidentatum. *Catalogus MS. Musei Petropolitani no.* 125.

b) Cottus Stelleri, mira specie siluri et loricariae. *Ibidem no.* 129. Schn.

GEN. 14. PERIOPHTHALMUS.

Pinnae pectorales manuformes, oculi palpebrati.

*1. Papilio. *tab.* 14. P. cute capitis laxa, rictu angusto, unica serie dentium conicorum

in utraque maxilla, apertura branchiali angusta, pinnis ventralibus discretis, dorsali prima elata flabelliformi, secunda arcuata, squamis parvis.

B. 2. P. 12. V. 6. A. 10. C. 16. D. 12. 14.

Corpus subcompressum, squamosum, dorsum rotundatum, caput crassum, squamosum, declive, labia crassa, oculi prominentes, palpebrati, opercula carnosa, integra, lingua crassa, cartilaginea, cum palato glabra, maxillae aequales, tuberculum inter oculos et labium superius, pinnae pectorales basi constrictae, squamatae et carnosae, linea lateralis recta, media, pinnae rotundatae, anus medius.

Habitat ad Tranquebariam, longus 8 poll.

*2. RUBER. P. ruber, rictu amplo, unica serie dentium horizontalium in maxilla inferiore, rectorum in superiore, palpebris latis laxisque, apertura branchiali ampla, pinnis dorsalibus a se distantibus, squamis magnis, pinnis ventralibus membrana conjunctis.

B. 2. P. 12. V. 6. A. 10. C. 16. D. 12. 14.

Habitat cum antecedente, pedalis.

Palpebrae sunt latae, laxae, coloratae, membrana alba connexae: membrana branchiostega crassa radiis 3 fulta: pectoralium pinnarum basis ossea longa et lata, pinna ipsa fere dimidia squamis tecta: dentes teretes, curvi, exserti, unica serie: labii superioris lobus utrinque cutaceus, brevis, angularis. Schn.

3. SCHLOSSERI. P. pinnis dorsalibus a se distantibus, primae radiis 8 rigidis, corpore fusco-nigricante, pinna anali cum dorsi secunda aequa-

aequali longitudine. *Gobius Schlosseri*, *Pall: S. Z. VIII.* 3. *t.* 1. *f.* 1-3. *Gmel* 1201. *n.* 14.

B. 3. P. 16. V. 6. A. 12. C. 19. D. $\frac{8}{8}$. 13.

Habitat ad Chinam, spithamalis.

4. Koelreuteri. P. labio superiore bilobo, dentibus conicis 2 majoribus, operculis adnatis, apertura branchiali angusta, lunata, valvula cutanea clausa, pinnis dorsalibus a se distantibus, prima elata, ventralibus basi connexis, squamis parvis. *Gob. Koelreuteri*, *Pall. S. Z. VIII.* 8. *t.* 2. *f.* 123. *Gmel.* 1205. *n.* 24.

B. 2. P. 13. V. 6. A. 11. C. 13. D. $\frac{11}{11}$. vel. $\frac{12}{12}$. 13.

Patria ignota: magnitudo fere dodrantalis.

GEN. 15. ELEOTRIS.

Pinnae ventrales membrana connexae.

1. Strigata. E. capite strigato, rictu obliquo, amplo, radiis pinnae dorsalis primae setis auctis, squamis subquadratis, serratis, ano medio, pinna caudali rotundata, linea laterali media, vix conspicua. *Taiboi Otaheitis*, *Gobius strigatus*, *Broussonet Fasc.* 1. *t.* 1. *Gmel.* 1204. *n.* 23.

B. 6. P. 20. V. 6. A. 19. C. $\frac{3-3}{2\,2}$. D. 6. 20.

Corpus oblongum, teretiusculum, squamatum, caput nudum, compressum, oculi subverticales, nares geminae, dentes parvi, acuti, conferti, inaequales, introrsum versi, in maxilla inferiore longiores, lingua et palatum glabra, apertura branchialis ampla, linea lateralis rec-

ta, dorſo vicinior, anus medius, caudalis rotundata.

Habitat in mari pacifico prope inſulam Otaheiti.

2. Mauritii. E. corpore argenteo, maculato, pinnis ventralibus latis, caudali furcata, linea laterali poſtice incurva, ſquamis minimis. *Pr. Mauritii MS. Marggrav* 153. *Gobius Gronov. Zooph.* 82. *n.* 278. *Gmel.* 1205. *n.* 25.

B. 5. P. 24. V. 10. A. . C. . . D. 10. 30.

Habitat mare Braſilienſe, longus 7 poll.

3. Boddarti. E. capite obtuſo, radiis pinnae dorſalis primae altis, ſetaceis, praelongis, cirrhiformibus ſecunda et anali longitudinalibus, fuſco maculatis, ſquamis parvis, linea laterali papilloſa, pinnis ventralibus conchiformibus. *Gobius Boddarti, Pall. S. Z. VIII.* 11. *t.* 2. *f.* 4. 5. *Gmel.* 1201. *n.* 16.

B. 4-5. P. 21. V. 34. A. 25, C. 18. D. 5. 25.

4. Minuta. E. albeſcens. capite depreſſo, maxilla ſuperiore longiore, pinnis dorſalibus altitudine aequalibus, caudali rotundata, ſquamis latis, deciduis. *Gobius Gronov: Zooph.* 81. *n.* 276. *Gob. minutus, Gmel.* 1199. *n.* 13.

B. 5. P. 14. V. . . A. 9. C. 15. D. 6. 10.

Habitat ad litora Belgii.

5. Ocellaris. E. maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſali prima brevi, ſecunda anali oppoſita, ventralibus baſi tantum conjunctis, caudali rotundata, ſquamis parvis, leviter ciliatis, operculis nudis, rictu obliquo, dentibus con-

fertis. *Gobius ocellaris*, *Brouſſonet Faſc. I. t.* 2. *Gmel.* 1204. *n.* 22.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 11. C. $\frac{4-4}{22}$. D. 6. 11.

Habitat in Oceano pacifico prope Inſulam Otaheiti.

6. LAGOCEPHALA. E. capite brevi, maxilla ſuperiore hemiſphaerica, pinnis dorſalibus vicinis, alitudine aequalibus, pinnis ventralibus cotylam efformantibus. *Gobius lagocephalus*, *Pall. S. Z. VIII.* 14. *t.* 2. *f.* 6. 7. *Gmel.* 1202. *n.* 17.

B. 3. P. 15. V. 4. A. 10. C. 12. D. 6. 11.

Habitat mare Americanum, digitalis.

7. CYPRINOIDES. E. corpore compreſſo, capite craſſo, ſquamis magnis ſubciliatis, criſta cutacea inter oculos, oculis lateralibus, pinnis pectoralibus baſi carnoſis. *Gobius cyprinoides*, *Pallas VIII. S. Z.* 17. *t.* 1. *f.* 5. *Gmel.* 1202. *n.* 18.

Br. 4. P. 18. V. 12. A. 9-10. C. 15. D. 6. 10.

Habitat ad Amboinam, digitalis.

8. LOPHAR. E. ſulcis inter oculos elatis, pinnis ventralibus etiam lateraliter carinae abdominali affixis, pinna caudae bifida, apice radiorum nigro. *Perca Lophar*, *Forskael* 38. *n.* 35. *Gmel.* 1311. *n.* 41.

P. $\frac{1}{16}$(?). V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{26}$(?). C. 17. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{27}$(?).

Habitat ad Conſtantinopolim, Turcis *Lofär Balük*.

*10. LANCEOLATA. *tab.* 15. E. capite parvo, nudo, declivi, corpore maculato, ano capiti

viciniore, pinnis ani et dorſali ſecunda oppoſitis, caudali lanceolata, faſciis plurimis.

P. 17. V. 6. A. 29. C. 13. D. $\frac{5}{5}$. 31.

Habitat in Tranquebaria, longus 4 poll.

Species non definiendae.

Pisonis. E. capite depreſſo, maxilla inferiore longiore, pinnis ventralibus diſcretis. *Gronov. Mus. II.* 16. *n.* 168. *G. Piſonis, Gmel.* 1206. *n.* 26.

An ſpecies Periophthalmi? ob pinnas ventrales diſcretas.

GEN. 16. GOBIUS.

Pinnae ventrales concretae, baſi cavum efformantes.

*1. Niger. G. capite depreſſo, trunco compreſſo, radiis pinnae dorſi primae 6 rigidis, ano medio, pinna caudali rotundata. *Bl. t.* 38. *f.* 2. 4. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1196.

B. 4. P. 18. V. 10. A. 12. C. 14. D. $\frac{6}{6}$, 14.

Corpus teretiuſculum, oblongum, ſquamoſum, lubricum, caput declive, nudum, oſſa labialia tenuia, dentes recti, parvi, acuti in maxillis et palato, lingua glabra, oculi ſubverticales approximati, cute communi tecti, nares geminae ante oculos; opercula utrinque fraenata, apertura branchialis anguſta; linea lateralis media, ſquamae integrae, tenues.

Habitat in Oceano Europaeo et Aſiatico, longus 5 poll.

*2. Lanceolatus. G. pinna dorſali prima alta, ano pinnis ventralibus vicino, caudali lanceolata. *Bl. t.* 38. *f.* 1. *Plumier MS. Gobius Gronov: Zooph. n.* 277. *t.* 4. *f.* 4. *Gmel.* 1203. *n.* 20.

B. 5. P. 16. V. 12. A. 16. C. 20. D. 6. 18.

Habitat ad Antillas.

*3. Jozo. G. corpore terete, pinnis nigris, dorſali prima alta, caudali rotundata, operculo poſteriore ſuperius in angulum acutum terminato, ano pinnis ventralibus vicino, linea laterali nigra, lata. *Bl. t.* 107. *f.* 3. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1199.

B. 4. P. 16. V. 12. A. 14. C. 16. D. 6. 14.

Habitat in Oceano Europaeo et mari Mediterraneo, longus 4-6 poll.

*4. Plumerii. G. radiis mediis pinnae dorſalis primae praealtis, ſetiformibus, capite magno, roſtro naſiformi, maxilla ſuperiore longiore, pinna caudali rotundata, ano medio. *Bl. t.* 178. *f.* 3. *Plumier MS. Gmel.* 1203. *n.* 4.

B. 4. P. 12. V. 6. A. 10. C. 14. D. 6. 12.

Habitat ad Antillas, ſemipedalis.

5. Brasiliensis. G. corpore terete, coeruleo, nigro punctato et maculato, cauda elongata, conſtricta, pinna caudali oblonga, lanceolata, pinnis pectoralibus et ani luteis. *Pr. Mauritii MS.*

P. 12. V. 8. A. 19. C. 13. D. 18. 21.

Habitat ad Braſiliam.

6. Eleotris. G. albeſcens, pinnis dorſali-

bus altitudine aequalibus, apertura branchiali amplissima, ano capiti propinquiore, pinna caudae rotundata. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1199.

B. 5. P. 20. V. 10. A. 9-10. C. 10. D. 6. 11.

Habitat ad Sinam.

*7. Aphya. G. fasciis etiam pinnarum fuscis, pinnis dorsalibus a se remotis. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1199. *Pennant B. Z. III.* 215. *n.* 96. *t.* 37.

P. 18. V. 12. A. 14. C. 13. D. 6. 16.

Habitat in Nilo, mari Mediterraneo et Britannico, longus 1½ poll.

8. Pectinirostris. G. capite parvo, plano, rictu amplo, dentibus maxillae inferioris horizontalibus, pinna dorsali prima alta. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1200.

P. 19. V. 12. A. 25. C. 15. D. 5. 26.

Habitat ad Sinam.

Osbeck 170 membranae br. radios 4 memorat, dentes horizontales omittit, quos Lagerstroem Chin. 29. f. 3. posuit, mihi non visus. Schn.

*9. Barbarus. G. pinnis pectoralibus flabello insistentibus, pinnae dorsalis prioris radiis 12, posterioris 13. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1201.

Habitat - -

10. Rutensparii. G. corpore unciali, pallido, nigro punctato, capite angusto, maxilla inferiore longiore, unica serie dentium, macula nigra ad basin pinnae caudalis. *Euphrasen in N. Schwed. Abh. VII.* 62. *t.* 5. *f.* 1.

B. 3. P. 15. V. 8. A. 8. C. 12. D. 7. 8-11.

Habitat in Oceano occidentali ad Infulam Klaedesholm.

*11. MEDITERRANEUS. G. rictu obliquo, dentibus acutis, multis, in ferie exteriore majoribus, difcretis, maxilla inferiore longiore, apertura branchiali ampla, ano capiti propinquiore, nucha fquamata, radiis quarto et quinto pinnae primae dorfi praealtis, fetofis, radiis pinnae fecundae dorfi et analis bifidis, pinnis rotundatis.

B. 5. P. 16. V. 10. A. 11. C. 15. D. 6. 14.

Habitat in mari Mediterraneo, longus 9 pollices.

*12. STRIATUS. *tab.* 16. G. corpore violaceo, caeruleo punctato, ftriis 6 fufcis transverfalibus, capite toto fquamato, oculis contiguis, ore intus nigro, rictu angufto, maxilla fuperiore arcuata, dentibus acutis, diftantibus, pinna dorfi prima alta, radiis pilofis, fecunda et anali longitudinalibus, pectoralibus brachiatis, fquamis parvis, linea laterali vix confpicua.

B. 2-3. P. 17. V. 6. A. 24. C. 16. D. 5. 25.

Habitat ad Tranquebariam, longus 8 poll. *Attie oveoti* Malaice.

*13. PAGANELLUS. G. maxillis aequalibus, feriebus dentium tribus, pinnis pectoralibus acuminatis, ventralibus in apice divifis, ano medio, pinna caudali acuminata, fquamis denfis, afperis, elliptico-oblongis. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1198. *Haffelquift.* 373. *n.* 69.

Br. 5. P. 17. V. 12. A. 16. C. 20. D. 6. 17.

Habitat ad Smirnam.

14. ANGUILLARIS. G. corpore pingui, lu-

brico, cute ſubdiaphana, pinnis rubris, ore ſimo, dentibus exertis, pinnis pectoralibus minimis, pinna dorſi et ani in caudalem excurrentibus. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1201.

P. 12. V. 10. A. 43. C. 12. D. 52.

Habitat ad Sinam.

15. Tropicus. G. pinna dorſali unica, capite magno, rugoſo, ſquamis aſperis, operculis linearibus, ſerratis, oculis magnis, pinna caudali rotundata. *Osbeck* 392.

B. 3-4. P. 15. V. 8. A. 12. C. . . D. 12. et plures

16. Cruentatus. G. corpore pallido, fusco ſubfaſciato, ore gula operculisque maculis ſanguineis puſtulatis, lineis transverſis cutaceis ſub oculis et 2 longitudinalibus ante pinnam anteriorem dorſi, caudali circinata, nigro ſubfaſciata. *Brunnich* 30. *n.* 42. *Gmel.* 1197. *n.* 10.

B. 5. P. 19. V. 12. A. 15. C. 15. D. 6. 16.

Habitat in mari mediterraneo, fere ſpithamalis.

17. Arabicus. G. ſquamis minimis, cuti immerſis radiis poſterioribus pinnae dorſi anterioris filis rubris auctis, caudali cuneata. *Gobius anguillaris Forskael.* 25. *n.* 5. *Gmel.* 1198. *n.* 11.

Br. 4. P. 16. V. 12. A. 13. C. 17. D. 6. 14.

Habitat Djiddae ad Arabiam, longitudine digiti minimi.

18. Nebulosus. G. corpore fusco-nebuloſo, ſquamis magnis, rhombeis, aſperis, pinna

ani nigro marginata, caudali rotundata, radio ſecundo pinnae dorſalis primae filo nigro aucto. *Forskael l. c. n.* 6. *Gmel.* 1198. *n.* 12.

B. 7. P. 18. V. 12. A. 11. C. 14. D. 6. 11.

Habitat cum antecedente.

19. Flavescens. G. corpore parvo, capite obtuſo, maxilla inferiore longiore, macula caudali nigra. *Fabricii Reiſe* 322.

P. 21. V. 10. A. 11. C. 14. D. 7. 12.

Habitat ad Norvegiam *).

*20. Vagina. G. corpore aequali rubro, compreſſo, oculis minimis, apertura ovali ſupra operculum poſterius, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, dentibus exertis, diſcretis, linea laterali media, recta, ano pinnis ventralibus vicino, dorſali ſolitaria, recta, fere longitudine dorſi, ani longitudinali, caudali lanceolata. *Sewwöli* i. e. *vagina cultri rubra*, Tamulice.

B. 4. P. 14. V. 5. A. 44. C. 21. D. 56.

Habitat ad Tranquebariam, ſpithamam nunquam excedens, in cibo vilis. Johnius pectoralis 18 ventralis 10 dorſalis 53 analis 44 caudalis 17 numeravit radios.

Species non definiendae.

a) Bicolor. G. corpore fusco, pinnis omnibus nigris, facie G. paganelli, radiis ultra membranam vix eminentibus. *Brunnich P. M.* 30. *n.* 41. *Gmel.* 1197. *n.* 9.

---

*) Forte idem cum no. 10. Schn.

P. 19. V. 12. A. 15. C. 17. D. 6. 16.

Habitat in mari mediterraneo, 3 pollicaris.

6. MELANURUS. G. pinna dorſali unica, cauda nigra. *Gmel.* 1201. *n.* 15. *)

GEN. 17. JOHNIUS.

Caput totum ſquamatum, ſquamae laeves, pinnae dorſales vicinae.

*1. CARUTTA. J. corpore plumbeo, capite parvo, rictu anguſto, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali lata. *Bl. t.* 356.

Br. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 18. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{30}$.

Corpus oblongum, ſubcompreſſum, dentes parvi, acuti, nares bigeminae juxta oculos, apertura branchialis ampla, opercula laevia, ſquamae magnae, pinna dorſi ſecunda longitudinalis, caudalis rotundata, analis brevis, pectorales acuminatae, linea lateralis recta, fere media, anus remotus.

Habitat in mari alluente Tranquebariam, Malaice *karutta Katalai:* anadromus.

*2. ANEUS. J. capite magno, linea laterali anguſta, dorſo vicina, ſubarcuata, maxilla inferiore ſublongiore, rictu amplo, ſquamis magnis. *Bl. t.* 357.

Br. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 18. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{25}$.

Habitat cum antecedente, Malaice *Anei Katalai.*

---

*) In Decade prima Brouſſoneti obiter commemoratum video in notitia G. ocellaris extrema.

3. RUBER. *tab.* 17. J. capite dorſo et lateribus rubris, ventre luteo, maxillis aequalibus, dentibus 2 conicis in utraque maxilla, lateralibus parvis, linea laterali fere recta, lutea.

B. 5. P. 16. V. 7. A. 7. C. 20. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{29}$.

Habitat cum praecedente. *Woelpanna* Malaice.

*4. MACULATUS. J. corpore luteo, maculis magnis, ſparſis, transverſalibus fuscis, maxilla ſuperiore longiore, dentibus parvis, pinnis dorſalibus margine atris, ventralibus cum anali rubris, linea laterali recta, cauda rotundata.

P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 19. D. $\frac{11}{25}$.

Habitat cum antecedente, pedalis, Malaice *Pulli Katalei.*

*5. REGALIS. J. unica ſerie dentium minimorum, 2 caninis in ſuperiore maxilla, linea laterali recta, ventre albo, pinnis rubris, caudali ſquamata, lata, lunata.

P. 15. V. 7. A. 12. C. 17. D. $\frac{9}{9}$. 30.

Habitat in America ſeptentrionali, in provincia New-York, *King* or *White-Fiſh* dictus.

*6. SAXATILIS. J. corpore argenteo, ſtriis transverſis violaceis, capite obtuſo, unica ſerie dentium minimorum, maxilla ſuperiore prominente, operculo anteriore ſubſerrato, linea laterali prope dorſum, recta, pinnis ſanguineis, caudali ſquamata, lunata.

P. 17. V. 8. A. 8. C. 17. D. $\frac{9}{9}$. 25.

Habitat cum praecedente, *Rock-Fiſh* appellatus, pedalis, latitudine biuncialis.

*7. Serratus. J. capite declivi, maxilla inferiore longiore, operculo anteriore ſerrato, poſteriore biſpinoſo, linea laterali antice curvata, ventre argenteo, ano in medio, pinna ani et caudae rotundatis, baſi ſquamatis. *Malaice.*

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 18. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{28}$.

Habitat ad Tranquebariam, Malaice *Woellei Katalei.*

*8. Niger. G. corpore nigreſcente, pinnis nigris, pinna dorſali prima alta, operculo poſteriore biſpinoſo, baſi pinnae ani et caudae ſquamata. *Sciaena nigra Bl. t.* 297. *Sciaena umbra Linn. n.* 4. *Gmel.* 1298.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 19. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{24}$.

Habitat in mari Mediterraneo, longus 8 latus $2\frac{1}{4}$ poll.

*9. Cirrhosus. J. roſtro naſiformi, maxilla ſuperiore longiore, cirrho brevi menti, operculo anteriore ſerrato, poſteriore uniſpinoſo, ano fere medio, pinna caudae lunata, trunco ſtriato. *Sciaena cirrhoſa Bl. t.* 300. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1299.

B. 5. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 19. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{26}$.

Habitat in mari Mediterraneo et infero.

*10. Macrolepidotus. J. corpore albeſcente, ſquamis magnis, operculo anteriore profunde ſerrato, appendice ſquamoſa ad baſin pinnarum ventralium, pectoralibus longis, acuminatis, baſi pinnae ani, caudae et dorſalis ſecundae ſquamata, caudali lunata, aculeo ſecundo analis longo et lato.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{12}{12}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat ad Tranquebariam, Malaice *Kakamin.*

11. THORAX. J. trunco inter caput et caudam bruneo, pinnis dorſalibus et anali nigro maculatis, cauda longa, rotundata, ano medio, linea laterali inconſpicua.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. . . C. 23. D. 8. 20.

Habitat ad Surinamum, hoſpitatur in Muſeo Vaillantii Pariſiis.

An huc pertinet ſequens?

12. GUTTATUS. J. maxilla inferiore longiore, dentibus ſupra binis utrinque caninis, capitis lateribus cum mento luteis, rubello maculatis, ventris albicantis maculis rubellis, dorſo ano caudalique truncata pinna rubellis nigro maculatis, ventralibus dimidio luteis rubellisque, pectoralibus rubellis, apicibus nigricantibus, dorſalis radiis prioribus ſpinoſis, ſpina ante analem, ſquamis minutis. *Bonacì cardenal, Parra* 29 *tab.* 16 *f.* 1.

Habitat mare Americanum, non ſine periculo in cibo ſumtus.

Varietas *Bonacì Ararà* fig. 2. fundum obſcuriorem colore lucidiore maculatum habet, non minus in cibo periculoſus. Schn.

GEN. 18. MULLUS.

Pinnae dorſales a ſe invicem remotae, cirrhi mentales gemini.

*1. SURMULETUS. M. capite declivi, ſtriis

longitudinalibus luteis, cirrhis 2 longis rubris. *Bl. t.* 57. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1339. *M. major Salviani* 336.

Br. 3. P. 15. V. 6. A. 7. C. 22. D. 7. 9.

Corpus craſſum, compreſſiusculum, rubrum, caput declive, ſquamatum, ſquamae magnae, laeves, facile deciduae, opercula ſquamata, rictus horizontalis; denticuli acuti, multi; apertura branchialis ampla, cirrhi gemini, longi, linea lateralis vix conſpicua, dorſo vicina, parallela, anus pinnae caudali vicinior, dorſalis prima in ſulco reponenda, caudalis diviſa.

Habitat in Oceano Americano, Europaeo ſeptentrionali et in mari Mediterraneo, pedalis, latus 2½ poll. Caro olim Romae in deliciis menſae habebatur.

A ſequente ſpecie differt etiam dentibus utriusque maxillae teretibus, obtuſis, ſupra quos prominent 4 majores, quorum duo inferiores retrorſum et extrorſum verſi ſunt: contra ſequens dentibus maxillae ſuperioris caret.

Var. a. Maculatus. M. ſanguineus, maculis 3 nigris rotundis, laterum ſtriis nullis. *Picametica Braſilienſibus, P. Mauritii MS. Bl. t.* 348. *f.* 1.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{10}$. C. 19. D. $\frac{8}{8}$. 10.

Habitat in mari Braſilienſi.

Var. b. Lineatus. *tab.* 18. M. lineis coeruleis capitis, abdomine coeruleſcente, vittis nullis.

Habitat ad Novam Hollandiam a D. Dre. Latham communicatus.

*2. BARBATUS. M. capite valde declivi, ſtriis nullis laterum. *Bl. t.* 348. *f.* 2. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1338. *M. minor Salviani* 235.

Br. 3. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 17. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{9}$.

Habitat in mari mediterraneo, Baltico et pacifico.

Ex Indico ſub nomine Tamulico *Nagarei* accepi fulvo maculatum in fundo rubro. Variare dicitur pinnis ſtriatis.

3. AURIFLAMMA. M. vitta utrinque aurea, dorſo fusco-aeneo, caudae pinna et dorſali flavis, immaculata, ſquamis margine membranaceis, macula nigra caudali. *Forskael* 30. *n.* 19. *Gmel.* 1340. *n.* 5.

Br. 3. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{9}$. C. 15. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{10}$.

Habitat in mari rubro, *Ambis* Arabice. In 3 exemplis cirrhi veluti detonſi apparebant.

4. VITTATUS. M. corpore albo, vittis utrinque duabus fuscis, tribus flavis, cirrhis 2 albis, linea laterali ramuloſa, pinna caudae oblique fuscata. *Abu dagn, i. e. barbatus, Forskael* 31. *n.* 20. *Gmel.* 1341. *n.* 6.

B. 3. P. . . V. . . A. . . C. . . D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{10}$.

Habitat cum praecedente.

Species non definiendae.

a) JAPONICUS. M. flavus, cauda bifurca. *Houttuyn in Haarl. XX.* 2 *Deel.* 334. *n.* 23. qui barbati varietatem eſſe putabat. *Gmel.* 1340 *n.* 4.

P. . . V. . . C. . . D. 7. 9.

Habitat in mari Japonico.

b) Hispanicus. M. major, dorſalibus pinnis maculatis. *Aldrov. de Piscib.* 123.

GEN. 19. SCIAENA.

Caput antice nudum, ſquamae margine laevi.

*1. Macrolepidota. Sc. corpore faſciato, capite obtuſo, rictu obliquo, anguſto, maxilla inferiore longiore, ano capiti propinquiore, pinna dorſali ſecunda anali oppoſita, aequali magnitudine, caudali rotundata, baſi ſquamata, ſquamis magnis, pinnis muticis. *Bl. t.* 298.

P. 13. V. 6. A. $\frac{1}{11}$. C. 18. D. 7. 10.

Corpus compreſſum, ſquamae fortiter cuti adhaerentes, dentes parvi, acuti, multi, lingua et palatum glabra, nares geminae, oſſa labialia anguſta, apertura branchialis ampla, linea lateralis dorſo propinqua.

Habitat in India, longus 9 poll.

*2. Maculata. Sc. maxillis aequalibus, ore anguſto, operculis ſquamatis, pinnis nigromaculatis, caudali longa, lanceolata. *Bl. t.* 299. *f.* 2.

Br. 4. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{5}$. C. 15. D. $\frac{7}{7}$. 9.

*3. Guttata. Sc. capite longo, nudo, cauda elongata, gracili, maculis nigris, rotundis per ſeries duas digeſtis, pinnis nigro-punctatis, ano fere medio, pinnis muticis.

B. 5. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{8}$. C. 16. D. $\frac{7}{7}$. 9.

Habitat in mari Indico, longus 5 poll.

*4. CORO. Sc. corpore argenteo, capite nudo, ſtriis transverſis nigris octo, operculo ſecundo uniſpinoſo, ano remoto, pinna caudae lunata. *Bl. t.* 307. *f.* 2. *Corocoro Pr. Mauritii MS. II.* 385. *Marggrav* 177.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{11}$. C. 15. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{2}{11}$.

Habitat in mari Braſilienſi, pedalis.

5. MAURITII. Sc. corpore albo, immaculato, capite nudo, ano remoto, pinna caudali lunata. *Bl. t.* 307. *f.* 1. *Guaru Braſilienſibus, Pr. Mauritii MS.*

P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 17. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{7}{17}$.

Habitat cum antecedente.

*6. MALABARICA. *tab.* 19. Sc. capite ſubacuto, rictu ampliſſimo, pinnis muticis, linea laterali recta, pinna dorſi ſecunda anali oppoſita, ano capiti propinquiore, pinnis dorſalibus nigris, caudali lunata.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. 21. C. 22. D. 16. 22.

Habitat mare ad Tranquebariam omnium frequentiſſimus delicatiſſimus et ſalubarimus in cibo, Tamulice *Kulhenga* vel *Kulanga*, Luſitanis *Peixe Pegude* vel *Madame* audit: pedem longitudine non multum ſuperat.

7. CHINENSIS. Sc. percae fluviatili ſimilis, flavicans corpore, pinnis, lingua et palato, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva caudali pinna ovata. *Perca chinenſis Osbeck* 335. *Gmel.* 1318. *n.* 50.

P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{10}$. C. 17. D. $\frac{10}{36}$.

8. Nobilis. Sc. corpore anguſto, argenteo, capite obtuſo, maxilla ſuperiore longiore, rictu anguſto, oculis parvis, margini oris vicinis. *Sparus nobilis*, *Osbeck* 336.

B. 3. P. 16. V. 6. A. 12. C. 24. D. 4. 9.

Habitat ad Sinam, pedalis.

9. Smirnensis. Sc. corpore compreſſo, roſtro obtuſiuſculo, maxilla inferiore longiore, rictu amplo, pinnis dorſalibus ſibi admodum vicinis, ano medio, pinna caudae admodum bifurca, ſquamis oblongis, deciduis, pinnis ventralibus vicinis, abdomini utrinque annexis. *Labrus orientalis*, *Haſſelquiſt* 394. *n.* 79.

Br. 7. P. 16. V. 6. A. 27. C. 29. D. 7. 26.

Habitat ad Smirnam, longa 4, lata 1 ſpith.

10. Boops. Sc. oculis magnis, dorſo dipterygio, dentibus in maxilla inferiore longiore magnis, acutis, operculis ſquamatis. *Labrus Boops Houttuyn XX. Deel.* 2. 326. *n.* 14. *Gmel.* 1291. *n.* 5.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 22. D. $\frac{5}{5}$. 12.

11. Chromis. Sc. cauda integra, pinnis dorſalibus ſubunitis, analis radio ſecundo validiſſimo, aculeo operculorum. *Labrus Chromis Linn. n.* 35. *Gmel.* 1 9 .

P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 19. D. 10. $\frac{1}{2}$.

Habitat in Carolina, *Drum* dictus.

12. Rubra. Sc. corpore rubro, capite toto ſquamato, pinnis dorſalibus ſibi approximatis,

pectoralibus longis, ano caudali lunatae viciniore. *Perca rubra Catesby II. 4. t. 3.*

Habitat in America.

GEN. 20. PERCA.

Caput partim vel totum nudum, opercula anteriora ſerrata.

*1. Fluviatilis. P. capite nudo, ſtriis transverſalibus nigris, pinnis inferioribus rubris, macula nigra in fine dorſalis primae, ano pinnae caudae viciniore, appendice ſquamoſa ad baſin pinnarum pectoralium, caudali lunata. *Bl. t.* 52. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1306.

B. 7. P. 14. V. 5. A. $\frac{2}{11}$. C. 25. D. $\frac{15}{15}$. 14.

Corpus craſſum, dorſum arcuatum, linea lateralis dorſo vicina, parallela, oſſa labialia lata, dentes parvi, aceroſi, acuti, multi ad maxillas, palatum et fauces, lingua glabra, rictus amplus, apertura branchialis ampla, pinnae rotundatae, caudalis lunulata, ſquamae imbricatae, tenaciter cuti adhaerentes.

Habitat in Europae, Sibiriae et Americae ſeptentrionalis aquis dulcibus, etiam in mari Caſpio, pedalis et ultra. Ex provincia Neu-York ſub nomine *River-perche* accepi: quod Forſteri opinionem contra Schoepfii cenſuram in Naturforſcher Part. XX p. 17 defendit et confirmat. Vita tenax, caro bona, facilis digeſtionis.

*2. Lucio-Perca. P. corpore cinereo, dentibus conicis, discretis, maculis dorſalibus obſoletis, cornea opaca, ano fere medio, appen-

dice squamosa ad basin pinnarum pectoralium, caudali lunata. *Bl. t.* 51. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1308.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{14}$. C. 22. D. $\frac{14}{14}$. $\frac{1}{3}$.

Habitat in Europae, etiam Persiae borealis, aquarum profundiorum puriorum fundo arenoso et margaceo: etiam in mari Caspio occurrit.

Magnitudinem 2 ped. et ultra, pondus ad 20 libras acquirit.

*3. Zingel. P. striis obliquis nigris, capite depresso, operculis squamatis, rostro nasiformi, maxilla superiore longiore, ano remoto. *Bl. t.* 106. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1310.

P. 15. V. 6. A. 13. C. 14. D. 16. 19.

Habitat in Danubio alisque Germaniae fluviis, pedalis, lata 2½ poll.

*4. Aspera. P. capite depresso, nudo, fasciis nigris obliquis, maxilla superiore prominente, cauda elongata attenuata. *Bl. t.* 107. *f.* 1. 2. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1309.

B. 7. P. 23. V. 6. A. 11. C. 18. D. 8. 13.

Habitat in Europae australioris ad Germaniam superiorem usque aquis purioribus.

*5. Labrax. P. corpore argenteo, operculis squamatis, anteriore serrato, rictu amplo, linea laterali recta, ano pinnae caudali viciniore, squamis parvis. *Bl. t.* 301. *Linn. n.* 5. *) *Sonnini Voyage I.* 217 *tab.* 5 male.

B. 5. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 20. D. $\frac{9}{9}$. 14.

---

*) A Gmelino omissa.

Habitat in mari Mediterraneo.

*6. DIACANTHA. P. corpore argenteo, lineis aureis longitudinalibus, operculis squamatis, posteriore bispinoso, maxillis aequalibus. *Sciaena diacantha Bl. t.* 302.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 20. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat in mari Mediterraneo, longa 10, lata $2\frac{1}{2}$ poll.

Var. a. Differt ab antecedente maxilla inferiore longiore, aculeis dorsalibus tantum 8, et lineis longitudinalibus flavis. *Sciaena lineata Bl. t.* 304.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 16. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat cum antecedente.

Var. b. Punctis nigris supra et infra lineam lateralem. *Sciaena punctata, Bl. t.* 305. *Vaila Hispanis, Osbeck N. A. N. C. IV.* 102.

B. 7. D. $\frac{9}{9}$. 14. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. 20.

Habitat in mari Mediterraneo, longissima pedalis.

7. PLUMERII. P. striis transversis nigris, vittis pinnisque luteis. *Sciaena Plumerii Bl. t.* 306.

P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 22. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{2}{16}$.

Habitat ad Antillas.

8. ARABICA. P. argentea, lineis nigris per caput et latera, macula caudae aurea, medio nigra, dorsali pinna priore nigra, caudali lunata, squamis latis, deciduis, ordinibus 10. *Perca lineata, Diesauvi Arabice, Forskael* 42. *n.* 43. *Gmel.* 1312. *n.* 42.

B. 7. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 17. D. $\frac{6}{6}$. $\frac{1}{11}$.

Habitat mare Arabicum.

9. Murdian. P. margine narium ferrato, orbita inferius dentata, fquamis latis, dentatis, erectis ad pinnam ani, et dorfalem fecundam, pinnis rubris margine albo. *Sciaena Forskael* 48. *n.* 52. *Gmel.* 1301. *n.* 14.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 19. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{15}$.

Habitat cum antecedente.

10. Spinifera. P. rubra, pinnis dorfalibus connexis, capite fpinofo, operculi anterioris fpina longiffima. *Sciaena fpinifera, Forskael* 49 *n.* 54. *Gmel.* 1302. *n.* 16.

B. 8. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{15}$.

Habitat inter corallia maris rubri, longa fpith. 3, pinguis.

11. Argentata. P. pinnis dorfalibus fubunitis, maxilla inferiore longiore, dentibus ordinis exterioris retrorfum majoribus, interioris fetaceis, multis, interftitiis radiorum fquamatis, fquamis nigricantibus, margine argenteo. *Sciaena argentimacula, Forskael* 47. *n.* 50. *Sciaena argentea Gmel.* 1304. *n.* 21.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{10}{10}$. 14.

12. Safgha. P. oblonga, argentea, immaculata, maxilla inferiore longiore, operculis tenuiter ferratis, duplice P. D. $\frac{8}{8}$. *Sciaena fafgha Forskael* 53. *n.* 67. *Gmel.* 1305. *n.* 28.

*13. Psittacus. P. corpore lato, argenteo, capite parvo, rictu angufto, operculo fquamato, pofteriore biaculeato, ano remoto, pinnis pectoralibus ventralibusque acuminatis, reliquis bafi fquamatis. *The Parrot* in provincia Neu-York.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{1}{8}$.

Habitat mare Americae ſeptentrionalis, longa, $1\frac{1}{3}$. ped. lata $5\frac{1}{2}$ poll.

14. STRIDENS P. corpore coeruleo-argenteo, lineis longitudinalibus fuſcis 5-5, dentibus ſubulatis, linea laterali curva. *Sciaena ſtridens, Forskael* 50. *n.* 58. *Gmel.* 1303. *n.* 19.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{11}{11}$. $\frac{1}{15}$.

Habitat in Arabiae littore, longa ſpith. herbis victitat: cum extrahitur, ſtridet Kr. Kr.

*15. CYLINDRICA. P. cylindrica, nigro faſciata, rictu amplo, operculo poſteriore acuminato, uniſpinoſo, ſquamis parvis, ano capiti propinquiore, pinna dorſi anteriore nigra. *Bl. t.* 299. *f.* 1.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{18}$. C. 13. D. $\frac{5}{5}$. 21.

16. NILOTICA. P. operculis ſquamatis, maxilla inferiore longiore, pinnis dorſalibus ſubunitis. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1312. Sonnini II. 292. *tab.* 22. *f.* 3

B. 7. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 15. D. 8. $\frac{1}{9}$.

Habitat in Nilo, *Keſchré* dictus et *Kommor*, carne ſapida, Niloticorum piſcium facile maximus; hinc pro Lato ſcriptorum veterum habitus.

17. ALBURNUS. P. corpore oblongo, faſciis obliquis fuſcis plurimis, caudali pinna integra. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1311.

B. 3. P. 22. V. 6. A. $\frac{1}{8}$. C. 19. D. $\frac{1}{1}$. $\frac{1}{24}$.

Habitat in Carolina, *Whiting* dictus.

18. UNDULATA. P. pinnis dorſalibus ſubunitis, corpore fuſco undulato, macula fuſca ad pinnas pectorales. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1312.

B. 6. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{20}$. C. 19. D. 10. $\frac{1}{29}$.

Habitat ad Carolinam Americae, *Croker* dicta.

19. Ocellata. P. pinnis dorſalibus ſubunitis, ocello ad pinnae caudae baſin. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1315.

P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{10}$. C. 16. D. 10. $\frac{1}{25}$.

Habitat cum antecedente.

20. Atraria. P. corpore nigro, pinnis albido maculatis, operculo poſteriore ciliato. *Linn. n.* 16. *Gmel.* 1314.

P. 20. V. 7. A. 26. C. 20. D. 8. 33.

Habitat cum antecedente, *Blackfiſh* dicta.

21. Americana. P. maxilla inferiore ſublongiore, operculis ſquamatis, gula et pinnis ventralibus ſanguineis, dorſo ex coeruleo viridi fusco, pinnae dorſalis ſecundae radiis 13. *Perch in provincia Neu-York dicta*, *Schoepf in Naturf.* XX. 17.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat in aqua ſubſalſa oſtiorum fluminum Americae ſeptentrionalis, circiter pedalis.

22. Aegyptiaca. P. maxillis aequalibus, ſquamis rhomboidalibus capitis et corporis ſupra fusci, infra argentei. *Charms Arabibus*, *Haſſelquiſt* 401. *n.* 81.

B. 8. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 18. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{1}{15}$.

Habitat ad littora maris Mediterranei et Aegypti.

25. Pusilla. P. corpore compreſſo, ovato, ſcabro, aculeis minutiſſimis inſtar ſquama-

rum tecto, ore acuto, radio primo pinnae ventralis antice ſerrato. *Brunnich P. M.* 62. *n.* 79.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 14. D. $\frac{9}{9}$. 23.

Habitat ad Maſſiliam.

24. Saxatilis. P. argentea, lineis fuscis longitudinalibus, operculis ſquamoſis, poſteriore biaculeato, pinna caudali lunata, linea laterali recta, lata, fusca. *Striked Baſs in provincia Neu-York appellata, Schoepf in Schrift. der G. N. Fr. VIII.* 160.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 18. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat ad littora maris ſeptentrionalis Americae, longa 8-12 poll.

*25. Calcar. P. aculeis 4 magnis operculi anterioris unitis, poſteriore uniſpinoſo, pinnis dorſalibus ſubunitis, ſquamis magnis, oſſe ſcapulae dentato, pinnis maculatis. *Holocentrus calcarifer Bl. t.* 244.

B. 6. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{11}$.

Habitat in mari Japonico, longa, 10 lata 3 poll.

26. Sammara. P. aculeo magno ad opercula anteriora, poſterioribus biſpinoſis, aculeo tertio pinnae analis longiore, quarto et ultimo ſpinoſo, primo inermi; radiis pinnae caudalis ſpinoſis 6 ſupra et infra, ocellis ſquamarum lateralium vittas 10 utrinque efformantibus. *Sciaena Sammara Forskael* 48. *n.* 53. *Gmel.* 1301. *n.* 15.

B. 8. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat in mari rubro: hamo capitur ex profundo 35-37 pedum.

27. Septentrionalis. *tab.* 20. P. corpore albo, nigro lineato, operculo posteriore unispinoso, pinnis coerulescentibus basi squamatis, ano caudali lunatae propinquiore. *Sea-Parrot* in provincia Neu-York appellata.

P. 15. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 34. D. $\frac{9}{9}$. $\frac{1}{12}$.

Habitat in America septentrionali, sesquipedalis, lata 4 poll.

28. Fulviflamma. P. dentibus validis, conicis, subulatis, discretis, interstitiis radiorum pinnae caudalis squamatis, pinna dorsali anteriore fusca, ceteris flavis, macula laterum nigra. *Sciaena fulviflamma, Forskael* 45. *n.* 45. *Gmel.* 1299. *n.* 7.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15. D. $\frac{8}{8}$. $\frac{1}{13}$.

Habitat in litore maris rubri.

29. Rubra. P. corpore sanguineo, vittis utrinque 8 albo-rubentibus, spinulis verticis retroversis, spinis 2 frontalibus, orbita spinosa, antice bicorni, operculo anteriore profunde dentato: posteriore trispinoso, pinnae caudalis radiis utrinque 5 spinosis. *Ataja* Arabibus. *Forskael* 48. *n.* 51. *Gmel.* 1301. *n.* 13.

Br. 8. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 15. D. $\frac{1}{1}$. $\frac{7}{7}$.

Habitat cum antecedente.

30. Formosa. P. pinnis dorsalibus subunitis, cauda bifida, capitis lineis liturisque caeruleis. *Linn.* *n.* 55. *Gmel.* 1322. *Catesby* *t.* 6. *f.* 1.

Br. 4. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 19. D. $\frac{10}{23}$.

Habitat in Carolina, *Squirrel-Fiſh* dicta.

51. Punctata. P. pinnis dorſalibus ſubdiſtinctis, capite argenteo, lineis plurimis punctorum nigrorum in lateribus, caudae pinna integra. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1311.

B. 7. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 18. D. 11. $\frac{1}{23}$.

Habitat in Europa auſtraliore.

52. Cottoides. P. pinnis dorſalibus unitis, ſpina gemina reflexa ſub oculis, operculis ſpinoſo-ſerratis, linea laterali recta parum elevata, pinnis fuſco lineatis vel punctatis, caudali indiviſa. *Linn. n.* 13. *Gmel.* 1315.

Br. 8. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 12. D. $\frac{14}{14}$. 6.

Habitat in India.

53. Philadelphica. P. corpore nigro maculato et faſciato, ſubtus rubro, pinnis dorſalibus unitis, macula nigra in medio, radiis 2 anterioribus pinnae dorſalis brevioribus. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1314.

Br. $\frac{1}{7}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 11 D. $\frac{10}{21}$.

Habitat in America ſeptentrionali, *Chub* Philadelphiae vocata.

54. Volgensis. P. dentibus 2 anteriorioribus maxillae inferioris majoribus, iride argentea, ſtriis 6 tranſverſis nigris, ſquamis magnis. *P. aſpera, Pallas Reiſe I.* 461. *n.* 21. *Gmel.* 1309. *n.* 38.

An hybrida proles P. fluviatilis et P. luciopercae?

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. . . C. 15. D. $\frac{13}{13}$. 25.

Species non definiendae.

a) Ringens. P. capite quadrato, dentibus alternis longioribus. *Osbeck in N. A. A. N. C. IV.* 103.

Br. 7. P. 7. V. 15. A. 36. C. 27. D. 10. 36.

b) Aculeata. P. pinnis pectoralibus longiſſimis, rictu amplo, aculeis circa roſtrum et oculos. *Osbeck l. c.*

P. 13. V. 6. A. 16. C. 12. D. 8. 16.

c) Chrysoptera. P. pinnis inferioribus flavis, fusco maculatis. *Linn. n.* 17. *Gmel.* 1314.

Habitat in Carolina.

d) Venenosa. P. pinnis pectoralibus apice flavis, cauda lunata, corporis punctis ſanguineis. *Linn. n.* 23. *Gmel.* 1318.

Habitat in America.

e) Stigma. P. pinna dorſali ramentacei operculis anuſtis. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1319.

P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{9}{12}$. C. 17. D. $\frac{18}{27}$.

Habitat in India.

f) Argentea. P. dorſo antice carinato, pinnae dorſalis macula nigra, naribus tubuloſis. *Linn. n.* 32. *Gmel.* 1322.

Br. 6. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat in America.

GEN. 21. XIPHIAS.

Roſtrum elongatum, enſiforme, horizontale.

1. VELIFER. X. pinna dorſi prima magna, alta, ſemicirculari, guttata, pinnis ventralibus biradiatis. *Scomber gladius Bl. t.* 345. *Guebucu Braſilienſibus, Marggrav* 171.

Br. 7. P. 15. V. 2. A. 9. 5. C. 20. D. 45. 7.

Corpus oblongum. craſſum, argenteum, alepidotum, caput roſtratum, maxillae edentulae, in acumen exeuntes, ſuperior multum longior, oſſa labialia nulla, lingua brevis, cartilaginea, nares bigeminae, oculis vicinae, opercula orbiculata, inferiora parva, apertura branchialis ampla, anus caudali pinnae vicinus, linea lateralis vix conſpicua, pinnae falcatae, caudalis rigida, fiſſa, carina caudalis utrinque.

Habitat in India utraque, longus 4 ped.

2. IMPERATOR. *tab.* 21. X. pinnis brevibus, dorſo ſcabro, carina caudali nulla. *l'Empereur ou poiſſon à épée, Duham. III.* 333. *t.* 26. *f.* 2.

Habitat in mari Mediterraneo.

*3. GLADIUS. X. carina caudali, pinna dorſali longitudinali, ventralibus nullis. *Bl. t.* 76. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1149.

B. 7. P. 17. V. 0. A. 18. C. 26. D. 42. 3.

Habitat in Oceano Europaeo, mari Mediterraneo, raro in Baltico, longus 6 pedes, ſine roſtro 4 pedes. Caro ſapida, pinguis.

GEN. 22. ZEUS.

Corpus valde compreſſum, ſternum carinatum.

*1. Faber. Z. pinnis dorſi et ani geminis, ocello ovali in lateribus, operculo anteriore ſquamato, ſeriebus 2 aculeorum dorſi et ventris, linea laterali poſtice incurvata, caudali pinna rotundata. *Bl. t.* 41. *Linn. n.* 5. *Gmel* 1223.

B. 7. P. 12. V. $\frac{1}{9}$. A. $\frac{5}{5}$. 21. C. 13. D. $\frac{10}{10}$. 21.

Corpus ovale, caput magnum, valde declive, rictus amplus obliquus, maxilla inferior longior, adſcendens, oſſa labialia lata, dentes acuti, parvi, incurvi in maxillis et palato, lingua glabra, apertura branchialis ampla, linea lateralis dorſo vicina, anus fere medius, ſquamae parvae, rotundae, margine laeves.

Habitat in Oceano et mari Mediterraneo, ſesquipedalis, 10 poll. latus.

*2. Ciliaris. Z. corpore orbiculari, argenteo, nudo, capite declivi, radiis 6 prioribus pinnae ani corpore longioribus, reliquis bifidis, linea laterali antice arcuata, poſtice recta, pinnis ventralibus praelongis, nigris, caudali furcata. *Bl. t.* 191. *Gmel.* 1223.

B. 7. P. 17. V. 5. A. 19. C. 21. D. $\frac{1}{11}$. $\frac{1}{19}$.

Habitat in India orientali.

*3. Gallus. Z. alepidotus, argenteus, aculeis pinnae dorſi anterioris breviſſimis, radio ſecundo pinnae dorſi poſterioris et analis longiſſimis, ſetis auctis, operculo poſteriore oblon-

go, tenui, linea laterali ab initio arcuata, pinnis viridibus. *Bl. t.* 192. 1. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1222.

B. 7. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{14}$. C. 24. D. $\frac{7}{7}$. $\frac{1}{17}$.

Habitat in maris Americani et Indici Zonis omnibus, Malaice *Ambadden Katti* vocatus.

*4. INSIDIATOR. Z. pinnis dorſalibus membrana conjunctis, ore anguſto, extractili, lateribus dorſi nigro maculatis, linea laterali fere recta, ano capiti propinquiore, pinna anali ab ano remota, longitudinali. *Bl. t.* 192. *f.* 2. 3. *Gmel.* 1221.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 18. D. $\frac{7}{7}$. 17.

Habitat in Indiae aquis dulcibus, longus $4\frac{1}{2}$, latus 2 poll.

*5. VOMER. Z. radio dorſali analique ſecundo longiſſimo, ſetis aucto, aculeis 2 robuſtis, brevibus ante pinnam analem. *Bl. t.* 193. *f.* 1. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1220.

Ceteris notis convenit cum Z. Gallo.

B. 7. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{22}$. C. 19. D. $\frac{6}{31}$.

Habitat in mari Braſilienſi et Norvegico, longus ad ſemipedem, latus $4\frac{1}{2}$ poll.

*6. MACULATUS. *tab.* 22. Z. dorſo unipinnato, capite brevi, rictu anguſto, maculis ovatis nigris ſupra lineam lateralem in 6 ordines digeſtis, radio primo pinnarum ventralium lato, praelongo, radiis 32 brevibus pinnae analis in laminam tenuem expanſis et cute communi argentea tectis, linea laterali dorſo propinqua, ſterno longo, fere perpendiculari, ventre argenteo.

B. 7. P. 12. V. 3. A. 32. C. 21. D. 42.

Habitat ad Tranquebariam, longus 8 lat. 7 poll.

7. Aper. Z. cauda aequali, corpore rubente, roſtro acuto, parum reflexo, ore edentulo, ſquamis ciliatis. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1225. *Aper Rondelet: I.* 161.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. . . D. $\frac{9}{9}$. 23.

Inteſtina crebrius convoluta.

Habitat mare vicinum Romae et Genuae.

8. Luna. Z. corpore rubente, albo guttato, oculis magnis, ore edentulo, rictu amplo, caudali pinna diviſa, ſquamis minimis, pinnis cinnabarinis, ventralibus remotioribus pectoralibus. *Stroem I.* 323. *t.* 1. *f.* 20 *Opha Pennant B. Z. III.* 223. *n.* 101. *t.* 42. *Lune Duhamel III.* 74. *t.* 15. *Zeus guttatus Brunnich in Nya Samling: III.* 398. *t. A.*

Br. 6. P. 21. V. 18. A. 36. C. 19. D. 14. 48.

Propter ſternum oſſeum carinatum et foramen poſt pinnas pectorales longum 5 pollices novum hinc genus condidit A. J. Retzius in *Nya Handl.* 1799. P. III. p. 91. ſeq. cuius hae notae eduntur: *Lampris. Os edentulum maxillis nudis, lingua carnoſa lata, membranae branchioſtegae radii* 6, *foramen longum pone pinnas pectorales, ſternum oſſeum.* Pinnarum radii numerantur P. 16. V. 16. A. 56. D. 56. C. 26.

A doctiſſimo Wahlio accuratiorem foraminis notitiam expectare licet inſpecto Societatis in Muſeo exemplo piſcis. Schn.

9. Argentarius. Z. cauda bifurca, thorace alepidoto, corpore argenteo, dentibus anticis 3 incurvis ſupra, majoribus infra. *Z. arg. J. R. Forſteri MS. IV.* 6.

Cor-

Corpus ovatum, ſquamoſum, glabrum, argenteum, ſquamae minimae, confertae, ſeſſiles, cute communi tectae: caput rhombeum, breve, alepidotum glaberrimum, argenteum, rictus ſuperus, parvus, roſtrum breve, acutum: maxilla inferior longior: labia hyalina, membranacea, revoluta: dentes maxillae ſuperioris duo incurvi, reliqui minuti, conferti, inferioris magni, incurvi, a medio verſus angulum faucium ſenſim decrescentes: nares geminae ſuperae, poſtremae, vicinae, oculi ampli, ſupremi, ſemitecti membrana anulata: iris argentea: opercula triphylla, alepidota, glaberrima: in margine interiore aperturae claviculae duobus utrinque aculeis porrectis, cute communi tectis: thorax abdomen dorſum et abdomen ad baſin P. D. et A. ſerrata: P. D. longitudinalis, $\frac{9}{25}$, intra membranas adjacentes laterales condenda: ſpina prima recumbente, P. P. 15. V. $\frac{1}{6}$ adjacente ſquama ſtricta: P. A. $\frac{3}{17}$. C. 16. membranae br. 4 radii.

Habitat mare pacificum. Schn.

Species non definiendae.

a) Quadratus. Z. cauda aequali, corpore cinereo, toto ſquamato, maxillis denticulatis, zonis 3-4 nigris, radio primo dorſali oblongo, ramentaceo. *Sloane Jamaic. II. t.* 251. *f.* 4. *Gmel.* 1225. *n.* 8.

Habitat in mari Jamaicenſi *).

*) Si eſt idem, quem ex Plumerio, ut videtur, deſcripſit accurate Feuillée I. 337 ſub nomine Apri marini aurei maculati, potius erit faſciatus dicendus. Piſcem Sloaneum Chaetodontem Fabrum vocavit Brouſſonet pictum in tab. 5. Schn.

b) Niger. Z. corpore ſquamato, radio primo pinnae dorſi praelongo, ore craſſo, parvo, purpureo. *Guaperva Braſilienſibus*, *Marggrav* 145.

Habitat in mari Braſilienſi.

GEN. 23. BRAMA.

Caput valde declive, cauda furcata, rigida.

*1. Atropos. *tab.* 23. Br. pinnis ventralibus atris, ani geminis, radiis mediis dorſalibus ſetis nigris auctis, ſquamis minimis.

B. 7. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$. 19. C. 22. D. 20.

Corpus compreſſum, latum, argenteum, ſquamoſum, caput latum, ſuperius ſquamatum, coeruleum, inferius argenteum, rictus medius obliquus, unica ſeries dentium in maxillis, inferior maxilla longior, opercula oblonga, laevia, apertura branchialis ampla, anus pinnis ventralibus vicinus, pinna anterior ani biaculeata, poſterior dorſali oppoſita et aequalis, radii multifidi, pectorales longae, falcatae, radius primus ventralium albus, fortis, cauda conſtricta.

Habitat ad Tranquebariam, longus 9, latus 4 poll.

Nihil commune hic piſcis cum ſequente habere mihi videtur: contra multo rectius eum amicus, cum primum inſpexiſſet in gemino exemplo ſiccato, *Scombrum* ciliarem interpretatus eſt. Plurima enim cum genere Scombri habet communia, quae bene animadverſa Blochius hic omiſit. Primum igitur pinnam dor-

ſalem aculeis duobus longis, in foſſula recumbentibus, primo quidem ſupra nigro, compoſitam omiſit, analem vero priorem, aculeis 2 brevioribus, in foſſula pariter recumbentibus, compoſitam annotavit. In altera dorſali pinna radios 21, in anali altera 18 numeravi; ſed hi anales radii, præter duos priores, omnes ſunt multifidi, et pinnulas ſpurias ſcombrorum membrana coniunctas plane referunt: oſſa etiam interſpinoſa, quibus inſiſtunt erecti, per cutem dorſi et ventris tranſparent, obliqui recumbentes. Linea lateralis primum ſurſum flexa, infra regionem pinnae alterius dorſalis deſcendens recta ad caudam pergit, et carinam in ſcutis trigonis verſus caudam majoribus erectiorem et manifeſtiorem gerit, velut in ſcombris. Caudalis pinna bifida et rigida, ut ſcombrorum: pectorales falcatae, longae: ventralium radii, primo et altero exceptis, nigri. In capite et thorace ſquamas nullas conſpicio, niſi quod poſt oculos aliquot adſunt: nares geminae, ſuperiores maiores: dentes minuti, aciculares, conferti maxillarum: cranium, ut in genere, quod Zeus Linnaeo audit, et in ſcombris aliquot, altam carinam in dorſum continuatam gerit: membranae br. radii adſunt. Corporis color ſupra glaucus, infra argenteus. Videtur igitur piſcis Indicus hic ſcombri genus cum genere Zenos conjungere. Schn.

*2. Raji. Br. ſquamis latis, pinna dorſi caudae anique latis, ſquamis rigidis, rictu amplo, dentibus acutis, longis, diſcretis, ano capiti propinquiore, appendice ſquamoſa ad baſin pectoralium. *Sparus Raji Bl. t.* 273. *Brama marina Raji* 115. *n.* 4. *Willughb. t. V.* 12. *La Caſtagnole Duhamel III.* 26. *t.* 6. *f.* 1.

Br. 5. P. 20. V. 6. A. 32. C. 22. D. 38.

Habitat in mari ſeptentrionali, longus 26, latus 10 poll.

Species dubia.

*3. PARRAE. *Rabirubia Genizara* Parra 44 tab. 21. f. 1.

Capite et rictu parvo, maxilla ſuperiore ſemicirculari inferiore acuta, ſerie utrinque una dentium, quorum bini utrinque exſerti, oculorum verticalium pupilla caerulea. Squamae ſatis magnae, laeves. Color capitis ſaturate ruber, corporis dilutior, pectoris roſeus, partim cum cauda aurantiacus. Pinna dorſalis poſterius altior, antice aculeata ad duas tertias partes, pectoralis cum apicibus dorſalis et analis nigra, caudalis purpurea, una cum anali et dorſali ſquamata, lineata lateralis verſus ventrem inflexa.

Fundum maris raro deſerit maris Americani.

GEN. 24. MONOCENTRIS.

Aculei 2 longi loco pinnarum ventralium, abdomen carinatum.

1. CARINATA. *tab.* 24. Sciaena cataphracta, N. S. A. XI. 102 t. 3.

P. 14. V. $\frac{1}{1}$. A. 10. C. 18. D. $\frac{6}{6}$. 11.

Corpus compreſſum, latum, ſquamoſum, caput magnum, declive, alepidotum, oculi magni, iridibus argenteis, maxilla ſuperior longior, os edentulum, opercula laevia, apertura branchialis ampla, abdominis latera carinata, una

cum abdomine carinato in acumen terminata, dorſum arcuatum, ſquamae magnae, rotundatae in medio rufescentes, margine albo, interne limbo nigro cinctae, latiusculae, rotundatae, radiatim ſtriatae, carina media ſquamarum in acumen obtuſum terminata: linea lateralis ſurſum arcuata loricata, dorſo vicina: baſis pinnarum pectoralium minutis ſquamis tecta, aculei ventrales validi ſubulati, ſulcati, in ſulcis lateralibus reponendi: pinna analis et caudalis rotundatae, radius ſecundus et tertius pinnae dorſalis validi, poſtremi duo minutiſſimi.

Habitat in Japonia, $\frac{1}{4}$ ulnae longus.

Non dubito equidem *Gaſteroſteum* Japonicum Huttuini, infra inter Gaſteroſteos relatum ab auctore, aut hanc ipſam Monocentridem eſſe, aut omnium maxime affinem ſpeciem. Piſcem enim ipſum ex itinere Indico relatum a C. Thunebergio acceperat Huttuinus, cuius deſcriptionis haec eſt ſumma. Corpus luteum, 5 pollices longum, $2\frac{1}{2}$ poll. latum, 1 poll. craſſum, totum ſquamis rhomboideis loricatum ita, ut oſtracionem referat. Singulae enim ſquamae per ſeries diſpoſitae retrorſum in aculeum deſinunt, antrorſum vero ciliatae limbum ex atro fuscum gerunt. Caput obtuſum, maxillae edentulae, aſperae: operculum retrorſum dentatum, ſquamis nudatum, membranae branchioſtegae radii 5. Pinnae dorſalis anterioris loco ſpinae 4 craſſae, inaequales, in ſulco reponendae: poſterioris radii 10 pectoralis 12. pinnae ventralis locum tenet utrinque ſpina craſſa, $1\frac{1}{2}$ poll. longa: pinnae analis radii 9, caudalis 22. Diſcrepare vides ſquamarum figuram rhomboideam cum ſitu ſpinarum ventralium: alia

ſunt omiſſa ab uno alteroque ſcriptore, quae tamen non ſunt talia, ut diverſitatem ſpeciei ſola vincere poſſint.

GEN. 25. LONCHURUS.

Caput totum ſquamatum, pinna caudae longa, acuminata.

*1. Ancylodon. *tab.* 25. L. corpore argenteo, nigro punctato, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, dentibus anterioribus longis, acutis, exertis, ſubulatis, recurvis, ano remoto.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 20. D. $\frac{10}{10}$, $\frac{1}{30}$.

Corpus oblongum, compreſſum, caput antice nudum, opercula anteriora dentata, ſquamae laeves, minimae deciduae, maxilla inferior longior, nares geminae, oſſa labialia lata, opercula poſteriora laevia, apertura branchialis ampla, linea lateralis dorſo vicina, pinnae muticae, dorſalis longitudinalis.

Habitat Surinamum.

2. Depressus. L. capite depreſſo, maxilla ſuperiore longiore, cirrhis 2 menti, pinnis dorſalibus concretis, pectoralibus longiſſimis, ano ventralibus vicino, linea laterali in medio deorſum curvata.

P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{9}$. C. 18. D. $\frac{10}{48}$.

Habitat cum antecedente: hoſpitatur in Muſeo D. Vaillantii Pariſiis.

*3. Barbatus. L. bruneus, capite antice poroſo, cirrhis geminis brevibus menti, radio primo pinnarum ventralium elongato, pectora-

libus apicem analis ſuperantibus, pinnis dorſi membrana conjunctis, roſtro naſiformi. *Bl. t.* 360.

B. 5. P. 15. V. 6. A. 9. C. 18. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{36}$.

Habitat cum praecedente.

*4. NASUS. L. maxilla ſuperiore longiore, roſtro naſiformi, rictu horizontali, dentibus parvis, operculo anteriore ſerrato, ſquamis minimis.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 18. D. $\frac{11}{11}$. $\frac{1}{28}$.

Habitat cum antecedente.

*5. ARCUATUS. L. dorſo arcuato, capite obtuſo, rictu horizontali, maxillis aequalibus, operculo anteriore ſerrato.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{7}$. C. 20. D. $\frac{10}{10}$. $\frac{1}{33}$.

Habitat cum praecedente.

GEN. 26. MACRURUS.

Squamarum carina ſerrata, cauda elongata, acuminata.

*1. RUPESTRIS. *tab.* 26. Macrourus *Bl. t.* 177. *Coryphaenoides rupeſtris Gunneri Dronth. Schrift. III.* 43. *t.* 3. *f.* 1. *Ingmingoak Groenlandis, O. Fabricii Groenl.* 154. *n.* 111. *Coryphaena rupeſtris, Gmel.* 1195. *n.* 19.

B. 7. P. 19. V. 7. A. 148. C. 272. D. $\frac{1}{11}$. 124.

Corpus oblongum, argenteum, hiſpidum, antice craſſum, poſtice attenuatum, caput magnum, ſuperius planum, totum ſquamatum, roſtrum naſiforme, nares bigeminae ante utrumque oculum, oculi magni, oſſa labialia lata,

rictus magnus, dentium parvorum 5 ſeries in maxilla ſuperiore longiore, 3 ſeries in inferiore, lingua cartilaginea cum palato glabra; cirrhus menti; apertura branchialis ampla, anus capiti duplo vicinior quam apici caudae, linea lateralis recta, dorſo vicina, cauda elongata acuminata, pinnae acuminatae, analis caudali et dorſali ſecundae connexa.

Habitat in mari Groenlandico, tripedalis.

GEN. 27. AGONUS.

Corpus angulatum, ſcutatum.

*1. Cataphractus. A. aculeis 2 parvis lunaeformibus in apice capitis, cirrhis plurimis ad gulam. *Cottus cataphractus Bl. t.* 38. *f.* 3. 4. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1207.

B. 6. P. 15. V. 3. A. 6. C. 10. D. 5. 7.

Corpus anterius octogonum, poſterius hexagonum, caput loricatum, heptagonum, antice rotundatum, poſtice aculeatum, inferius planum, cirrhi ordinibus ſemicircularibus poſiti, maxilla ſuperior prominens, denticuli acuti, multi maxillarum, rictus ſemicircularis, nares geminae, linea lateralis inconſpicua, anus pone pinnas ventrales biradiatas, ſetaceas, radii pinnae dorſalis anterioris ſubſpinoſi, ventrales a pectoralibus parum remotae, analis ab ano remata, caudalis rotundata.

Habitat mare Balticum et Anglicanum, inter ſaxa littori vicina degens ibique Majo ova deponens: 6-8 digitos longus.

*2. Monopterygius. A. corpore anguſto,

antice octogono, poſtice hexagono, ſcutis laevibus, aculeis 2 ſupra frontem, cirrhis nullis, pinna dorſali ſolitaria, brevi, anali oppoſita, cauda longa attenuata. *Cottus monopterygius Bl. t.* 178. *f.* 1. 2. *Gmel.* 1213. *n.* 10.

B. 6. P. 9. V. 2. A. 5. C. 6. D. 5.

Habitat ad Tranquebariam.

3. Japonicus. A. corpore octogono, capite roſtrato, trunco poſtice depreſſo, ſcutis aculeatis, cirrhis nullis, tuberculo conico ſupra oculos, operculo poſteriore inferius exciſo. *Cottus japonicus: Pallas S. Z. VII.* 30. *t.* 5. *f.* 1. 3. *Gmel.* 1213. *n:* 7.

B. 6. P. 12. V. 2. A. 8. C. 12. D. 6. 7.

Habitat in mari Inſulas Kurillas et Japoniam alluente.

*4. Decagonus. *tab.* 27. A. corpore depreſſo, ante anum decagono, pone hexagono, capitis ſcutis aculeatis, operculo ſuperius exciſo, pinnis pectoralibus et caudali longis, rotundatis, fusco faſciatis.

B. 6. P. 18. V. 2. A. 8. C. 12. D. 6. 7.

Habitat in India orientali, pedalis.

GEN. 28. EQUES.

Corpus cuneiforme, cauda lanceolata.

*1. Americanus. E. faſciis 3 nigris, albo marginatis, capite cavernoſo. *Bl. t.* 347. *f.* 1. *Chaetodon lanceolatus Linn. n.* 23. *Gmel.* 1254.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 18. D. 11. 50.

Corpus compreſſum, ſquamatum, oblongum, caput parvum, rictus anguſtus horizontalis, maxilla ſuperior prominens, dentes minutiſſimi, conferti, palatum et lingua glabra, oſſa labialia nulla, foramina naſalia ampla, ſubdiviſa, apertura branchialis ampla, anus pinnae caudali lanceolatae propinquior quam capiti, faſcia prima per oculos, ſecunda per pectus, tertia longitudinalis ab initio pinnae dorſalis usque ad apicem caudalis, linea lateralis fere recta, dorſo vicinior quam ventri, pinna ani brevis, caudalis lanceolata.

Habitat in Americano Oceano, longus 6, latus 2 poll.

In pictura Edwardſiana Linnaeum aberraſſe a genere piſcis non mirum eſt. Eandem repetiit Gallus Duhamel. In exemplo gemino, altero ſicco, altero majore liquore vinoſo condito, vidi apicem roſtri ſupra labium poris 5 et in altera ſerie transverſa 3, mentum vero quatuor poris magnis pertuſum. Schn.

2. Punctatus. *tab.* 3. *f.* 2. E. corpore nigro alboque vittato, pinnis dorſali ſecunda anali caudalique albo maculatis, oculis caeruleis. *Serrana Hiſpanis*, *Parra* 2. *t.* 2. *f.* 2.

Habitat ad Havannam maris fundum, parvus, edulis.

Variat pinnis immaculatis et vittarum albarum directione. *Parra t.* 2. *f.* 1.

Ord. III. ABDOMINALES.

GEN. 29. CATAPHRACTUS.

Corpus loricatum, os terminale.

1. Americanus. *tab.* 28. C. pinna dorſali poſteriore uniradiata, ſquamarum ordine ſimplice, cirrhis 6, cauda integra. *Silurus cataphractus Linn. n.* 21. *Gmel.* 1361. *Callichthys Gronov: Mus. I.* 28. *n.* 71. *t.* 3. *f.* 4. 5. *Catesby app.* 19. *t.* 19.

B. 6. V. 6. A. 9. C. 19. D. $\frac{1}{7}$. $\frac{1}{1}$.

Caput depreſſum, teſta oſſea tectum, antice obtuſum, in utroque angulo oris cirrho unico longo, 4 ad maxillam inferiorem: truncus compreſſus utrinque ſcutis 3 in medio ſpinoſis munitus, maxillae aequales, dentes parvi innumeri in maxillis et faucibus, oſſa labialia nulla, oculi parvi, verticales, cute tecti et a ſe remoti, pinnae pectorales infimae, quarum radius primus latus magnus, utrinque ſerratus, ſicut primus radius pinnae dorſi latus, magnus, antice ſerratus: pinna ſecunda adipoſa: ſcuta parva mutica, 12 ſupra et infra caudam, linea lateralis nulla, anus remotus. Peritonaeum duriſſimum: Ouarium unicum, veſica pneumatica unica, rotunda, ſepimento membranaceo longitudinali diviſa.

Habitat in America, pedalis.

*2. Callichthys. C. ordine ſcutorum lateralium duplice, capite depreſſo, cirrhis 4, pinna dorſi ſecunda uniradiata, caudali rotunda,

ano remotiſſimo. *Bl. t.* 577. *f.* 1. *Silurus callichthys Linn. n.* 20. *Gmel.* 1561.

B. 3. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 14. D. $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{1}$.

Habitat in aquis dulcibus Indiae utriusque, longus 8 poll.

In Catalogo Muſei Petropolitani Mſto. ſub. No. 144. haec reperio annotata, quae haud ſcio an ad diverſam nouamque ſpeciem pertineant: *Idem Silurus callichthys fuſceſcens* (274) *In hac ſpecie labia prolixa carnoſa aequalia, utrumque interius rugoſum, cirrho inſeriore longiore, gracili: labium inſerius reflexum, bilobum: cirrhi ſuperiores* (vel *ſupra*) *alati.* Schn.

* 3. Punctatus. C. corpore nigro punctato, capite compreſſo, valde declivi, macula magna nigra in pinna dorſi prima, pinna caudae lunata, cirrhis 5 oris, ordine ſcutorum duplice. *Bl. t.* 577. *f.* 2.

B. 3. P. $\frac{1}{6}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{7}$. C. 17. D. $\frac{1}{9}$. $\frac{1}{1}$.

Habitat Surinamum.

4. Carinatus. C. capite et corpore compreſſo, oris cirrhis 6 pinnatis, linea laterali ſubſerrata ſpinisque carinata, pinna dorſi ſecunda adipoſa, caudali bifurca. *Silurus carinatus Linn. n.* 14. *Gmel.* 1357.

P. 8. V. 8. A. 12. C. 24. D. 6. 0.

Habitat cum antecedente.

Annot. In Catalogo Piſcium Muſei, uti ſuſpicor, Petropolitani a Cel. Pallaſio ad Blochium transmiſſo eiusdemque manu paſſim correcto, haec brevis exſtat notitia: *G. carinatus,*

ſingularis. Cirrhi anguli oris cirrhulis ſubtus pinnati. Cirrhi 4 aequales a labio inferiore repoſiti, tota longitudine adnati, ſubtus granuloſo-villoſi. Accedit ad Plecoſtomos. Schn.

*5. Costatus. C. ordine ſcutorum carinatorum et uncinatorum ſimplice, capite depreſſo, cirrhis 6 longis, 2 ad labium superius, 4 ad inferius, cauda furcata, pinna dorsi secunda adiposa. *Bl. t.* 376 *Silurus costatus Linn. n.* 19. *Gmel.* 1360.

B. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 7. A. 12. C. 21. D. $\frac{1}{7}$. 0.

Habitat in India orientali et in America auſtrali.

GEN. 30. SPHYRAENA.

Caput depreſſum, pinna dorſalis prima aculeata.

*1. Sphyraena. S. maxilla inferiore prominente, pinnis parvis, ventralibus dorſali anteriori oppoſitis. *Bl. t.* 389. *Eſox Sphyraena Linn. n.* 1. *Gmel.* 1389.

B. 7. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. 10. C. 20. D. $\frac{5}{5}$. 10.

Corpus oblongum, compreſſum, caput nudum, os terminale, rictus amplus, maxillae dentatae dentibus acutis, ſubulatis, alternatim majoribus et minoribus, oſſium labialium margo dentibus aceroſis ſerratus, apertura branchialis ampla, ſquamae integrae, rotundatae, imbricatae, linea lateralis recta, anus remotus, pinna caudae diviſa, dorſalis prima ventrali, ſecunda anali oppoſita,

Habitat mare Mediterraneum, longa 15, lata 4 poll.

Var. PICUDA. *tab.* 29. *f.* 1. Differt dentibus 2 caninis in utraque maxilla, ventre maculato, pinna caudae lunata. *Hiſpanis Picuda, Parra*, 90. *t.* 35. *f.* 2.

Habitat in America auſtrali.

2. PLUMERII. S. maxillis aequalibus, rictu ampliſſimo, operculis ſquamatis, dentibus parvis aceroſis, ſquamis magnis, pinna caudali lunata. *Mugil Plumerii*, *Bl. t.* 396. *Feuillée III.* 56.

P. 12. V. 7. A. 10. C. 9. D. $\frac{4}{4}$. $\frac{6}{8}$.

Habitat ad Antillas, pedalis.

3. JAPONICA. S. oculis magnis approximatis, ore edentulo, operculis biſpinoſis, pinnis ex albo nigroque variis, caudali rotundata. *Silurus inermis Houttuyn Haarl. XX. Deel.* 2. 338. *n.* 27. *Silurus imberbis Gmel.* 1361.

B. 6. P. 20. V. 6. A. 10. C. 13. D. $\frac{7}{7}$. 11.

Habitat in Japonia, longa 10 poll.

GEN. 31. ATHERINA.

Vitta argentea in medio laterum.

*1. HEPSETUS. *tab.* 29. *f.* 2. A maxilla inferiore longiore, pinna dorſi prima ventralibus oppoſita, ano fere medio. *Bl. t.* 393. *f.* 3. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1396.

B. 3. P. 13. V. 6. A. 13. C. 20. D. 8. 10.

Corpus gracile, argenteum, fere teres, ſqua-

mae integrae, imbricatae, caput acuminatum, nudum, os terminale, rictus amplus, maxillae dentatae dentibus parvis, nares ſimplices ante oculos, apertura branchialis ampla, linea lateralis recta, pinnae muticae, caudalis diviſa.

Habitat in mari mediterraneo et rubro.

2. Menidia. A. corpore ſubpellucido, punctis nigris in ambitu ſquamarum, pinnae analis radiis 34. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1396.

P. 13. V. 6. A. $\frac{1}{24}$. C. 22. D. 5. 10.

Habitat in Carolinae aquis dulcibus, *Silverfiſh* dicta.

Species dubiae.

a) Japonica *Houttuyni XX. Deel.* 2. 540. *n.* 29. *Gmel.* 1397. *n.* 4. Dubia propter pinnam dorſalem unicam 5 radiatam. A. Brownii, *Gmel.* 1397. *n.* 5. eſt Clupea Encraſicholus Linn.

Diverſum fuit judicium *J. R. Forſteri*, cuius in MS. deſcriptionibus Animalium III. p. 24. notitiam atherinae menidiae reperio hanc. Diverſam pronunciat a Carolinenſi fluviatili Linnaei; eandemque cum Browniana Jamaic. 441. tab. 45. f. 3. et Gronov. Zooph. 350, quamvis Brownius pinnas ventrales omiſerit, admonente jam olim Gronovio: differre pinnae dorſi unicae, triangularis, pone aequilibrium ſitae radiis 13, pinnae analis 18, membranae branchioſtegae 12, maxillis edentulis, ſquamis laxis, amplis argenteis, deciduis. Pectoralis radii ſunt 12, ſupra eam appendix ſquamea. Habitat in mari alluente Jamaicam et ad inſulas tropicas

maris pacifici, quarum ab incolis vocatur *Anàhou*, et crudus ab eis comeditur.

b) Idem Forſterus Vol. IV. 13. *Atherinam lacunoſam* in rivulorum mari vicinorum oſtiis in Nova Caledonia captum deſcripſit, ab incolis *M'bai* vocatam, cuius hae ſunt notae:

Corpus oblongum, lanceolatum, ſubcultratum, ſemipellucidum, ſquamis magnis, ſemiorbiculatis, argenteis; firmiter haerentibus imbricatum. Caput triquetrum, ſupra planiuſculum, nudum, lacunoſum, lacunis inter oculos duabus, ſulcis circiter 6 in roſtro. Rictus ſuperus, obliquus; maxilla inferior apice rotundata, utraque aequalis: dentes minutiſſimi, conferti, nares ſimplices, oculi ampliſſimi, ſuperi. Opercula nuda, argentea, anus medius.

Br. 6. D. 5. 9. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. 15. C. 18.

Cauda bifida, analis radius poſticus longior: Pinnae ventrali ſquama ſtricta oblonga, acuta ſubjacet. Quae poſtrema nota in clupeae ſpecie aliqua fuit etiam annotata a Forſkalio. Schn.

GEN. 32. CENTRISCUS.

Roſtrum tubuloſum, os edentulum.

*1. Scolopax. C. corpore ſquamoſo, radio primo pinnae dorſi anterioris elongato, ſpinoſo, poſtice ſerrato. *Bl. t.* 123. *f.* 1. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1461.

B. 4. P. 16. V. 5. A. 18. C. 9. D. $\frac{4}{4}$. 17.

Corpus compreſſum, os anguſtum, edentulum, rictus obliquus, maxilla inferior ut oper-

cu-

culum claudit ſuperiorem, nares geminae, opercula integra membranam branchioſtegam tegentia, apertura branchialis ampla, linea lateralis inconſpicua, anus fere medius, pinnae ventrales connexae, dorſales a capite remotae, approximatae, caudalis rotundata, ſquamae laeves.

Habitat in mari Mediterraneo, longus $4\frac{1}{2}$, latus 1 poll.

*2. Scutatus. C. corpore laevi, pellucido, valde compreſſo, teſta laevi oſſea poſtice in ſpinam acutam deſinente tecto, pinnis dorſi, caudae et ani ſub ſpina vicinis, pectoralibus remotis. *Bl. t.* 123. *f.* 2. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1460.

Br. 3. P. 11. V. 5. A. 13. C. 62. D. 3. 11.

Branchiae quaternae utrinque, quinta ſpuria magna operculo adnata, pone quod apertura anguſta.

Habitat in India et mari rubro, longus 6, latus 1 poll.

3. Velitaris. C. corpore argenteo, oblongo-lanceolato, ſcutis recumbentibus hiſpido, pinna anali longa, apertura branchiali ampliſſima, branchiis 5 utrinque. *Pallas S. Z. VIII.* 36. *t.* 4. *f.* 8.

B. 5. P. 13. V. 3-4. A. 25. C. 12. D. 12.

Pinna dorſi pone ſpinae poſtice ſerratae apicem exilis, longitudine bipollicaris.

Habitat ad Amboinam.

4. Niloticus. *tab.* 30. *f.* 1. Pinna dorſi unica longitudinali, ventralibus diſtinctis, cauda bifida. *Keſher* vel *Kabouk*, *Pococke Reiſe* 1, 315. *t.* 70. *ed. anglic.* 202.

Habitat in Aegypto ſuperiore: caro in deliciis habetur.

GEN. 33. FISTULARIA.

Roſtrum tubuloſum, apicis maxillae dilatabiles, os edentulum.

*1. TABACARIA. F. corpore alepidoto, cauda ſetifera. *Bl. t.* 387. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1387. *Plumier MS. Trompetero*, *Parra* 63. *t.* 30. *f.* 1.

Br. 7. P. 15. V. 6. A. 13. C. 15. D. 14.

Habitat ad Americam et Japoniam, pedalis.

Var. Cauda biſetifera, roſtro longitudinaliter ſerrato. *Bl. t.* 387. *f.* 2. 3.

Corpus oblongum, teres, caput elongatum, maxillae dentatae, rictus obliquus, maxilla inferior ut operculum ſuperiorem claudit, maculae coeruleae dorſales, venter argenteus, pinnae parvae rubrae, linea lateralis recta, media, cauda in ſetam longam exiens, pinna caudalis diviſa, anus remotus.

*2. CHINENSIS. F. corpore ſquamato, nigro maculato, pinna dorſi anteriore ſpinoſa, caudali rotundata. *Bl. t.* 388. *Plumier MS. Linn. n.* 2. *Gmel.* 1387. *Trompetero colorado*, *Parra* 65. *t.* 30. *f.* 2.

(P. 16. V. 6. A. 24. C. 11. D. 26. Gronov.)

Habitat mare Indicum et Americanum, bipedalis.

3. PARADOXA. *tab.* 30. *f.* 2. F. capite parvo, rictu exiguo, ſpina triquetra utrinque ante or-

bitam, pinna caudae lanceolata. *Pallas S. Z. VIII.* 32. *t.* 4. *f.* 6.

P. 25. V. 7. A. 12. C. 14. D. 5. 18.

Habitat ad Amboinam, affinis Syngnathis.

GEN. 34. MUGIL.

Caput corpore angustius, os edentulum, maxilla inferior intus carinata.

*1. Cephalus. M. lineis nigris longitudinalibus, capite parvo toto squamato. *Bl. t.* 394. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1398.

B. 6. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 16. D. $\frac{4}{4}$. 9.

Caput oblongum, dorsum crassum, latera compressa, os terminale, rictus angustus, maxillae edentulae, nares utrinque geminae, apertura branchiarum ampla, linea lateralis inconspicua, squamae magnae, integrae, imbricatae, anus remotus, pinnae parvae, caudalis lunata, dorsalis prima aculeata.

Habitat in Oceano Europaeo, sesquipedalis: Aegyptiacus *Buri* audit. *Sonnini* II. 296. tab. 23. f. 2.

*2. Tang. *tab.* 33. *f.* 1. M. lineis flavis longitudinalibus, capite declivi, posteriore operculo magno, bilamellato, nudo. *Bl. t.* 395. *Mugil albula Linn?*

Br. 6. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{11}$. C. 16. D. $\frac{4}{4}$. 9.

Habitat in mari Africano ad oram Guineae, et ad Malabaricam.

3. Crenilabis. M. labiis crenatis, maxil-

la inferiore bicarinata, ſquamarum latarum carina media longitudinali, in baſi pinnae pectoralis macula nigra. *Forſkael* 73. *n.* 109. *Gmel.* 1398. *n.* 3.

Br. 6. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{4}{4}$.

Habitat in mari rubro, *Arabi* vocatus, $\frac{1}{2}$ ulnam longus.

Var. a. SEHELI M. labiis non crenatis, baſi pinnae pectoralis intus nigricante, carina apicis labii inferioris ſulco in duas diviſa.

P. 16. C. 14.

Habitat ibidem, $\frac{1}{4}$ ulnae longus.

Var. b. ÖUR. M. labio utroque ciliato, inferiore unicarinato, vitta longitudinali fuſca, macula P. P. oblonga, obliqua, oculis pinguedine fere totis obtectis.

Var. c. TÄDE. M. labio ſuperiore ſubtiliſſime ciliato, inferiore unicarinato, macula pectoralis pinnae nulla, radiis ſpinoſis rigidis pinnarum.

Habitat mare rubrum.

4. CHILENSIS. M. cephalo ſimillimus, pinna dorſali unica, novem radiata. *Molina Chili* 198. *n.* 3. *Gmel.* 1398. *n.* 4.

B. 7. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{1}{9}$.

Habitat in mari Chilenſi et fluminibus, pedalis.

5. CHANOS. M. pinna dorſi ſolitaria, alis membranaceis ad utrumque latus pinnae caudae, linea laterali ab initio ſurſum recurva

dein recta. *Forſkael* 74. *n.* 110. *Gmel.* 1398. *n.* 5.

B. 4. P. 16. V. 11. A. 9. C. 20. D. 14.

Habitat in mari rubro, ulnae 1-3 magnitudine.

Vide infra in Elope Sauro annotanda.

Primus Artedi accuratam cephali notitiam expoſuit, hic breviter repetendam, quo facilius caeterorum notae expediantur. Membranae branchioſtegae radios utrinque ſenos ponit, ſupremum latiusculum, tectum: corpus oblongum, compreſſum, et caput ad roſtrum usque, pinnae etiam omnes partim tectae ſquamis amplis: caput anticum depreſſum. Oſſiculum utrinque infra nares inferius ſerratum: oculi nulla cute tecti: denticuli in lingua et palato tantum. Lineae Cephalum ornant parallelae nigricantes, longitudinales, 10 vel 11.

P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. D. $\frac{5}{5}$. vel $\frac{4}{4}$. 11. C. 14.

cauda bifurca. Peritonaeum nigrum, ventriculus rotundus, musculoſus, durus, appendices 7 craſſae et breves: inteſtina praelonga, admodum torta. Copioſior exſtat deſcriptio in Spec. Artedi p. 71. ſeqq. unde addo rictum anguſtum: in apice maxillae inferioris prominentia oſſea ſurſum eminet, et in maxilla ſuperiore recipitur. Denticuli exiles in lingua utrinque: oſſiculum palati denticulatum ſubrotundum utrinque: in apice maxillae ſuperioris: intus apparent quaſi villi breviſſimi. Linea lateralis nulla. Veſica aerea magna ſimplex, per totum ventrem extenſa, ſpinae adhaerens, nigra.

Linnaeus in M. A. F. 2. 104. labium ſuperius margine ſcabro in aciem eductum, latere oſſeum, inferius margine acuto patente, in medio antice ſurſum plicato annotat, dentes in ore nullos.

Br. 4. D. $\frac{4}{4}$. 9. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 12. C. 12. bifurcae.

In qua notitia Artedianum piſcem vix agnoſcas.

Contra eum manifeſto deſcripſit Gronov. Zooph. no. 597. ubique cum Artedio conſentiens; niſi quod is P. D. 4. $\frac{2}{9}$. A. $\frac{2}{11}$. poſuit: item Gallus Duhamel III. p. 145. qui omnium accuratiſſime deſcripſit. Hunc Galli *Mulet* vocant, litoreum, anadromum, qui magnis gregibus capitur menſe Maio, Junio et Julio in lacubus marinis et fluviis.

In pictura tab. 11. f. 5. Gallus Duhamel expreſſit denticulum inflexum ſupra ſinus oris, quem Linnaeus in ſicco exemplo, ut recte ſuſpicatus eſt Blochius, repertum, ſolus commemoravit. Solus praeterea labium inferius carinatum introrſum et membranae br. radios annotavit: niſi malis credere carinam iſtam a Willughbeo p. 274. dici cartilaginem rigidam a lingua ad cuſpidem maxillae inferioris extenſam, forte in ſiccis tantum piſcibus conſpiciendam. Denticulus iſte eſt finis rotundus oſſis labialis teretis, cum in aliis piſcibus latus eſſe et obtuſus ſoleat. Laminae inferius ſerratae infra nares poſitae naturam recte explicuit noſter in Cephalo Linnaeano, quem pinxit in Tabula 394.

Diverſus plane ab hoc eſt mugil is, quem Haſſelquiſt deſcripſit, male vero Linnaeus cum

ſuo conjunxit. Js habet caput depreſſum, roſtrum cylindricum, attenuatum, ſuperius angulatum angulis 2 parum elevatis, longitudinalibus, ſulco inter angulos poſterius latiore, anterius anguſtiore, recto. A latere angulorum ſulci, unus utrinque, inaequales, minus profundi, punctis elevatis notati: qualia puncta ad baſin capitis ſuperius et ad apicem ſupra maxillam duabus lineis diſtinctis utrinque conſpiciuntur: tuberculum parum elevatum triangulare caput antice ſupra terminat: oris apertura ſupera: maxilla inferior, longior, apice obtuſa, tuberculum ſub apice inferens ſinui ſuperioris: denticuli minutiſſimi in maxilla ſuperiore, in oſſe quod illam maxillam terminat, triangulari, ad latera faucium, et in inferiore maxilla et in lingua: rictus ſatis magnus, oculi ſatis magni in medio capite, pupilla nigra, iris virideſcens: nares geminae utrinque, parvae: *membranae branchialis radii* –, *linea lateralis elevata recta*, *dorſo propior*, *ſquamae parvae*, *figura irregulari*, *margine integro*, *corpus et opercula tegentes.*

P. 13. V. 6. A. $\frac{4}{10}$. D. $\frac{5}{5}$. 11.

Color capitis ſupra ex nigro caeruleſcit, dorſum ſupra nigreſcit, abdomen argenteum, pinnae omnes albeſcentes: opercula argentea. Unde ſpeciei huius notas lector ipſe facile agnoſcet.

Brownius primum mugilem Jamaicenſem ait habere oculos tectos membrana pellucida, linguam aſperam denticulis, membranae br. radios 4, pinnas ventrales rotundiuſculas a thorace magis remotas: ultra harum lineam po-

ſitam dorſalem priorem, triangularem, radiis ſpinoſis 4 diſtentam: lineam lateralem nullam, ſed ſquamas omnes medias lineatas, corpusque argenteum. Hunc a Gardenio acceptum Linnaeus ſub nomine *Albulae* pinnae dorſalis anterioris radiis 4, poſterioris 9. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20. diſtinxit.

In huius Albulae ſatis ambiguae locum ſuccedat nunc piſcis circa novam Zeelandiam captus et deſcriptus a *J. R. Forſtero MS. II.* 64. Is ſubit menſe Aprili fluminum oſtia gregarius, hamo et retibus capiendus, et *pinnis ventralibus connatis, aculeis pinnae dorſalis prioris* 4, *radiisque branchioſtegae membranae* 5 diſtinguendus.

Corpore eſt lanceolato, ſubcompreſſo ſquamoſo, glabro, dorſo caeruleſcente fuſco, infra candicanti argenteo: pinna dorſalis ſecunda et analis in apice macula fuſca notatae, pectorales fuſcae, caudalis luteo-fuſca, reliquae hyalinae. Squamae mediocres, imbricatae, baſi truncatae, ſtriataeque, deciduae. Caput ſubconicum, depreſſiuſculum, obtuſum, vix declive, ſquamoſum: rictus parvus, ſubobliquus, labia exigua membranacea, maxillae dentatae, ſuperior paulo longior inferiorem intus ſubcarinatam recipiens: dentes vix conſpicui, conferti etiam in lingua: palatum ſcabrum, dens ſupra ſinum oris nullus: nares geminae, oculi ſuperi laterales, roſtro vicini, iride aureo-argentea, opercula oſſea, ſubtriphylla, ſquamoſa, membranae br. radii 5: linea lateralis dorſo parallela, obſoleta: anus pone aequilibrium. P. D. prima in aequilibrio poſita, hyalina, radiis 4 aculeatis: ſecunda 10. P. lanceolatae breves 14. V. ovatae, margine interiore abdomini adnatae connataeque, hyali-

nae $\frac{1}{6}$, caudalis bifida 16. Longitudo $8\frac{1}{2}$, latitudo $1\frac{3}{4}$ pollicum.

Mugili crenilabi Forſkolii ſimilis eſt *M. cirrhoſtomus J. R. Forſteri* MS. II. 124. *labiis cirrhoſo-villoſis, radiis membranae branchialis* 5 in oceano pacifico captus.

Corpus eſt elongatum lanceolatum, argenteum, dorſum plumbeum; ſquamae reflexae vittas quaſi fuſcescentes in lateribus formant: macula nigra ad baſin pinnarum pectoralium et nucham: caput obtuſum, depreſſum, mediocre, ſquamoſum, rictus terminalis, mediocris flexuoſus, roſtrum obtuſum, depreſſum, ſubrectum, breue: labium ſuperius amplum, carnoſum, circa rictum cirrhis ſeu villis confertiſſimis reflexis, apice ſcabritie villoſa fimbriatis: inferius introrſum carinatum: oſſicula tuberculata ad carinam et imum rictum: maxilla utraque ampla, edentula: linguae apex ſcaber, palatum glabrum: nares geminae, oculi ſupremi, remoti, roſtro vicini, ampli, membrana anulari ſemitecti, pupilla nigra, iride argentea: opercula ſuboſſea, ſquamoſa, glabra, argentea, membranae br. 5 radii: linea lateralis obliterata: anus poſticus, cauda compreſſa, ſquamae amplae, glabrae, ſemiorbiculatae, antice rotundae, membrana marginatae, poſtice truncatae. D. $\frac{4}{4}$. 9. P. 16. V. 5. (hae duae pinnae ſupra adjacentem habent appendicem a Forſkolio non memoratam) A. 9. C. bifurca 17. Pinnae omnes, exceptis ventralibus, fusco plumbeae. Longitudo 19 uncias aequat.

Tertium *mugilem ſalmoneum* idem *J. R. Forſter MS. IV.* 14 deſcripſit in eodem mari retibus

captum, *capite alepidoto dorſo monopterygio et membranae branchialis radiis* 4 diſtinguendum. Corpus eſt oblongum, compreſſum, argenteum, dorſo caerulescente: ſquamae mediocres, rhombeae, deciduae, argenteae, antice ſtriatae: caput ſubacutum, corpore anguſtius, mediocre, alepidotum, lucidum, argenteum circa oculos, et in operculis ſubſtantia hyalino-argentea tectum: rictus exiguus, obliquus: roſtrum depreſſum, mediocre, rectiusculum: maxillae edentulae, depreſſae: ſuperior media emarginata, longior; inferior denticulo elevato in medio, recepta intra ſuperiorem: labia membranacea: dentes nulli, palatum canaliculatum, edentulum: nares geminae, ſuperae: oculi ampli laterales, remoti, cute communi cincti, iride argentea: regio ophthalmica ſubſtantia hyalina argentea operta: opercula triphylla, alepidota: linea lateralis antice a nucha deſcendens, dein media, recta, laevis. Pinna dorſalis pone aequilibrium poſita, inter duo folia ſquamoſa condenda, radiis 15, ut analis, radiis 8. P. 16. V. 10. ſupra P. et V. appendix longa: C. bifurca 28.

Habes quinque Mugilum ſpecies notis certis et manifeſtis diſtinctas, praeter Forſkalianos. Blochii *Mugil Tang* ut a cephalo ſatis ſit diverſus, vereor. Schn.

GEN. 35. GASTEROSTEUS.

Aculei 1-2 loco pinnae ventralis.

*1. Aculeatus. G. pinna dorſali prima triſpinoſa, carina ad caudam quadratam. *Bl. t.* 53. *f.* 3. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1323.

B. 3. P. 10. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{1}{9}$. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 12.

Corpus gracile, compreſſum, caput longum, acuminatum, rictus anguſtus, dentes acuti, parvi, unica ſerie, maxilla inferior longior, palatum et lingua glabra, nares exiliſſime, ſimplices, mediae inter roſtrum et oculos, linea lateralis dorſo vicina, 2 oſſa ſtriata pectoris, 2 alia acuminata ad ventrem, loricae 26 laterum, radius primus pinnae ventralis poſtice ſerratus, ſecundus parvus, muticus, pinna caudalis rotundata. Aculei erecti difficulter deprimuntur.

Habitat in Europae aquis dulcibus: Aprili et Majo et Junio pauca ſed permagna ova deponens ad herbas aquaticas: bipollicaris.

*2. Pungitius. G. corpore glabro, argenteo, ſpinis 10 in pinna dorſali prima. *Bl. t.* 53. *f.* 4. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1326.

B. 3. P. 10. V. $\frac{1}{1}$. A. 11. C. 13. D. $\frac{10}{10}$. 11.

Habitat in Europae maribus et lacubus gregarius, longus poll. 1. lin. 6., latus 3 poll.

*3. Spinachia. *tab.* 33. *f.* 2. G. pinna dorſali prima 15 ſpinoſa, capite roſtrato, rictu fere perpendiculari, maxilla inferiore ſuperiorem ut operculum claudente, pinna dorſi ſecunda anali oppoſita, cauda attenuata, elongata, linea laterali elata, 40 ſcutis ſtriatis laterum utrinque, oſſibus 2 pectoralibus et 2 ventralibus oblongis, acuminatis. *Bl. t.* 53. *f.* 1. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1327.

B. 3. P. 10. V. $\frac{1}{1}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 12. D. $\frac{15}{15}$. 7.

Habitat Europae maria.

4. Japonicus. G. vide ſupra in Monocentride Gen. 24.

Species non ſatis definitae.

a) Acanthias. G. ſpinis 4 in pinna dorſali anteriore, radiis branchioſtegae membranae 3. *Gmel.* 1328. *n.* 12. *Pontoppid. Dännemark* 188. *n.* 3.

b) Spinarella. G. capitis poſtice ſpinis quaternis ſerrulatis lateralibus, longitudine abdominis. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1327.

An vere Gaſteroſteus? propter ventralis pinnae radios 4 ſetaceos? Spinae capitis in pictura videntur eſſe oſſa maxillaria retrorſum producta et ſerrata, velut in clupea myſtace.

P. 20. V. 4. A. 8. C. . . D. 16.

GEN. 36. LORICARIA.

Corpus loricatum, os inferum.

*1. Plecostomus. L. capite depreſſo, cirrho in utroque angulo oris, pinna dorſi poſtica uniradiata, thorace infra aſpero. *Bl. t.* 374. *Linn. n.* . *Gmel.* 1363. *Guacani Marggrav.* 166.

B. 4. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 5. C. 16. D. $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{1}$.

Corpus antice fere trigonum, poſtice compreſſum, fusco punctatum, caput teſta oſſea ſuperius tectum, declive, convexum, inferius planum, rictus anguſtus, denticuli acuti, incurvi in 4 areas congeſti, labia craſſa, inferius fimbriatum, lingua cartilaginea, craſſa, oculi ſupremi, cute communi tecti, nares geminae, apertura branchialis mediocris, ſcuta rhomboidalia, aſpera, in medio tuberculo exaſperata, linea lateralis recta, anus capiti propinquior, pinnae pectorales infimae, caudalis furcata.

Habitat in America meridionali, 8 poll. longa.

*2. CATAPHRACTA. L. corpore ſubrubro, immaculato, roſtro obtuſo, cartilaginoſo, cirrhis plurimis labii ſuperioris, faſciculo aculeorum ad opercula. *Plecoſtomus Gronov. Mus.* II. *no.* 167. *Zooph.* 128. *n.* 393. *Seba III.* 87. *t.* 29. *f.* 12.

P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 5. C. 16. D. 8. $\frac{1}{1}$.

*3. CIRRHOSA. *tab.* 34. L. pinna dorſi unica, cauda longa, thorace inferius ſquamato, cirrhis innumeris menti, radio primo lobi ſuperioris pinnae caudalis in ſetam longitudine corporis aucto. *Bl. t.* 375. *f.* 3. 4. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1363.

B. 4. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 12. D. $\frac{1}{8}$.

Habitat in America meridionali, pedalis.

Var. MACULATA. L. corpore maculato, thorace inferius ſcutato. *Bl. t.* 375. *f.* 1. 2.

GEN. 37. SQUALUS.

Spiracula 5-7 in utroque latere corporis cartilaginei teretiuſculi.

Annotatio. Dentium plures ſeries gradatim aetate et magnitudine decreſcentium, et per utramque maxillam in gingivali cartilagine partim latentium jam olim deſcripſit Heriſſant: poſtea ſeries poſteriores dentium tenerorum et fere membranaceorum paulatim adoleſcere et in locum anteriorum caſu amiſſorum ſuccedere atque ita per totam vitam dentes ſuccreſcere, et permutari novis veteres ingenioſe docuit André in Philoſoph. Trans. 1784. p. 779. tab. 13. Formam dentium in utraque maxilla di-

verſam annotavit Brouſſonet: verum in eadem interdum maxilla diverſi conſpiciuntur dentes poſiti, quos difficile eſt verbis repraeſentare. Mares corporis magnitudine cedere feminis, ut in avium rapacium genere, vetus eſt Ariſtotelis obſervatio a Brouſſoneto confirmata, qui praeterea cum Willughbeo pinnas ventrales coalitas ſexum maſculum diſtinguere annotavit. Schn.

*A. Foramina temporum *) et pinnam ani habentes.*

*1. Canicula. Sq. corpore ocellato, capite parvo, dentibus conicis, acutis, baſi lata bifurcatis, pinnis ſupra fuſco maculatis, cauda corpore longiore, dorſo apterygio, meſura **) prima poſt ventralem, ſecunda poſt analem poſita, caudali truncata. *Bl. t.* 112. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1490. *Ruſſette, Brouſſonet. in Mémoires de l'Acad. d. Sc.* 1780. *n.* 2.

Exemplum meum maſculum longum 2 ped. 10 poll. Corpus oblongum teretiuſculum, ſcabrum, os inferum, dentes plurimi mobiles, ſpiracula transverſa 5 inter caput et pinnas pectorales, oculi oblongi, nares ſupra os, oblongae, intus multum diviſae, caput ſuperius planum, foramina temporum poſt oculos, pin-

---

*) Quae reſpirationi tantum inſervire affirmat Camper in Schriften d. n. G. VII. 206. in raiis, ſqualis, petromyzontibus et ſturionibus. Contra ad auditum ex parte pertinere cenſet Brouſſonet, adverſus quem monui quaedam in Promtuario Lipſienſi 1787. p. 358. Schn.

**) Meſura pinna eſt poſt dorſum et ani lineam perpendicularem poſita, falſo hucusque dorſalis dicta.

nae coriaceae, ventrales approximatae, inter quas anus, pinna analis ab ano remota, inter mefuras duas oppofita, maris appendices 2 prope anum et ventralibus concretae.

Habitat in mari fere omni.

*2. Catulus. Sq. corpore rubente, punctato, ventre argenteo fplendente, dentibus praecedenti fimillimis, bafi utrinque apice infidente, cetera etiam praecedenti fimillimus. *Bl. t.* 114. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1490.

Exemplum meum masculum bipedale.

Habitat in oceano feptentrionali, mediterraneo et Indico.

Ad praecedentem retulit, et catulum minorem ab antiquioribus fcriptoribus vocatum a catulo maiore fexu masculo folo differre cenfet Brouffonet. Schn.

3. Vulpes. Sq. corpore glabro, caudae lobo fuperiore fere longitudine corporis. *Renard de mer, Duhamel III. Sect. IX. t.* 21. *f.* 1. 2. *Gmel.* 1496. *n.* 23. *Brouffonet n.* 14.

Habitat in Mediterraneo et Britannico mari, 7 pedes longus.

4. Isabella. Sq. nigro maculatus, dentibus brevibus compreffis, acutis, triangularibus, in 6 feries difpofitis, linea laterali dorfo vicina, pinna dorfali ventralibus oppofita. *Brouff. n.* 1. *Gmel.* 1489. *n.* 16.

Habitat ad novam Zeelandiam, 2½ pedes longus.

*5, Stellaris. Sq. varius, lobis narium

2, dorſali pinna caudali propiore, anali paulo ante lineam perpendicularem meſurae poſita. *Chat rochier Brouſſ. n.* 3. *Gmel.* 1491. *n.* 9.

Habitat oceani Europaei rupeſtria loca.

*6. Galeus. Sq. corpore cinereo, roſtro elongato, depreſſo, dentibus compreſſis, fere triangularibus, margine altero ſerratis, pinna dorſali priore fere media inter baſin thoracicarum et ventralium, ſecunda poene anali oppoſita. *Bl. t.* 118. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1492. *Milander Brouſſonet n.* 4.

Habitat in oceano Europaeo et pacifico.

7. Mustelus. Sq. roſtro conico, dentibus minimis, rhomboideis, obtuſis, dorſali pinna inter pectorales et ventrales, meſura pinna duplo majore quam analis. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1492. *Muſtelus laevis Salviani* 135. *L'Emiſſole Brouſſonet no.* 5

Habitat cum antecedente.

8. Cirrhatus. Sq. capite depreſſo, obtuſo, roſtro brevi, oculis et foraminibus temporum minimis, dentibus plurimis, longiuſculis, acutis, baſi dilatatis, ſquamis latis, planis, pinna priore dorſali ventralibus oppoſita, poſteriore paulo ante pinnae analis lineam perpendicularem poſita, cauda $\frac{1}{4}$ totius longitudinis, ante nares appendice vermiformi. *Barbillon Brouſſ. n.* 6. *Gmel.* 1492. *n.* 17.

Habitat in oceano Americano et pacifico, 5 pedes longus.

9. Barbatus. Sq. capite lato, breui, depreſſo, ore fere terminali, dentibus lanceolatis, ſqua-

ſquamis minimis, ſplendentibus, laevibus, maculis nigris rotundis et anguloſis, foraminibus temporum amplis, roſtro appendicibus vermiformibus, fere omnibus lobatis aucto, infra barbato, pinna dorſi ano oppoſita, meſura poſt analem, caudali ſubdiviſa. *Barbu, Brouſſonet n. 7. Gmel.* 1493. *n.* 18.

Habitat ad novam Hollandiam, longus $3\frac{1}{2}$ pedes.

10. Africanus. Sq. capite depreſſo, et trunco latiore, dentibus compreſſis, oblongis, acutis, lingua et palato tuberculatis, lobis 2 naſalibus, pinna dorſali pone ventrales, meſura ſupra poſteriorem analis partem poſita, ſtriis 7 nigricantibus, parallelis, longitudinalibus, pinnae caudalis lobo inferiore in fine rotundato. *Galonné Brouſſ. n.* 9. *Gmel.* 1494. *n.* 20. *Sq. ſtriatus Forſteri MS. IV.* 79.

Habitat in mari Africano, $2\frac{1}{2}$ ped. longus.

11. Ocellatus. Sq. cinereus, fuſco guttatus, foraminibus temporum oblongis, dentibus parvis, compreſſis, acutis, in baſi latioribus, ocello magno ad utrumque pectoris latus, meſura utraque pinna bimaculata in margine anteriore. *L'oeillé Brouſſ. n.* 10. *Gmel.* 1494. *n.* 21.

Habitat in oceano pacifico ad novam Hollandiam, $2\frac{1}{2}$ pedes longus.

12. Griseus. Sq. ſpiraculis utrinque 6, capite depreſſo, obtuſo, ſquamis minimis, linea media carinatis, maxillae inferioris latis dentibus compreſſis, ſubquadratis, margine utroque ſerratis, maxillae ſuperioris oblongis, acutis, baſi latiore, non ſerratis margine, naribus roſtri

apici propioribus, foraminibus temporum remotis, minutis. *Griſet, Brouſſ. n.*13. *Gmel.* 1495. *n.* 22.

Habitat paulo rarior in mediterraneo mari, 2½ pedes longus.

*13. Maculatus. Sq. roſtro brevi, maculis bruneis ſparſis, margine lucidiore, dentibus lanceolatis, baſi utrinque bicuſpidatis, meſura priore poſt ventrales, poſteriore paene poſt analem poſita, cauda longitudine ceteri corporis.

Habitat in oceano orientali.

*14. Fasciatus. Sq. corpore nigro alboque faſciato et maculato, capite parvo, depreſſo, obtuſo, narium appendice vermiformi, lacuna utrinque ad os, rictu anguſto, dentibus tricuſpidatis in 15 ordines in utraque maxilla digeſtis, ſpiraculis quinis, invicem proximis, cauda duplo longiore corpore, pinna dorſi ventralibus oppoſita, meſura pone analem poſita, caudali longiſſima caudam ambiente. *Bl. t.* 113. *S: tigr. Gmel.* 1493. *n.* 10, *et S. longicaudus* 1496. *n.* 24. *) *Le Tigré Brouſſ. n.* 8.

Habitat in mari Indico ad oram Coromandelicam, ad 12-13 pedes excreſcit.

*15. Waddi. Sq. corpore ſuperius bruneo, nigro faſciato, ventre ſlavicante, capite depreſſo, obtuſiuſculo, cirrhis naſalibus 2, dorſo unipinnato, pinna remota, caudali longa, cauda longitudine ceteri corporis.

---

*) Errore huic ſqualo 4 tantum ſpiracula tribuuntur: nam 4 et 5tum approximata ſunt.

Habitat circa novam Hollandiam, *Waddi* appellatus.

Picturam Dn. Latham communicavit.

B. Foraminibus temporum carentes, pinna anali praesente *).

*16. Zygaena. Sq. capite latissimo, malleiformi, oculis lateralibus, pinna caudae bilobata, inferiore lobo longiore, dentibus obliquis, compressis, bilobis, pinna dorsali inter pectorales et ventrales, mesura anali opposita. *Bl. t.* 117. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1494. *Salviani* 128. *Le Marteau, Brouss. n.* 11. *Stampella Siculis, Scilla t.* 28. *f.* 2. *piscem cum dentibus pictum sistit.*

Habitat lutosa loca in oceano Indico Americano et in mari mediterraneo, 10-12 pedes longus, pondere 500 libras aequat.

*17. Tiburo. S. capite depresso, antice semicirculari, cetera antecedenti simillimus. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1495. *Le Pantouflier, Brouss. n.* 12

Habitat in mari meridionalis Americae.

*18. Glaucus. Sq. corpore supra caeruleo, glabro, capite rostrato, dentibus compressis triangularibus, margine utroque in maxilla superiore angustioribus et sinuatis, in inferiore serratis, pinna dorsi media inter pinnas pectorales ac ventrales, mesura opposita anali. *Bl. t.* 86. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1496. *Ascanii Icon. t. XXXI.* Est squalus platyrynchus Walbaumii 521. n. 31.

---

*) Zygaena et Tiburo temporum foraminibus carenti quamvis a Brouss. ad cohortem praecedentem relati.

Habitat in omni mari frequens, ad pedum 8 longitudinem excrefcens.

Glaucus Brouff. n. 15. differt foffa triangulari in dorfo extremo, dentibus paene triangularibus, oblongis, non ferratis, mefura pofteriore anali, colore corporis ubique coeruleo.

19. Carcharias. Sq. corpore cinereo, capite fubroftrato, fubcompreffo, dentibus triangularibus margine utroque ferratis, in inferiore anguftioribus, latioribus in fuperiore maxilla, pinnis pectoralibus maximis. *Bl. t.* 119. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1498, *Requin Brouff. n.* 19.

20. Ciliaris. *tab.* 31. Sq. capite roftrato, per foramina branchialia ciliis branchiarum longiffimis propendentibus, lobo fuperiore caudae praelongo.

Habitat Surinamum: embryones duos fervat Mufeum meum.

21. Cornubicus. Sq. corpore afpero, craffo, roftrato, carina laterum caudae, pinna mefura anali oppofita.

Habitat in mari Cornubiam alluente, 2-3 pedes longus. *The Porpeagle Borlafe* 265. *t.* 26. *f.* 4. *Gmel:* 1497. *n.* 25. *Beau maris fhark Pennant B. Z. III.* 118. *n.* 50. *t.* 17. *Le Nez, Brouff. n.* 16. *Touille boeuf Duhamel III.* 297. *t.* 19. *f.* 4.

Hunc eundem fqualum vivum, in mari britannico captum, 3 pedes 10 pollices longum,

vidit et accurate descripsit *S. Goadenough* in *Trans. of the Lin: Soc.* III. 80. picturam linearem dedit in tab. 15.

Corpus teres, 6 pollicum distantia a cauda depressum, 2 pollicum fossula semicirculari exaratum, supra altro-caeruleum, infra albescens: infra partem depressam excurrit in medium caudalem pinnam carina 8 pollices longa: rostrum longum et acutum, (in siccis exemplis Broussonetus sursum curvatum vidit apicem) oculi distantia 4 pollicum ab apice rostri positi, diametro pollicis, pupilla nigra, iride alba: inter pinnas ventrales fissura fere 4 pollices longa patebat, intra quam utrinque mamilla brevis carnosa seu cartilaginea conspiciebatur. Videtur igitur femina fuisse. Corium paulisper asperum sentiebat manus retrorsum ducta: linea obsoleta tuberculorum parvorum a capite inde decurrens in carinam caudalem desinebat. Maxillarum dentes gemina serie positi, albi, acuti, ancipites, processu utrinque parvo baseos: medii supra vel anteriores singulares, infra vero triplicati. Pinnae omnes cartilagineae, absque ullo radiorum vestigio, anteriore facie caerulea, posteriore albicante.

Idem vir doctus p. 83. monet squalum *beaumaris* Pennanti rostro obtuso discrepare. Piscatores ex gemina dentium serie aetatem biennem piscis arguebant: alium 8 pedes longum et triplice dentium serie praeditum vidit auctoris amicus. Schn.

22. Cinereus. Sq. parum asper, spiraculis utrinque 7, dentibus compressis, acutis, separatis, linea laterali distincta, mensura pinna

inter ventralem et analem media. *Perlon, Brouss. n.* 17. *Gmel.* 1497. *n.* 26.

Habitat in mari mediterraneo, longus 3 pedes.

23. Maximus. Sq. dentibus conicis, non serratis, pinna dorsali media inter pectorales et ventrales, mesura media inter ventrales et anales. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1498.

Habitat in oceano arctico.

24. Philippi. Sq. corpore aspero, bruneo, capite parvo, obtuso, fascia oculari nigra, carina longitudinali supra oculos, ordinibus dentium 10-11 in maxillis et palato, tricuspidatis, lateralibus latis, rhomboideis, gradatim majoribus versus posteriora, aculeo magno ad initium pinnae dorsalis et ad initium mesurae, inter ventrales et anales positae, ano medio. *Portjakson-Shark, Philip's Voyag.* 166. *t.* 42.

Habitat ad novam Hollandiam, bipedalis.

25. Punctatus. Sq. cinereus, maculatus nigro, cute aspera, rostri cirrhis 2 infra, dentibus fortissimis simplicibus, pinna dorsali ventralibus opposita, mesura opposita anali, caudali longa, cauda longitudine ceteri corporis. *Gata Hispanis, Parra* 86. *t.* 34. *f.* 2.

Habitat in oceano Americano.

C. Foraminibus temporum instructi, pinna anali carentes.

*26. Centrina. Sq. corpore fere trigono, hispido, ore angusto, dentibus maxillae superioris conicis, per series plures digestis, inferioris longis, planis, latis, unica serie positis, aculeo

longo per pinnas dorſales, ſecunda ventralibus oppoſita, cauda brevi, ano remoto. *Bl. t.* 115. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1502. *Salviani* 156. *Humantin, Brouſſ. n.* 25.

Habitat in mari Mediterraneo.

*27. Acanthias. Sq. corpore teretiusculo, aſpero, capite roſtrato, dentium acie obliqua lata, radice tricuſpidata, aculeo magno per initium pinnarum dorſalis et meſurae, mediae inter ventrales et caudalem. *Bl. t.* 85. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1500.

Habitat in omni mari, rarior in baltico, longus 3-4 pedes.

*28. Spinax. Sq. roſtratus, ſubtus nigricans et aſperior quam ſupra, naribus terminalibus, aculeo ante dorſalem et meſuram longo. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1501. *Dronth. Schrift. II.* 284. *t.* 7. *Le Sagre, Brouſſ. n.* 23. *Le Blaataske vel Sorthae, Ascanii Icones tab. XXXVII.*

Habitat in oceano, longus 3 pedes circiter.

*29. Microcephalus. S. capite et pinnis parvis, dentibus parvis, compreſſis, acie lata, hamata, naribus terminalibus, pinna dorſali paulum poſt baſin pectoralium, meſura poſt ventralium lineam perpendicularem poſita, omnibus remotiſſimis, ano pinnae caudali vicino, cauda brevi.

Habitat in mari glaciali.

Exemplum meum 13 pedes longum.

*30. Granulosus. Sq. bruneus cute granuloſa, aculeis 2 robuſtis, compreſſis, poſtice

parum incu rvis, intus concavis, primo in initio pinnae dorſi, ſecundo in initio meſurae, pinnis brevibus, dorſali pectoralibus propinquiore quam ventralibus remotiſſimis, meſura caudali vicina, foraminibus temporum remotis, lunatis.

Cutis in uſum horologiorum portatilium et ad obducendas vaginas enſium venit. Exempl. meum, cui maxillae deſunt, eſt 5 ped. longum; circumferentia $2\frac{1}{3}$ ped.

31. Spinosus. Sq. corpore aculeis clavatis et mucronatis, ut in Raja clavata, ſparſo, capite acuminato, rictu mediocri, dentibus compreſſis, paene quadratis, marginibus lobatis, pinna dorſali paulum ante ventrales poſita, et remotiſſima a capite, meſura media inter eam et caudalis baſin, dorſali proxima, brevi. *S. brucus Vicq d'Azyr MS. F. Bouclé Brouſſ. n.* 21. *Gmel.* 1500. *n.* 27. *Lacépède t.* 3. *f.* 2.

Habitat in mari Atlantico.

*32. Squamosus. S. corporis ſquamis erectis, ouatis, carinatis, roſtro oblongo, depreſſo, dentibus ſubquadratis, marginibus anguloſis, inferioribus majoribus, pinna dorſi longa, media aculeo trajecta, ut meſura, cauda brevi. *Brouſſ. n.* 24. *Gmel.* 1502. *n.* 28.

Exemplum meum $3\frac{3}{4}$ pedes longum: cutis in uſu fabrorum lignariorum apud nos cum aliarum ſpecierum ſpoliis miſta.

33. Americanus. Sq. capite craſſo, roſtro brevi obtuſo, dentibus oblongis, acutis, compreſſis, majoribus utroque margine inciſis, naribus ad latera apicis roſtri ſitis, foraminibus

temporum ab oculis remotis, pinna mesura remotiore ventralibus caudae proximis. *Liche, Brouss. n.* 26. *Gmel.* 1503. *n.* 30.

Habitat ad promontorium Britannicum Americae.

34. Indicus. Sq. capite obtuso, depresso, cum dorso nigro maculato, dentibus acutis in 7 series digestis, dorso apterygio, mesura gemina, parva, pectoralibus et ventralibus longis, rotundis. *Gronov. Musei n.* 133. *Gmel.* 1503. *n.* 29.

Habitat in India orientali.

35. Tuberculatus. Sq. corpore supra maculato, dorso serie tuberculorum parvorum aspero, dentibus triangularibus, lobulo membranaceo ad nares, labio superiore medio parum exciso, mesura priore paulum ultra ventralium lineam perpendicularem posita, cauda longiore, caudali pinna infra bis incisa. *S. dentelé Lacépede I.* 281. *t.* 11. *f.* 1.

*36. Squatina. Sq. corpore depresso, laevi, capite circulari, trunco latiore, rictu terminali, naribus in margine capitis, cirrhis nasalibus 2, pinnis pectoralibus latissimis, dorso apterygio, mesura gemina parva, cauda tenui. *Bl. t.* 116. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1503. *Salv.* 151.

Habitat in oceano septentrionali et in mari mediterraneo, 7-8 ped. longus.

37. Lobatus. Sq. corpore bruneo, maculato, capite lato, angulato, appendicibus lobatis cartilagineis 5 utrinque in lateribus usque ad branchialia foramina positis, rictu magno, fere terminali, anterioribus dentibus novem longis acutis in 3 series digestis, multis minoribus utrinque in lateribus maxillae utriusque, pin-

na mesura utraque inter ventrales et caudalem posita, cauda longitudine ceteri corporis. *Watts's Shark Philip. Voyag.* 168. *t.* 43.

Habitat mare novae Hollandiae, 19 poll. longus.

Species non determinandae.

a) Fernandinus. Sq. aculeo longo, pinnae dorsi triangulo, in apice recurvo, corpore terete, ocellato. *Tollo Chilensibus, Molina* 202. Pro squalo acanthia habet Dombey apud Cepede I. 273.

b) Vanduffeli. Sq. capite depresso, obtuso, pinnis ventralibus remotissimis, lobo superiore caudalis brevi. *Lamie Duhamel Peches III. Sect. IX. p.* 330. *pl.* 25. *f.* 1. 2.

c) Massasa. Sq. edentulus, pinnis pectoralibus longis, *Forskael X. n.* 17.

d) Kamul. Sq. edentulus, pinnis pectoralibus brevibus cirrhis oris quatuor, *Forskael l. c.* 19.

e) Edentulus. Sq. capite lato, plano, maxillis osseis edentulis, superiore longiore, lateribus capitis prominentibus. *Brunnich P. M.* 6. *n.* 14.

f) Vacca. Sq. dorsali ventralibus opposita, mesura nulla, temporum foraminibus nullis. *Colombina Siculis, Aug. Scilla* 20. *t.* 17. caput cum dentibus, t. 28. totum piscem, t. 1. f. 1-8. dentes pictos sistit; gemina analis dubitationem facit.

g) L'Assier. Sq. spina dorsalis pinnae, dentibus parvis rotundis *Verz. d. adriat. F.* 156. *no.* 80.

Cl. V. HEPTAPTERYGII.

Ord. I. JUGULARES.

GEN. 38. LOPHIUS.

Pinnae pectorales cubito inflexo.

*1. Piscatorius. L. capite depreſſo permagno, tuberculato, antice rotundato, ſetis aucto ſupra, maxilla inferiore longiore, cirrhis multis ad marginem corporis inferiorem. *Bl. t.* 87. *Linn. no.* 1. *Gmel.* 1479. *et barbatus n.* 4. *)

*) Lophius barbatus a Montino in Actis Stockholm: anni 1779 deſcriptus ab hoc differre non videbatur Blochio. Contra Montinus longitudine et forma tentaculorum, cirrhis mentalibus trilobis maioribus, pinna frontali uniradiata, (quam equidem reperire in pictura nec in reliqua notitia nequeo) pinna dorſali gemina, priore triradiata, poſteriore 12 radiata, pectoralium radiis 21 ventralium 6 analis 11 caudalis 8 membranae branchioſtegae radiis 5 diſtinguit. Linea lateralis magis conſpicua in capite ramos undique diſpergit. Pulmones teſtaceos, firmiores quam in quadrupedibus eſſe ſoleant, 12 pollices longos, 2½ latos, aperto ventre ſtatim prodeuntes, quos dixerit vir doctus, nondum intelligere potui. Hepar enim ſeparatim vir doctus nominat. Non magis mihi conſtat de genitalibus, quibus ſexum maſculum tam facile quam in raiis diſtingui ait Gallus Duhamel. Gronovius membranae branchioſtegae radios 9 numerat in Muſeo et Zoophylacio. Contra in Muſeo pinnas dorſales duas poſuit, priorem radiis tribus mollibus compo-

B. 6. P. 24. V. 5. A. 13. C. 8. D. 3. 11.

Corpus lubricum, nudum, cute laxa involutum, caput magnum, rictus amplissimus, dentes acuti, numerosi, mucronati in maxillis, lingua, palato et faucibus: foveae 2 in labio superiore, nares simplices minimae pone oculos, apertura branchialis angusta, semilunaris sub pinnis pectoralibus, linea lateralis vix conspicua, anus pinnae caudali propinquior.

Habitat maria Europaea inter arenas et fucos latens, ubi setis vermes mentientibus pisces inescans praedatur. Ad pedum 6 magnitudinem excrescit.

*2. VESPERTILIO. L. frontis cornu horizontali, corpore depresso, supra aculeis aspero, infra plano, albo, laevi, capite parvo, ore infero, angusto, radio corneo in globulum desinente inter nares. *Bl. tab.* 110. *Linn. no.* 2.

---

sitam: ante hanc vero radios tres singulares, longitudine impares memoravit, quorum basin membrana parva cingat. In Zoophylacio autem pinnam dorsalem unicam posuit, inter quam et rostrum in quibusdam ossicula setiformia sint posita, ad basin versus posteriora membranaceo ligamento aucta, quae aliis pinnarum nomine veniant. Linnaeus in piscatorio Lophio cum Artedio pinnam dorsi unicam numeravit, in histrione tamen, radios duos singulares numerans separatim, pinnam triplicem dorsi posuit, quod in spinoso Lophio fecit item Blochius, qui ipse piscatorii Lophii pinnam dorsalem priorem triradiatam fecit. Itaque ex rationibus Blochii Lophius certe piscatorius ad Octopterygios pertinet, et, si radios singulares duos vel tres pro pinna una numeraveris, histrio item et spinosus. Totidem tamen species hic in ordine Heptapterygiorum militabunt. De Britanni Borlasse 266. tab. 27. f. 6. Lophio separatim in scheda Blochius dubitabat, a piscatorio specie distinguendus sit an varietate? Differre cirrhis raris, corpore rotundiore, spinis pone pinnas pectorales et ad caudam positis.

Gmel. 1480. *Chauve-souris de mer, Duhamel T. III. Sect. IX. tab.* 16. *f.* 1. 2.

P. 10. V. 5. A. 6. C. 11. D. 9.

Habitat oceanum Americanum, potiſſimum auſtralem, 10 pollices longus. Brown membranae branchioſtegae radios 5 numeravit, pondusque 100 ad 3000 librarum edidit, Jamaic. 457.

*3. Histrio. L. corpore compreſſo, craſſo, cirrhoſo, ſcabro, ſetis 2 erectis ſupra caput declive, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, labio ſuperiori inſidente ſeta in apice biloba, lituris fuscis laterum. *Bl. t.* 111. *Linn. no.* 3. *Gmel.* 1481.

B. 2. P. 11. V. 5. A. 7. C. 10. D. 12.

Habitat oceanum Americanum, 8-10 pollices longus.

Branchias utrinque quaternas, in dorſo arcuum conulis cartilagineis ſimplice ſerie exſtantibus, membranae branchioſtegae radios 2 diſtinctos, ſed cute obtectos vidi: ovaria gemina, veſica pneumatica rotunda, urinaria nulla, ventriculus ſimplex aderat.

* *Varietas a.* L. compreſſus ſtriis brevibus fuscis et bruneis varius. *Striated Loph. Shaw Miſcell. no.* 58.

Habitat ad litora Novae Hollandiae.

* *Var. b.* Pictus. L. compreſſus, fuscus, lituris ſubflavis, rubro marginatis.

* *Var. c.* Marmoratus. L. ſubcompreſſus, lividus, albido ferrugineoque varius, pinna dorſi longitudinali.

* *Var. d.* OCELLATUS. L. corpore compreſſo, luteſcente, nigro punctato, ocello nigro, iride alba ad pinnam dorſalem, caudalem et pone analem. *Peſcador, Parra* 1. *tab.* 1.

Habitat mare Hauannam alluens.

*4. VIVIPARUS. *tab.* 32. L. ſpinis multis capitis permagni, depreſſi, una maiore, tridentata ſupra pinnas pectorales utrinque eminente, lingua nigra albo maculata, ordinibus 4 denticulorum divergentium. *L. Setigerus*, *Wahl in Skrivter af Naturh. T. IV.* 215. *tab.* 3. *f.* 5. 6.

B. 5. P. 10. V. 5. A. 5. C. 6. D. 5.

Habitat mare Sinenſe. Coram habeo etiam pullum cum ſacco placentali.

*5. STELLATUS. L. capite orbiculato, corpore depreſſo, undique ſupra ſpinulis baſi ſtellatis, id eſt ter vel quater radiatis, aſpero, ſubtus ſpinulis minutiſſimis muricato, maxillis aequalibus. *Wahl l. c.* 214. *tab.* 3. *f.* 3. 4.

B. 3. bipartiti radii, P. 10. V. 5. A. 2. C. 3. D. 2.

Habitat cum antecedente.

Capite cum corpore coniuncto tripollicari orbiculato tranſitum ad latum raiarum genus capite rotundiusculo praeditum facere videtur. Schn.

*6. HISPIDUS. L. corpore compreſſo, hiſpido, cirrhis carente, lineis non determinatae figurae nigris inſigni, ſeta cornea longa in apice multum radiata ſupra labium ſuperius enata, apertura branchiali tubuloſa pone et infra pectorales pinnas.

B. 3. P. 10. V. 3. A. 7. C. 9. D. $\frac{1}{0}$. $\frac{1}{0}$. 11.

Habitat Oceanum Indicum ad oram Coromandelicam, $3\frac{1}{4}$ pollices longus, $2\frac{1}{2}$ poll. latus.

GEN. 39. PTERACLIS.

Pinna dorſi et ani latiſſimae ſemicirculares, longitudinales.

1. Velifra. *tab.* 35. *Pteraclis Gronov Act. Helvet. VII.* 43. *t.* 2. *Coryphaena velifera Pall. S. Z. VIII.* 19. *t.* 3. *f.* 1. *Gmel.* 1193. *n.* 17. *t.* 35.

B. 6. P. 13. V. 1. A. 46. C. 15. D. $\frac{1}{56}$.

Corpus valde compreſſum, caput obtuſum, rictus amplus, obliquus, dentes parvi, acuti, unica ſerie in ſuperiore, 2 in inferiore maxilla, ſquamae magnae, triangulares, profunde emarginatae, in baſi ſpina brevi recumbente armatae, quam antecedentis ſquamae crena recipit; ad baſin pinnae dorſi et ani adſunt ſquamae rhombeae abſque ſpinis, ſingulae interſtitiis radiorum reſpondentes, linea lateralis inconſpicua, ſtria ſemicircularis et maculae rotundae in pinna dorſali et anali fuſcis, anus ſub thorace, radii 2 breves loco pinnarum ventralium, pinna caudae diviſa.

Habitat in India orientali, longa $14\frac{1}{2}$ pollices.

GEN. 40. PLEURONCETES.

Corpus valde depreſſum, ita ut oculus uterque in ſuperficie ſuperiore capitis ſitus appareat, pinna dorſi et ani longitudinales.

A. Oculis dextris, corpore ovali vel elliptico. *)

*1. PLATESSA. Pl. corporis glabri maculis rubris, rotundis, tuberculis 6 capitis, squamis mollibus, rotundis, discretis, linea laterali recta, pinna caudae rotundata. *Bl. t.* 42. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1228.

B. 6. P. 12. V. 6. A. 54. C. 19. D. 68.

Corpus elliptiacus, latus superius bruneum, inferius album, caput parvum. acuminatum, maxilla inferlior ongior, rictus arcuatus, dentes parvi, oculi vicini, oblongi, nares 2 in superiore et 2 in inferiore latere, apertura branchialis ampla, pinnae pectorales parvas, una in superiore altera in inferiore sita, ventrales marginales, capiti vicinae, inter quas anus, linea lateralis recta, fere media, pinnae muticae, caudalis rotundata, basi squamata.

Habitat in Oceano europaeo, pedalis, latus 7 pollices, Februario et Martio ova inter fucos et saxa deponens.

a. Varietatem annotavit Paulson in *Skrivter of N. S.* 3. 170. ante oculos cirrhum breuem cum radimento alterius gerentem. P. 12. V. 6. A. 51. D. 69. C. 19.

2. PLA.

---

*) Species hujus generis, in uno corporis latere oculos sitos habent: hinc oculi sunt vel dextri, vel sinistri. Dextri dicuntur, si caput et oculi in pisce ante nos jacente, cujus pinna ventralis ad corpus nostrum spectat, ad latus dextrum sint positi: sinistri dicuntur, si caput ut oculi ad latus sinistrum sint positi: Galli contournés vocant. Ceterum nervorum opticorum decussatio in Pl. Fleso et maximo, forte etiam in ceteris omnibus, ut in paucis aliis generibus, locum non habet, ut me admonuit K. A. Rudolphi. Schn.

2. Platessoides. Pl. corporis ſupra maculis bruneis, ſquamis ciliatis, rictu amplo, maxilla inferiore longiore tuberculo terminata, linea laterali recta pinna caudae longa, ſubrotunda. *Fabricii groenl.* 164. *n.* 119. *Gmel.* 1234. *n.* 21.

B. 8. P. 12. V. 6. A. 71. .C 18. D. 89.

Habitat in locis arenoſis ad oſtia fluviorum Groenlandiae, ubi Junio et Julio ova deponit.

3. Rhombeus. Pl. corpore rhomboideo, bruneo, maculis dilutioribus rotundis notato, ſquamis parvis, linea laterali recta media, pinnis ſquamoſis caudali rotundata.

B. 6. P. 8. V. 5. A. 37. C. 14. D. 52.

Hoſpitatur in M. Linckiano Lipſiae, longus $4\frac{1}{2}$ latus $2\frac{3}{4}$ pollices. — Habitat.

*4. Limanda. Pl. corpore luteo, capite parvo, ſquamato, oculis oblongis, magnis, rictu anguſto, ſquamis oblongis, ciliatis, linea laterali ab initio arcuata, pinna caudae lunata. *Bl. t.* 46. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1231.

B. 5. P. 11. V. 6. A. 61. C. 15. D. 75.

Habitat in Oceano europaeo, Majo et Junio ova deponit.

*5. Triocellatus. P. corporis in parte poſteriore ocellis 3 nigris, iridibus albis in triangulo poſitis, linea laterali ab initio arcuata, maxilla inferiore longiore, ſquamis parvis.

B. 6. P. 12. V. 5. A. 45. C. 17. D. 62.

Habitat ad Tranquebariam, longus $4\frac{1}{2}$ latus $2\frac{1}{2}$ pollices.

Vide ad ocellatum L. annotationem.

B. oculis dextris, corpore oblongo.

*6. LIMANDOIDES. Pl. rictu obliquo, amplo, maxilla inferiore longiore, linea laterali lata, nigra, aſpera, per pinnam caudae excurrente, margine dorſi et abdominis aſpero, narium foramine altero tubuloſo, ſquamis magnis, ciliatis. *Bl. t.* 186. *Gmel.* 1232. *n.* 19.

B. . . P. 11. V. 6. A. 63. C. 15. D. 79.

Habitat in mari ſeptentrionali, carne alba delicioſa.

*7. FLESUS. P. tuberculis muricatis ad marginem dorſi abdominisque, et in linea laterali, rictu anguſto, ſquamis parvis, oblongis cute tenaciſſime adhaerentibus. *Bl. t.* 44. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1289.

B. 6. P. 12. V. 6. A. 44. C. 16. D. 59.

Habitat in Oceano Europaeo et Balthico ad oſtia fluminum, vitae tenacis.

8. SOLEA. Pl. corpore aſpero, capite parvo, obtuſo, ore arcuato, parvo infra fere maxilla ſuperiore longiore, toto cirrhato cirrhis minimis, pinnae dorſalis et analis radiis ad baſin ſquamatis, pinnis pectoralibus parvis. *Bl. t.* 45. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1232.

B. 6. P. 10. V. 6. A. 65. C. 17. D. 80.

Habitat in Oceano Europaeo et Americano, et mari Mediterraneo, caro in deliciis habetur. Haec Species utroque latere colorata invenitur interdum: quod genus piſcium piſcatores Gallici

doubles vocant. Brunnich oculos finiſtros frequenter et dextros vanari, latus oculatum cinereum nigredine irroratum et pinnam pectoralem macula nigra ad apicem notatam eſſe annotat.

*9. HIPPOGLOSSUS. Pl. corpore glabro, linea laterali ab initio arcuata, rictu amplo, obliquo, maxilla inferiore longiore, dentibus robuſtis, acutis, pinna caudali lunata, ſquamis oblongis, mollisſimis arcte adhaerentibus. *Bl. t.* 47. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1227.

B. 7. P. 15. V. 7. A. 82. C. 16. D. 107.

Habitat in Oceano Europaeo et Americano ſeptentrionali, edulis.

10. TRICHODACTYLUS. Pl. corpore aſpero, canescente, pinnis pectoralihus filiformibus, vix conſpicuis. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1226.

B. 6. P. 4. V. 5. A. 43. C. 16. D. 53.

Habitat ad Amboinam.

In latere inferiore Artedi Sp. 61. pectoralis pinnae unicum tantum oſſiculum pili forme perexile vidit. Schn.

11. OCELLATUS. *tab.* 40. Pl. corpore luteo, ocellis 4 atris, iridibus albis, in quadrangulo poſitis, rictu anguſto, arcuato, ſquamis oblongis ciliatis, macula nigra magna ovali in anteriore parte lineae lateralis rectae. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1227.

B. .. P. 3. V. 6. A. 55. C. 14. D. 66.

Habitat Surinami, hoſpitatur in Muſeo Pariſienſi, 4½ pollices longus, 2 latus.

Linnaeus corpus ovato oblongum, ſcabrum, caput absque ſpinis, colorem ſupra fuscescentem, nebulatum, ocellos 4 magnos abrospride alba, quadrifariam poſitos in latere ſuperiore verſus poſteriora, caudalem pinnam integram in baſi nigro faſciatam ait eſſe. Picturam piſcis in Muſeo Pariſienſi faciendam curaverat Blochius, ſed ſculptor oculos ſinitros invito amico fecit. Pectoralium pinnarum radios 3 tantum poſuit Linnaeus; in quo numero errorem calami vel typothetarum eſſe ſuſpicor, Multo enim plures habet pictura Blochiana. Forte 13 fuerat ſcriptum a Linnaeo. In Muſeo Blochiano duo exempla reperi Pleuronectae terocellati ab amico vocati, quae miſere a vermibus eroſa notas tamen ſpeciei manifeſtas gerebant. Corpus ovatum, forma abocellato Pariſienſi plane diverſum, ſupra dilute ſuſcum ocellos tres nigros, iride alba cinctos in trigonum poſitos in parte poſteriore gerebat, unum nempe ſupra alterum infra lineam lateralem ab initio arcuatam, tertium poſterius in ipſa linea laterali. Pinnas habet nigro maculatas, ſed formam macularum diſtinguere non licebat. Pinnarum omnium praeter pectorales, radii ſquamati, ventrales etiam in latere dextro oculato, in ſiniſtro nudi: pectoralium radios 12 ventralium 5, membranae br. 7 numeravi. Squamae ſunt mediocres, rotundae, ciliatae: dentes maxillarum ſubtiliſſimos, vix licuit conſpicere. Video ſoleam oculatam pluribus ocellis a Rondeletio p. 322. pictam, quam Maſſilienſes *Pégouſe* ait vocare. Huius ſquamae ſatis ſunt magnae, ocellus maximus omnium eſt in ipſa linea laterali verſus medium corpus. Hanc eandem obiter comemoravit Duhamel III. 259. male pictam

in Tab. 11. f. 4. Mihi foleae et rhombi oculati nondum ad liquidum perducti eſſe videntur. Schn.

12. Cynoglossus. Pl. corpore oblongo, glabro, dentibus obtuſis, cauda ſubrotunda, linea laterali obliqua. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1228.

P. 11. V. 6. A. 102. C. 24. D. 112.

Habitat in Oceano Belgium et Groenlandiam alluente: ad 20 poll. increſcit.

Ita cum Gronovio Linnaeus. Fabricii F. Gr. no. 118. piſcis dentibus acutis, caudalique pinna ſubintegra praecipue differt. Haec annotaveram antequam mihi in manus inciderat H. J. Retzii Diſs. ſiſtens Obſerv. Zoolog. faſciculum Lundae 1798, ubi vir doctiſſimus Cynogloſſum Linnaeanum ex mero civis ſui et hiſtoriae naturalis Antiſignani errore natum eſſe cenſet Scilicet Linnaeus Cynogloſſum ex Gronovii Muſeo I. no. 39. retulerat non viſum: Gronovins caracteres et Synonyma in Muſeo II. p. 11 et Zoophyl. p. 74 correxit, comparans tamen utrobique Artedii G. 14. n. 3. Synon. p. 31. no. 3. Linnaei F. S. 1. §. 302. qui eſt ipſe Linnaei Hippogloſſus, cum quo Linnaeus in Syſtemate comparavit Gronovii Muſeum 2 no. 158. ubi Artedii Gen. 14. no. 3. Syn. p. 31. n. 3. Faunae Suec. idem locus et Gronovii notitia in Act. Upſ. 1741 n. 37. itidem laudantur. Itaque dubium eſſe nulli poteſt, alter ubi Gronovii mentem aut calamum aberaſſe et Linnaeum ſecum in eundem abſtraxiſſe errorem.

Fabricii Cynogloſſum ab hoc, qui vere nullus eſt, et Hippogloſſo Linnaei diverſum

plane ſpecie ſtatuit recte Retzius. Hic igitur corpore eſt magis oblongo quam Hippogloſſus, totus glaber et utrinque ex fuſco cinereus infra tamen pallidior, dentibus rarioribus quam in Hipp. curvis, acutis; linea lateralis a cervice inde ad caudam oblique procedit nec ut in hippogl. arcuata. Schn.

13. GLACIALIS. Pl. corpore laevi, fusco, tractu oſſeo pone oculos prominulo, aſpero, pinnae dorſalis analisque radiis mediis ſpinis minimis hiſpidis. *Pall. Reiſe III. Job. n.* 48.

B. . . P. . . V. . . A. . . 39. C. . . D. 56.

Habitat in Oceani glacialis oris arenoſis longitudine dodrontalis.

14. AMERICANUS. Pl. corpore glabro, rictu anguſto, maxillis ſiniſtris tantum dentibus armatis, linea laterali ab initio parum arcuata, pinnis ſquamatis, ventralibus acuminatis, cauda lata, rotundata. *Tlounder Schoepf. in Schrift. der N. F. VIII.* 148.

B. 7. P. 9-11. A. 50-52. C. 19-20. D. 66.

Habitat ad Neujork, fere pedalis.

Unde Bl. formam pinnae caudalis et ventralis, ſquamasque pinnarum transtulerit, nescio; Schoepf. lineam lateralem rectam annotat. Schn.

*15. ERUMEI. Pl. rictu amplo, obliquo, maxilla inferiore longiore, dentium hamatorum magnorum ſerie gemina verſus anteriora maxillarum, minoribus acutis interſatis, oſſibus labioſis latis, pinna caudali ſola ſquamata, linea laterali fere recta, ſquamis mediocribus, ciliatis.

B. 6. P. 14. V. 6. A. 45. C. 16. D. 59.

Habitat ad Tranquebariam, *Erumei naku* Malaice vocatus.

16. Linguatula. Pl. corpore brevi, ſquamis ſubaſperis, dentibus acutis, ano ſiniſtro, in prona parte, caudali pinna ſubrotunda. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1233. *Willugh.* 101.

B. 6. P. 9. V. . . . A. 45. C. . . . D. 67.

Habitat in mari Europaeo.

An huc pertinet Pl. linguataloides Paulſoni in Skrivter af N. S. 3. 171. oculis dextris, D. 80. P. 11. V. 6. A. 63. C. 16. ano ſiniſtro, corpore oblongo aſpero, dentibus minutiſſimis ſubobtuſis? Schn.

*17. Chrysopterus. Pl. corpore glabro, rubente, fusco maculato, capite parvo, rictu anguſto, maxillis aequalibus, ſquamis parvis, deciduis, pinnis luteis, ventralibus brevibus, linea laterali ab initio parum arcuata.

B. 3. P. 11. V. 6. A. 43. C. 18. D. 63.

Habitat in mari Sinenſi.

Suſpicor eſſe piſcem, qui nunc praeter caput et paucas maculas, decolor in Muſeo ſub nomine Pl. chinenſis exſtat, mihi nonſatis perſpectus. Schn.

18. Zebra. Pl. corpore nigro-fasciato, pinna ani dorſique caudali connatis, linea laterali recta, media, cauda acuminata. *Bl. t.* 187. *Gmel.* 1226. *n.* 18.

B. 4. P. 4. V. 6. A. 48. C. 10. D. 81.

Habitat ad Tranquebariam.

In majore exemplo P. P. radios 6 numeravi, pinnas omnes, pectorali excepta, ſquamatas, et maxillas dextras tantum denticulatas vidi. In ſequenti varietate pectorales radios numerare non potui, ſed pauciores eſſe videbantur. Schn.

* *Var.* Fasciis nigris, lineisque albis alternantibus transverſis, pinna caudae albo maculata.

B. .. P. 8. V. 6. A. 72. C. 18. D. 95.

19. PLAGIUSA. Pl. corpore ſubcinereo, oblongo, ſcabribusculo, pinnis dorſi, ani et caudae ita connatis, ut diſtingui nequeant. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1227.

Habitat ad Carolinam.

C. Oculis ſiniſtris, corpore lato.

*20. RHOMBUS. Pl. corpore glabro, ovali, latiſſimo, punctato, ſquamis oblongis, mollibus, linea laterali ab initio arcuata. *Bl. t.* 43. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1235.

B. 6. P. 12. V. 6. A. 57. C. 16. D. 71.

Habitat in oceano Europaeo et mari mediterraneo, in Albim intrat verno tempore, Caro ſapida.

* *Var.* Lunula alba ad baſin pinnarum pectoralium, punctis pluribus albis ad marginem dorſi et ventris, maxilla inferiore in apice craſſa.

B. 7. P. 13. V. 6. A. 60. C. 18. D. 76.

Habitat cum antecedente.

*21. Maximus. Pl. corpore ſubrotundo, tuberculis oſſeis aculeatis, linea laterali ab initio arcuata, pinnae dorſalis radiis in baſi lamellatis, pinnis punctatis. *Bl. t.* 49. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1236.

Brunnich 35 latus oculatum papillis acutis undique aſperum, fuſcum atro nebuloſum, oculi inferioris palpebram ſuperiorem cirrho ſimplice inſtructam eſſe ait.

B. 7. P. 10. V. 6. A. 46. C. 15. D. 67.

Habitat in oceano Europaeo et Baltico, Caro alba ſapida.

Pro varietate interim huc referendus ex literis Lichtenſteinii Hamburgo 12 Aprili 1797 datis ad b. auctorem *Pl. criſtatus* his verbis deſcriptus:

Pl. criſtatus. Pl. oculis in latere ſiniſtro, laevis, radiis pinnae dorſalis primoribus multifidis. D. 80. P. 12. V. 6. A. 56. C. 28. Oblongus, tuberculis omnino nullis, ſquamis teneris mediocribus veſtitus, ſupra fuſcus, guttis lacteis juxta pinnam dorſalem, in margine dorſi 11 parvis, at in ventris margine 6 minoribus, ad baſin pinnae pectoralis macula magna ſemilunari lactea. Caput mediocre, oculi magni, pupilla nigra, iride aurea mandibula inferior longior: branchiarum apertura mediocris linea lateralis media, laevis, ad pectus arcuata, poſtice recta: pinnae cinereae, albo nigroque guttatae. Criſta narium radiis, pinnae dorſalis excurrentibus componitur.

Habitat in Oceano Europaeo, vix 4 libras ponderans, oeconomia et habitu Pl. maximo proxime accedens, nec tamen eius mera varietas,

multo minus alter ſexus et minime gentium eiusdem pullus junior. Carne molliore, ſapidiſſima, cute delicatiore, et in pinna caudali praecipue caduca. Schn.

22. LUNATUS. Pl. corporis ocellis dimidiatis ſparſis, coeruleis. *P. Argus Bl. t.* 18. *Pl. Argus n.* 25. *Linn. n.* 17. *Gmel.* 1259. *et Paſſer oculatus Plumier MS.* cuius deſcriptionem ſuffuratus edidit *Feuillée III.* 210.

P. 10. V. 8. A. 69. C. 17. D. 79.

Habitat ad Antillas, carne alba, ſapida, ſpinulis ſcatente.

Var. Mancus, radiis primis pinnarum ventralium in filum elongatis. *Brouſſ. Jehth faſc. I. Gmel.* 1238. *n.* 24.

Habitat in mari pacifico.

Linnaeus caudam lunatam, P. P. 12. V. 6. A. 79. C. 17. D. 85. annotaverat, et Catesbei tab. 27. comparaverat. Viderat igitur ipſe vel eius amicus Garder piſcem, cuius pinnarum radios Catesbeus numerare omiſerat, qui caudam rhombeam dixit et pinxit. Argum Blochius ex pictura Plumeriana transtulit, in qua radios numerare difficile et inutile erat, cum Gallus numero radiorum auctoritatem ad definiendas piſcium ſpecies nullam tribueret. Demum in editione hiſtoriae piſcium Gallica Blochius lunatum Linnaei compoſuit cum Argo, quod factum non improbo. Verum aſſentiri amico non auſim in eo, quod mancum Brouſſoneti cum eodem comparavit, ſatis negligenter deſcriptum. Hic mentum ſubtus tuberculatum, orbitam exſtantem anterius aculeatam, inferius

ſerratam, pinnam pectoris ſiniſtram falcatam, praelongam, radio tertio ſetaceo, dextram ovato oblongam, breuem, ventris ſiniſtram longam, dextram breuem, gerit, quas quidem notas item in lunato repertas qui non monſtraverit mihi, nullo modo eundem piſcem a Linnaeo et Catesbeo deſcribi mihi perſuadebit. Schn.

23. Punctatus. Pl. corpore ovali, nigro maculato, rubro punctato, aſpero, ſquamis parvis, pinna dorſali, anali et caudali ſquamatis, dorſalis et analis radiis lamellatis. *Bl. t.* 189. *Gmel.* 1235. *n.* 23. *Targuer Duhamel Pech. III.* 266. *t.* 5. *f.* 4. *Whiff. Pennant B. Z. III.* 238. *n.* 111. *Raji Syn.* 163. *f.* 2.

P. 11, V. 6. A. 68. C. 14. D. 89.

Habitat in maris Britannici et ſeptentrionalis fundo arenoſo, longus 7, latus 4 pollices.

Puncta rubra defuerunt in duobus exemplis idem de ſuis monuit Abilgard in Mulleri Zool. Danic. Fasc. III. no 36.

D. Oculis ſiniſtris, corpore oblongo.

*24. Passer. Pl. rictu obliquo, anguſto, maxilla inferiore longiore, una ſerie dentium conicorum obtuſorum, margine vel baſi pinnae dorſi, et ani aſpera, in adultis maxima parte lateris ſuperioris tuberculis muricatis aſpera, ſquamis parvis, linea laterali fere recta, Fleſo ſimillimus. *Bl. t.* 50. *Linn. n.* 15. *Gmel.* 1237.

B. 6. P. 11. V. 6. A. 44. C. 16. D. 59.

Habitat Oceanum Europaeum et mare Balthicum, pedalis, latus 5 poll.

Videtur eſſe piſcis Gallis *la Plie* dictus, quem Duhamel III. 265. tab. 5. f. 5. pictum ait eſſe corpore olivaceo, fuſco marmorato, pinnis ſuturate fuſcis, ſquamis parvis, laevibus, criſta inter oculos ad operculi ſinem avuleorum, linea laterali laevi, arcuata, baſi dorſalis, 60, et analis, 44, aculeata, caudali rotundata, 18, ventrali, 6, ſeptimo radio ſirmiore libero, oculis modo dextris modo ſiniſtris eſſe ait. Schn.

25. MACROLEPIDOTUS. Pl. ſquamis magnis, rictu obliquo, amplo, maxilla inferiore longiore, linea laterali ſubrecta, pinnis pectoralibus longis. *Bl. t.* 190. *St. Mauritii MS.*

P. 14. V. 6. A. 45. C. 17. D. 69.

Habitat mare Braſilienſe, hoſpitatur in Muſeo Ducali Brunovicenſi.

*26. SURINAMENSIS. Pl. rictu anguſto, ſubarcuato, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali ab initio parum arcuata, deinceps recta, per pinnam caudalem excurrente pinnis dorſali, caudali anali et ventralibus ſquamatis.

B. 4. P. 6. V. 3. A. 55. C. 19. D. 96.

Habitat ad Surinamum.

Plura exempla condita liquore, ſed ſatis parva et glabra, cum hoc titulo exſtant in Muſeo, quae mihi non ſatis perſpecta ſunt. Schn.

27. DENTATUS. Pl. corpore glabro, rictu amplo, parum arcuato dentibus ſubulatis, exſertis, pinna dorſi, caudae et ani ſquamoſis, linea laterali ab initio curvata. *Linn. n.* 15. *Gmel.* 1256.

B. 7. P. 17. V. 6. A. 68. C. 16. D. 86.

Habitat mare Americae ſeptentrionalis, *Plaiſe* dictus

Linnaeus autore D. Garden dentes acutos, exſertos, caudam rotundatam ſquamoſam, Br. 7. P. 12. 11. V. 66. C. 17. D. 86. edit. Schn.

28. Arnoglossus. Pl. corpore laevi, tenui, albo, pellucido, ſquamis parvis, deciduis. *Anogl. Rondel I. 324. forte Laterne-Fiſh. Cornubienſibus Raii Synop. 34. n. 4. Perpeire en Provence Duham. Pech. III. Sect. IX. 259. t. 2. f. 5,*

*29. Orientalis. Pl. ſoleae ſimillimus, corpore plumbeo, ſcabro, pinnis ventralibus parvis, acuminatis, dorſali, anali caudalique conjunctis, poſteriore fere tota ſquamata, rotundata.

Habitat ad Tranquebariam.

B. 4. P. 6. V. 4. a. c. d. 140,

Huius duo exempla ſiccata tractavi, ubi numerum membranae br. radiorum et pinnarum pectoralium ventraliumque numerare, nec dentes animadvertere licuit. Schn.

E. Pinnis pectoralibus nullis.

*30. Maculatus. Pl. corpore nigro-maculato, labio inferiore toto cirrhoſo, etiam maxillis in ſuperficie inferiore tantum dentalis, linea laterali recta; pinna caudae diſtincta, rotundata.

B. 6. P. o. V. 5, A. 37. C. 15. D. 53,

Habitat ad Tranquebariam.

*31. Nigricans. P. corpore ovali, nigrescente, oculis ſiniſtris, maxillis aequalibus, arcuatis, ſquamis minutiſſimis, ciliatis, pinna caudae cuſpidata, dorſali et anali poſtice altioribus, linea laterali recta, media.

B. 4. P. o. V. 5. A. 4. C. 16. D. 66.

Habitat . .

*32. Achirus. Pl. oculis dextris, corpore ovali, luteo, maculis rotundis, obſcurioribus in latere ſuperiore, labio inferiore toto cirrhoſo, maxillis in ſuperſicie inferiore tantum dentalis pinna caudali diſcreta, rotundata, linea laterali ſinuoſa.

B. 3. P. o. V. 5. A. 4. C. 18, D. 55.

Habitat in India orientali.

In unico Muſei exemplo oculos ſiniſtros, maxillas inferiores dentatas, ſuperiores cirrhatas tantum pinnarum baſin ſquamatam, lineam lateralem primum parumper ſurſum deinde deorſum curvam vidi. Membranae br. radios 6 difficulter explicani. Schn.

33. Bilineatus. Pl. oculis dextris, corpore oblongo, ſimillimo Pl. Arel, ſquamis parvis, ciliatis, linea laterali gemina, naribus inferioribus, tubuloſis, labiis ſuperioribus barbatis, maxillis inferioribus denticulatis, pinna ani, dorſi et caudali connatis, et in acumen attenuatis. *Bl. t.* 188. *Gmel.* 1235. *n.* 22.

B. 4. P. . . . V. . . . A. . . . C. . . . D. 174.

Habitat cum praecedente, pedalis, latus $2\frac{1}{2}$ poll.

34. Albus. Pl. corpore oblongo, laevi, albo-maculata, oculis dextris, maxillis utrisque latere, albo cirrhofis, *Gronov. Zooph.* 75. *n.* 255.

Habitat Amboinam.

In Mufeo n. 38. foleae forma et colore fimillimum abfentia pinnarum pectoralium analisque minutis albis denfis corporis differre ait: fquamas praeterea utrinque afperas memorat. Schn.

*35. Arel. Pl. priori fimillimus, differt labio fuperiore breviore, utroque imberbi, naribus inter oculos, capite et fquamis majoribus, operculis latioribus et longioribus.

B. 4. P. 8. V. 4. A. . C. . D. 105.

Habitat ad Tranquebariam, *Arel* Malaice vocatus.

Quatuor exempla, duo quidem ficcata, totidemque liquore vinofo condita diligenter infpexi. Pifcis eft foleae, bilineato et albo fimilis fed magis Plagufiae Brownii poftremae nominandae. Corpus nempe enfiforme caput corpore anguftius, caudam vero in acumen attenuatam pinnis dorfali analique coeuntibus cinctam gerit, os inferum magis etiam quam bilineatus, maxillas fuperioribus depreffis, edentulis, inferioribus altioribus magis arcuatis, dentibus acicularibus obfitis, narium foramine fuperiore inter oculos minores, quam in bilineato, inferiore ante oculum inferiorem. Squamae funt magnae, fere quantae macrolepidoti, fed ciliatae, et rhombeae: radii pinnarum glabri, non fquamati, non magis quam bilineati. Anus in finiftro latere ultra lineam ventris: operculum bran-

chiale totum ſquamis tectum ut in bilineato et fere plurimis congeneribus, apertura anguſta, breuis, ſupra ſenata, membranam totam abſcendens, cuius radios 6 manifeſtos numeravi. Operculum ſquamis cum cute denudatum partem poſteriorem ciliis praelongis auctam verſus inferiora gerit. Linea lateralis recta excurrit per medium corpus et caput, Nomen Tamulicum *Arel* genericum videtur eſſe: bilineata enim ſpecies Tamulice *Arel min* audit: eſt vero *min* Tamulis idem quod piſcis. Alium pleuronectem *Nái Arél* vocant.

36. Lineatus. Pl. corpore ſcabro, nigro faſciato, oculis ſiniſtris, pinna caudae diſtincta, rotundata. *Linn. n.* 11. *Gmel. n.* 12. 34. *Sloane Jamaic. t.* 246. *f.* 2. *Raii Syn.* 107.

P. 0. V. 4, 5. A. 45. C. 16. D. 53.

Habitat in America ſeptentrionali.

Gronovius Muſei I. no. 42. a Linnaeo comparatus corpus ovatum, laeve, microlepidotum, bruneum, lineis transverſis nigris, ſiniſtro in latere, albidum, caput in ſiniſtro latere ad maxillam ſuperiorem et inferiora opercula ad modum cirrhoſum, dextro in latere cirrhis deſtitutum, lineam lateralem rectam, dorſalis radios 60, ventralium 4, analis 48, caudalis 16, pinnas ſupra bruneas, maculis nigricantibus conſperſas, longitudinem 6 unciorum, latitudinem 3 linearum 6 annotavit. Habitare eum ait fluvios Surinamenſes. Brown item a Linnaeo comparatus piſcem fuſcum, ſubrotundum, glabrum, oculis dextris, ſquamis parvis, linea laterali recta dixit, omiſſis cirrhis. Sed idem lineas 7 nigras transverſas inter pinnam pectoralem

ralem et caudam, commemoravit. Quare piſcis uterque, Gronovianus et Brownianus a lineato Linnaeano diverſus eſſe mihi videtur. Schn.

57. Spinosus. Oculis ſiniſtris, anterioris ſpina valida porrecta, altera ſupra maxillam ſuperiorem, radiis pinnarum ſquamatis et apicibus cirrhoſis albis. *Pleur. pictus J. R. Forſteri MS. IV.* 4.

Corpus ovatum, glabrum, ſupra ex flavo virentique fuſcum, maculis irregularibus repandis crebris, ſparſis pallidioribus, caeruleo cinctis, majoribus medio fuſco punctatis, minoribus non totum reliquum corpus aſperſum punctis fuſcis: ſubtus laeteſcenti albidum, punctis ſubfuſcis pallidis. Squamae mediocres orbiculatae, cute communi tectae: totum caput et anteriora radiorum in pinnis ſquamoſa. Rictus parvus, arcuatus, maxillae terminales, labiatae, denticulis minutis aceroſis obſitae: labia utraque membrana revoluta: maxilla ſuperior intus fornicata membrana, extus ſpina brevi, obtuſa, valida ſupra maxillam: tuberculo oſſeo menti: nares ſolitariae, ante oculum anticum tubuloſae: oculi remoti, parvi, cute communi tecti, anterioris pone os ſupercilio oſſeo et ſpina obtuſa, brevi, valida porrecta, ſpatium inter oculos excavatum: irides argenteae, opercula triphylla, ſquamoſa lamina antica infra ad gulam membrana crenulata fimbriata: membranae br. radii 6. Pinnae omnes maculis albis aſperſae, radii dorſalis 98, apice cirrhoſi, albi, uti analis 78, ventralis 6, at pectoralium 12 ſecundus cum tertio quarto et quinto apicibus cirrhoſis longiſſimis: caudalis rotundatae radii 15 dichotomi.

Habitat mare pacificum alluens insulam Namokam.

Species dubiae, ad quam divisionem referendae sint.

a) PAPILLOSUS. Pl. oculis sinistris, linea laterali curva, corpore papilloso. *Linn. n.* 16. *Gmel.* 1238.

P. 12. V. 5. 6. A. 42. C. 16. D. 58.

Habitat in America.

b) JAPONICUS. Pl. habitu pleuronectae cynoglossi, sed oculis sinistris, corpore superius rubicundo. *Houttuyn Haarl.* XX. 317. *n.* 2.

P. 9. V. 5. A. . . C. 16. D. . .

Habitat in mari Japonico, semi pedalis.

c) KITT. Pl. corpore laevi, oculis dextris, maculis nigris, linea laterali ab initio curvata. *Rai Syn. Pisc.* 162. *t.* 1. *f.* 1.

Habitat in mari Britannico, *Kitt* Cornubiensibus dictus.

Hunc Pennantus B. Z. III. 230. no. 106. *Smear Dab* cum piscatoribus Londinensibus vocatum in tabula 41 fr. pinxit, sesqui pedalem, 11 pollices latum, dorsalis radios 79 numeravit, colorem supra dilate fuscum, ventris album, maculis obscuris varium, squamas parvas laeves annotavit. Schn.

d) PLAGUSIA. Brown Jam. 445. no. 1. Subcinerea, cauda attenuata impenni, oculis sinistris: membranae branchialis radiis 7 squamis parvis, linea laterali non conspicua. Est for-

tasse idem, quem Garden descripsit sub nomine Plagiusae; oculos tamenis dextros gerebat. Simillimus est Pl. Arel, sed squamas is magnas rhombeas habet. Schn.

e) Scapha. *J. R. Forsteri Ms. II.* 46. circa novam Zeelandiam reti captus, Limandae similis, oculis sinistris, ano dextro, dentibus acutis, corpore ovato, squamis subrotundis, ciliatis, in linea laterali curvata subcarinatis, supra fuscus, maculis obscurioribus fuscis sparsus, subtus albus, menti tuberculo gemino, dentibus flexilibus, acutissimis, naribus geminis, oculis vicinis, membrana metitante flavofusca, integra tectis: pupilla reniformi, iride flava, opercula triphylla, squamosa, membranae br. radiis 6.

P. 12. V. 6. A. 90. C. 16. D. 112.

Longitudo 12, latitudo 5 unciarum. Schn.

f) Quo referam nescio piscem exsiccum America septentrionali cum nomine Flounder transmissum, oculis sinistris, oblongis, ante quos nares, anteriores tubulosae, supra quas tuberculum osseum exstat: dentes satis crassi, breves, curvi, truncati, pinnis omnibus squamatis, dorsali et anali postice altioribus, linea laterali antice parcum curva. P. P. 12. V. 6. squamis mediocribus, rotundis, ciliatis. Schn.

GEN. 41. KURTUS.

Corpus compressum, latum, dorsum carinatum, elevatum.

*1. Indicus. K. corpore nudo, linea laterali recta, media, pinna dorsi et ani rotundata, caudali lunata.

B. 2. p. 13. V. 6—8. A. $\frac{2}{32}$. C. 18. D. 17.

Caput magnum, obtusum, rubescens maxillae arcuatae, inferior longior, dentes exilissimi, lingua libera, glabra, oculi magni, apertura branchialis amplissima, membrana branchiostega tenuis biradiata, anus pinnis ventralibus vicinus, maculae atrae ante pinnam dorsi brevem ani longa, omnia obtusa, latera argentea, dorsum luteum.

Habitat ad Tranquebariam.

*2. MACROLEPIDOTUS. K. squamis magnis, margine rubro punctatis, oculis subverticalibus, pinna ani falcata, anterius arcuata, linea lalaterali dorso vicina.

B. 2. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{12}$. C. 22. D. $\frac{7}{17}$.

Habitat cum antecedente, longus 6, latus $2\frac{3}{4}$ poll.

*3. PALPEBRATUS. K. valvula oblonga, mobili, inferne orbitae adnata, operculo biaculeato, linea laterali recta, dorso vicina verrucis 5 anterioris partis. *Sparus palpebratus Pallas. N. N. Beytr. II.* 55. *t.* 4. *f.* 1.

B. . . P. 16. V. 6. A. 16. C. 20. D. 22.

4. ARGENTEUS. *tab.* 41. K. corpore argenteo, squamis parvis, pinna dorsi elevata, arcuata, anali longitudinali. *Sparus argenteus, White Journal* 267. *t.* 53. *f.* 2. *t.* 53.

Habitat in nova Hollandia.

GEN. 42. TRICHOGASTER.

Radiis 2 setaceis longitudine corporis loco pinnarum ventralium.

*1. FASCIATUS. Tr. *tab.* 56. Fasciis bruneis

thoracis, ſquamis magnis, pinna dorſi et ani longitudinalibus, caudali rotundata.

B. 4. P. 13. V. 1. A. $\frac{21}{29}$. C. 17. D. $\frac{14}{22}$.

Corpus valde compreſſum, latum, oratum, ſquamatum, caput parvum, ſquamis parvis tectum, rictus anguſtus, unica ſeries dentium minimorum in maxillis aequalibus, nares simplices ante oculos magnos, apertura branchialis ampla, linea lateralis arcuata dorſo vicina ſquamae laeves rotundatae, anus capiti vicinus, pinnae pectorales cum caudali rotundatae, ultima baſi ſquamata.

Habitat ad Tranquebariam.

* 2. Trichopterus. Tr. ſquamis parvis, pinna dorſali brevi, caudali lunata, pinna ventrali triradiata. *Ubrus Trichopterus Bl. A.* 295. *f.* 2. *Pallas S. Z. VIII.* 45. *Sparus Trichopterus. Koelreuteri in N. C. Gmel.* 1286. *n.* 47. *Petrop.* 452. *t.* 10. *f.* 1.

B. 4. P. 10. V. 5. A. $\frac{11}{44}$. C. 16. D. $\frac{7}{14}$.

Habitat in mari Japonico et ad Tranquebariam, longus 4, latus $1\frac{3}{4}$ pollices.

GEN. 43. CENTRONOTUS.

Corpus gracile, pinna dorſi longitudinalis, tota aculeata.

* 1. Fasciatus. C. *tab.* 37. *f.* 1. corpore faſciis aurantiis et luteis vario, aculeo brevi loco pinnae ventralis, rictu obliquo.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{1}$. A. $\frac{2}{45}$. C. 18. D. $\frac{8}{84}$.

Corpus compreſſum, caput oblongum, faſcia nigra per oculos, maxillae aquales, unica

ſeries dentium acutorum in utraque maxilla, nares geminae, ſquamae minimae, aſperae, linea lateralis recta, media, anus medius pinna analis recta, longitudinalis, humilis cum dorſali caudali rotundata annexa.

Habitat ad Tranquebariam, sesquipedalis $1\frac{1}{2}$ poll. latus.

*2. Muraenoides. C. corpore enſiformi, nudo, fronte trigona, aculeo brevi loco pinnae ventralis, ore obliquo, dentium ſerie gemina, linea laterali obſoleta, caudali truncata. *Blennius Muraenoides Sujef in A. Petrop.* 1779. *P. II.* 195. *t.* 6. *f.* 1. *Gmel.* 1184. *n.* 17. *).

B. 3. P. . . V. $\frac{I}{I}$. A. . . C. . . D. . . 6 poll. et ultra longus.

3. Punctatus. C. capitis albis punctatis, ocellis 5 pinnae dorſi, linea laterali dorſo vicina, parvis ſquamis, ano pinnis ventralibus vicino, pinna ani longitudinali nigro-punctata. *Blennius punctatus Otho. Fabricii in F. G.* 153. *et Skrivt. of N. S. II. P. II.* 84. *t.* 10. *f.* 3.

B. 7. P. 17. V. 4. A. 38. c. 18. D. $\frac{50}{50}$.

4. Argenteus. C. corpore argenteo, capite acuminato, maxilla inferiore longiore, unica ſerie dentium acutorum, 5 anterioribus majoribus maxillae superioris, aculeo parvo loco pinnae ventralis, oculis magnis, ſquamis parvis. Syngnathus argenteus *Osbeck Reiſ.* 596.

B. 1. P. 14. V. $\frac{I}{I}$. A. 12. C. 24. D. 46.

---

*) Hunc a C. Gunello numero radiorum pinnarum pectoralium et ventralium diſcrepantem ſpecie non diverſum eſſe contendit O. Fabricius in *Skrivter, af N. S.* 2. 89. Schn.

5. Islandicus. C. corpore tereti, capite parvo, acuminato, radio cirrhi formi brevi loco pinnae ventralis linea laterali recta, media, ordinibus 3 dentium acutorum, dentibus primi ordinis incurvis et majoribus. *Blennius Mohrii Island.* 85. *t.* 4. *Blenn. lampetraeformis. Waelb.* 184. *n.* 15. *t.* 3. *f.* 6. *).

B. 6. P. 15. V. 1. A. 54. C. 16. D. $\frac{72}{72}$.

Habitat in Islandia, pedalis digiti minimi craſſitudine.

*6. Gunellus. C. capite minimo, ſquamis minimis, pinna ventrali longitudinali, aurantii coloris, fusco-punctata, dorſali decem circiter ocellis ornata. *Blennius. Gunellus Bl. t.* 71. *f.* 1. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1181.

B. 6. P. 10. O. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{2}{41}$ C. 18. D. $\frac{78}{78}$.

Habitat in mari septentrionali, Islandico et Balthico. Vide ad no. 2. annotationem.

7. Brosme. C. Chirris 2 lobatis ſupra caput, ſpinis 2 anterioribus pinnae dorſalis longitudinalis lobis auctis, maxilla inferiore longiore, ano capiti viciniore. *Broſme toupée Aſcanii Icon. t.* 19.

Habitat mare Norwegicum.

GEN. 44. BLENNIUS.

Pinnae ventrales didactylae, dorſalis mutica vel partim aculeata **).

*1. Fasciatus. Bl. corpore nudo, faſciis

---

*) Hunc a Blennio Lumpeno Faunae Groenl. 151. non diverſum eſſe docet O. Fabricius in *Skrivter af N. S.* 2. 87. 66.

**) In utroque radio 6 radii tenues inclusi ſunt.

fuſcis, pinnula ſimplici ſupra oculos, ventre prominente. *Bl. t.* 162. *f.* 1. *Gmel.* 1177. *n.* 14.

B. 6. P. 15. V. 2. A. $\frac{1}{19}$. C. 11. D. 29.

Corpus lubricum, dorſum fuſcum, venter albeſcens, caput truncatum, oculi verticales, nares geminae ante utrumque oculum, labia carnoſa, oſſa labialia inconſpicua, dentes ſetacei mobiles, linea lateralis recta, dorſo vicina anus capiti propinquior, pinna dorſi et ani longitudinales, caudalis rotundata.

Habitat in India.

*2. Ocellaris. Bl. corpore nudo, capite magno, rictu amplo, radio ſimplice ſupra oculos, ocello in pinna dorſalis in medio humilis. *Bl. t.* 167. *f.* 1. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1176.

B. 6. P. 12. V. 2. A. 17. C. 11. D. 25.

Habitat in mari mediterraneo.

*3. Gattorugine. Bl. corpore nudo, pinnulis 2 ſupra oculos, totidemque in nucha palmatis, pinna dorſi longitudinali, aequali. *Bl. t.* 167. *f.* 2. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1177.

B. 6. P. 14. V. 2. A. 21. C. 12. D. $\frac{16}{31}$.

Habitat cum antecedente, longus 5, latus $1\frac{1}{4}$ poll.

4. Cavernosus. *tab.* 37. *f.* 2. Bl. corpore nudo, punctato, oculis in margine frontis, vertice transverſim cavernoſo.

B. 6. p. 14. V. 2. A. 19. C. 10. D. 30.

Habitat — hoſpitatur in Muſeo Juliani Lugduni Batavorum.

5. Simus. Bl. corpore nudo, cirrho parvo ſupra oculos, ore inferiore, maxillis arcuatis, ano medio, tuberculo adipoſo in nucha, pinna secunda dorſali caudali annexa, linea laterali curva. *Sujeſ in N. A. Petrop. II.* 198. *t.* 6. *f.* 2. 4. *Gmel.* 1179. n. 16.

P. 15. V. 2. A. 17. C. 15. D. 27.

Praeter pinnam caudalem rotundatam alia adhuc ſpuria 4 — 5 radiata adeſſe dicitur.

6. Galerita. Bl. corpore, nudo, glabro, criſta capitis transverſa cutacea, triangulari, ad margines rubra. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1175. *Adonis Belon. Aquat.* 214. *).

7. Cornutus. Bl. radio ſimplici ſupra oculos dentibus 2 laniariis, recurvis in maxilla inferiore. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1176.

P. 15. V. 2. A. 23. C. 12. D. 33.

Habitat in India.

8. Acuminatus. Bl. capite acuminato, squamis minimis, pinna dorſali longitudinali, oculorum appendice exili. *Seba III.* 90. *t.* 30. *n.*. 1.

P. 12. V. 2. A. $\frac{2}{29}$. C. 13. D. 45.

Habitat — —

9. Tentacularis. Bl. corpore nebuloſo, maculato, radio ſimplice ſupra oculos, pinna dorſali integra, antice unioculata. *Brunnich P. M.* 26. *n.* 36. *Gmel.* 1179. *n.* 17.

---

*) Species Creſed Blenn. Pennanti a Gmelino allegata, non eſt galerita; nam non habet criſtam transverſam: neque quem Linnaeus ex Stroemis allegavit; cum pinnae ventrales 5—6 radiis gaudeant.

P. 14. V. 2. A. $\frac{1}{25}$. C. 11. D. 34.

Habitat in mari Mediterraneo, $2\frac{1}{2}$ pollices longus.

* 10. SUPERCILIOSUS. Bl. dentibus brevibus, acutis, squamis minimis, ossiculis 5 anterioribus pinnae dorsalis reliquis majoribus, linea laterali fere media, deorsum curva. *Bl. t.* 168. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1178.

B. 6. p. 14. V. 2. A. $\frac{1}{28}$. C. 12. D. $\frac{36}{44}$.

Frequentissimus ad Promontorium Bonaespei viviparus.

* 11. PHOLIS. Bl. corpore nudo, naribus tubulosis, fimbriatis, linea laterali antice curva, pinna dorsi media incisa, pectoralibus latis. *Bl. t.* 71. *f.* 2. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1180.

B. 7. p. 14. V. 2. A. 19. C. 10. D. $\frac{12}{28}$.

Habitat in oceano septentrionali, longus 6 — 7 pollices.

* 12. VIVIPARUS. Bl. corpore squamoso, vario, capite obtuso, maxilla superiore longiore, ano capiti propinquiore, pinna ambiente, aurantiaca ab ano fere usque ad caput extensa, versus caudam acuminata, sinuosa. *Bl. t.* 72. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1182.

B. 7. P. 20. V. 2. A... C... D. 148.

Habitat in mari Septentrionali, Majo ovaria et vesicula seminales incipiunt accrescere.

In exemplo eo, quod ipse dessecui, renes non liberos sed spinae dorsi affixos, urinariam vesicam parvam, et uterum simplicem foetibus plenum vidi. Foetus ipsi funiculum um-

bilicalem non ori ipſi ſed infra os corpori inſertum gerebant, quod item fieri vidi in foetibus reliquorum oviparorum piſcium, quamvis contrarium olim affirmaverit amicus meus. Branchiae utrinque quaternae: quintus arcus oſſe conſtat dentato, cui reſpondent oſſicula bina dentata palati. Schn.

13. Americanus. Bl. corpore terete, anguillae formi, gracili, uni colore, ſubobſcuro, pinna dorſi cum caudali, acuminata et cum anali concreta, dentibus validis, acutis, diſcretis, ordine duplice in apice maxillae inferioris, linea laterali inconſpicua. *Encheliopus Gronov. Zooph.* 77. *n.* 266.

B. 6. P. 16. V. 2. A... C... D...

Habitat in mari Americano, ſemipedalis, latitudo vix dimidiae unciae.

14. Salaria. Bl. capite valde declivi, vertice carinato, dente canino utrinque in maxillis, linea laterali ſupra dimidium corporis obſoleta. *Forskael* 22. *n.* 3.

B. 6. P. 14. V. 2. A. 26. C. 33. D. 36.

Habitat Archipelagum ad Alexandriam.

15. Raii. Bl. capite declivo, magno, rictu amplo, maxilla ſuperiore longiore, cirrho menti. *Barbus minor Raii* 164. *n.* 8. *t.* 2. *f.* 8.

B. 6. P. 13. V. 2. A. 38. c. 15. D. $\frac{56}{56}$.

Habitat in mari Norwegico.

16. Frater. Spina duplice ad oculos utrinque, pone criſta cutacea longitudinali.

A. 21. D. 30.

Caput et dorſum antice punctis nigris notata, dentes compreſſi, obtuſi, unico ordine, caninis 4 prominentibus, corpus ſupra faſciis obſoletiſſimis.

Habitat in Ibero amne prope Caeſar-Auguſtam, Fraile appellatus. Introductione in Oryctographiam Arragoniae 95. t. 6. f. 2.

17. SPADICEUS. Bl. corpore latiore, ſpadiceo, lituris et maculis dilutioribus vario, radiis pinnarum ſpadiceo ſaturato punctatis; capite ſubacuto, radiis 8 ultimis pinnae dorſi altioribus. *Seba III.* 93. *t.* 50. *f.* 8.

B. 6. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12. D. $\frac{47}{81}$.

Habitat — — 4 poll. longus.

18. CANESCENS. Bl. capite craſſiore trunco, radiis ultimis pinnae dorſi mollibus, caudali truncata. *Seba III.* 90. *n.* 2. *t.* 30. *f.* 2.

B. 6. P. 16. V. 2. A. 23. C. 14. D. $\frac{31}{37}$.

Var. radiis 5 pinnae dorſalis primis altioribus, pinna caudae rotundata. Ibid. f. 5.

B. 6. P. 14. V. 2. A. 28 — 30. C. 13. D. $\frac{37}{44}$.

19. EDENTULUS. Bl. Maxillis edentulis, radio ſimplice ſupra oculos, capite truncato, declivi, corpore alepidoto albido, faſciis maculisque lividis. *Blennius truncatus J. R. Forſteri MS. III.* 23.

Corpus ſubcompreſſum, oblongum, alepidotum, albidum, faſciis maculisque lividis, dorſo et poſtice, omnibusque pinnis purpureo-fuſco punctatis: Caput truncato-declive, alepidotum, ſupra lividum, radio cirrhoſo ſeu ſetiformi,

minimo utrinque in ſupercilio: rictus ſubinferus, amplus transverſus, roſtrum truncato-declive: maxillae labiatae, edentulae, ſuperiores longiores, inferiores mobiles, lateribus adangulos faucium: dentes nulli, lingua nulla: labia craſſiuscula, nares geminae, oculis vicinae, parvae: oculi ſuperi, vicini, protuberantes, globosi, cute communi tecti: iris flava, pupilla nigra: opercula toroſula, laevia, a mento ad initium lineae lateralis arcuatim punctata: membrana branchialis 5 vel 6 radiata, patens: dorſum ſubmonopterygium, linea lateralis, curva, primum ſupera dein pone apicem P. P. deſcendens, denique recta, media: anus anticus, cauda ſubcompreſſa. P. D. longitudinalis coalita caudaeque adnexa, in medio, ubi coalita, brevis, punctis purpureo-fuſcis aſperſa; prior radiis 1 ſimplicibus, altera 20 ſimplicibus. P. P. imae, rotundatae, ventrales jugulares, radiis 2 digitatis, muticis. P. A. longitudinalis, radiis 25 ſimplicibus, apicibus falcatis: C. rotundata radiis 15. Longitudo 5⅞, latitudo ¾ unciarum. Habitat in mari alluente Inſulam Huahaine, ſimillimus Coryphaena faſciolatae Pallasſii, praeter P. V. et C.

20. Fenestratus. Bl. radiis ſuperciliorum ſimplicibus, dorſo tripinni, pinnis omnibus feneſtratis. *Bl. F. J. R. Forſteri MS. II.* 59.

Corpus ſubcompreſſum, lanceolatum ſquamoſum, obſcure olivaceo-fuſcum: caput ſubconicum, obtuſum compreſſiusculum, laeve, pinnalis utrinque duabus, prima et poſtica in ſuperciliis poſita, rhombea, ſupra truncata integra, ſecunda et antica duplo minor, ante nares posita, cirrhi formis, apice fimbriato. La-

bia craſſiuscula retractilia, ſuperiore et inferiore membranis retro revolutis: maxillae et palatum denticulis minutis confertos: nares binae utrinque ſupra canthum anteriorem oculi: iris oculorum prominulorum fuſco-virens, pupilla caeruleo nigra, anulo aureo cincta operculum superius laeve, torosum, inferius laeve, deſinens ad nucham in membranam et radios duos flexiles: membranae br. radii 6 linea lateralis primum ſumma, ab initio aperturae br. parallela, dein deſcendens, circa finem pinnae 2dae dorſalis media recta: anus capiti vicinior, pinnae omnes olivaceo fuſcae, membrana opaca, feneſtrata amictae. D. prior triangularis radiis 4, macula rhombea feneſtrata $\frac{3}{4}$. D. ſecunda 10 radiis ſimplicibus, ultra membranam porrectis, maculis 3 feneſtratis ovalibus $\frac{4}{5}$ $\frac{7}{8}$ $\frac{10}{0}$. D. tertia declivis, radiis 13 ſimplicibus, maculis 2 oblongis $\frac{4}{5}$ $\frac{9}{10}$. P. 11 macula nivea opaca ad baſin 4 et 5, macula feneſtrata continuata 1—6 et alia rhombea diſcreta in apice $\frac{6}{7}$. V. 2. A. 24 maculis 12 feneſtratis ovalibus ad baſin $\frac{3}{4}$ ($\frac{5}{6}$ $\frac{6}{7}$) ($\frac{8}{9}$ $\frac{9}{10}$) ($\frac{11}{12}$ $\frac{12}{13}$) ($\frac{14}{15}$ $\frac{15}{16}$) $\frac{18}{19}$ ($\frac{20}{21}$ $\frac{21}{22}$). Caudalis truncata 12, maculis pluribus magnis, feneſtratis, ſubcontinuis. Longitudo $5\frac{1}{2}$ unciarum, latitudo $1\frac{1}{8}$. Habitat cum ſequentibus circa inſulam Novae Zelandiae inter ſaxa ad oſtia rivulorum aquae dulcis, locis aeſtu mari irrigatis.

21. TRIPENNIS. Bl. pinnulis utrinque duabus palmatis, dorſo ſubtripenni, linea laterali dorſo parallela, corpore lanceolato, ſquamoſo, capite depreſſo, obtuſo laevi. *Bl. tr. J. R. Forſteri Ms. II.* 41.

Labia craſſiuscula, ſuperius membrana revoluta, inferius membrana ſeparata, utrinque

ſemiorbiculata: maxillarum et palati denticuli conferti: nares geminae, oculi cute communi tecti, iris obſcure fuſca, pupilla nigrocaerulea, anulo aureo: membranae br. 6 radii, color obſcure fuſcus, maculis rubicundis ſparſis, abdomen pallide rubrum ad baſin pinnae pectoralis macula ſemiorbicularis, nigro caerulea, aureo anulata. P. D. prima radiis 3 D. ſecunda 16 tertia 15 omnibus ſimplicibus, P. rotundata, 16 faſciis ordinum circiter 4 punctorum fuſcorum, V. 2. A. 24, fuſcomaculata, apicibus radiorum purpureis. C. . rotundata, 12. Longitudo $4\frac{1}{4}$ unciarum, latitudo 1.

22. Capensis. Bl. Pinnula ſuperciliorum ſubpalmati pinna dorſi poſtica ſubramentacea, linea laterali curva, maxilla utraque membrana fornicata. *Bl. Cap. J. R. Forſteri MS. IV.* 80.

Corpus compreſſum, oblongo lanceolatum, lubricum, ſquamoſum, rubrum, faſcus ſubſenis nigricantibus, ſquamae minimae, obtusae, quadrangulae, cute communi tectae. Caput compreſſum, baſi dilatatum, ovatum, obtuſiuſculum, declive, alepidotum; rictus obliquus, mediocris: labia carnoſa maxilla ſuperior, brevior, dentes minuti ſimplices, acuti, unius ordinis: in apice maxillarum intra ordinem iſtum denticuli conferti minuti, uti palati, nares geminae, anticae valvula cirrhoſa tectae: roſtrum cum fronte plana; foſſula ante oculos, oculi ſuperi prominentes, laterales: iris exterior pallida, interior purpuraſcens, intimus anulus coccineus, pupilla nigra: pinnuli opercula triphylla, membranae br. radii 6. Linea lateralis primum parallela, e regione ani curva, oblique deſcendit, denique media recta. P. D. prior

occipitalis, elatior, fusca, radiis 3 simplicibus, secunda longitudinalis fusca, maculis purpureis, apice radiorum 41 filamento cirrhoso auctis P. 14, ochroleuca, punctis fuscis aspersa et macula baseos aurantia. V. 2, pallida. A. 29, pallida, purpurascente nebulosa, C. 17, aequalis, fusco pallidoque varia. Corpus spadiceum (bruneum) subtus ochroleucum (isabellinum.) Maculae 6 transversae seu fasciae aurantio-coccineae seu flammeae quarum prima ad nucham super operculo br. abruptae, reliquae longiores: pars spadicea punctis numerosis nigris conspersa. Longitudo $9\frac{2}{3}$ unciarum, latitudo 2. Habitat ad Promontorium bonae spei in portu falso prope rupes in medio portu et inprimis circa illam, quae vocatur *Romans klip*, unde incolis audit *Klipvisch.*

25. Tridactylus. Bl. corpore ensiformi, antice terete, postice ancipite, alepidoto, capite obtuso, subtruncato, crassiore alepidoto, pinnis ventralibus tridactylis, caudali subacuminata. *Bl. gobioides J. R. Forsteri MS. IV.* 3.

Corpus lubricum, plumbeo nigrescens, maculis ocellatis albis in linea laterali aliisque itidem albis sursum deorsumque pinnatis: rictus horizontalis, amplus, rostrum simum, depressum, maxillae depressae, edentulae, superior labiata, longior, dentes nulli: nares geminae, vicinae; porus singularis utrinque ante oculos: oculi superi, remoti, postici, protuberantes, palpebrati, ampli, iris plumbea: linea lateralis parallela dorso, anus anticus: P. D. longitudinalis radiis spinosis 54, vel 56. P. brachiatae, rotundatae, radiis 10 simplicibus. V. breviores pectoralibus, digitis 3 muticis connatis, interiore

riore digito craſſiore. A. longitudinalis, radiis 25 cirrhoſis, C. ſubacuminata radiis 9. Habitat inter ſaxa mari imminentia ſoloque madentia inſulae Tanna, animalculum agile, et ſumma velocitate diſcurrit per ſaxa litorea, et fluctibus ejectum ſaxa madentia eſcendit altius, innixum latis pinnis ventralibus digitatis et pectoralibus brachiatis, ita ut primo intuitu crederes totidem lacertulas inter ſaxa diſcurrere et in mari victitare. Sicca vitat, utpote lubricitate ad curſum egens. Victitat inſectis minutis. Vidit enim Forſterus larvulas grylli Achetae ab eo captas in chasmate rupis, quam mare alluebat. Oculi ipſi ſuperi, ne ab avibus hominibusque capi poſſit inopinatus. Maxima etiam cum difficultate quibusdam potiri potuit Forſterus, qui diu dubitaverat, an ad gobios potius referret piſciculum. De vitae genere horum piſciculorum ex ſcriptoribus veteribus narravit Aelianus h. a. 9. 36. ubi vide annotationes, et in Auctario addita Commentariis, ad Reliqua Friderici II. p. 165.

24. Quadridactylus. Bl. corpore ſubcylindrico, lanceolato, ſquamoſo obſcure fuſco, capite laevi, nudo, depreſſo, verticis linea alba, pinna dorſali analique ſubramentaceis. *Bl. litoreus J. R. Forſteri* MS. II. 42.

Os obliquum, maxillarum et palati denticuli minuti conferti, labia retractilia, inferius longius, oculi ori propinqui, diſtantes: operculorum toroſorum macula ocellata aurea et fuſca: ocellus tamen in omnibus non adeſt. membranae br. radii 6 linea lateralis media, recta. P. D. radiis ſpinoſis 25, communibus 4, ramentis radiorum apice rubris; P. rubicundo-

aurantiae, radiis 20, puncto albo ad basin. V. radii, 4 muticis. A. radiis 25 spinosis, communibus 3, ramentis apice rubris; C. rotundata, 18, Longitudo 6¼ unciarum.

Habitat cum Blennio 20 et 21 et cum sequente. Centronoto punctato item quadri dactylo affinis videtur esse.

25. VARIUS. Bl. corpore lanceolato, squamoso, maculis minutis fuscis adsperso, capite depresso, laevi, mutico, linea laterali abrupta, dorso tripinni. *Bl. varius J.R. Forsteri* MS. II. 43.

Os obliquum, descendens, labia retractilia crassiuscula, aequalia, maxillarum et palati denticuli minuti, conferti: nares geminae, oculi prominuli, cute communi tecti, iris flavescens, pupilla nigro caerulea, anulo aureo cincta: in operculis et pectore usque ad P. P. fasciae virgatae transversae circiter 6 vel 7, membranae br. radii 6 linea lateralis supera, pone initium P. D. tertiae abrupta P. D. 5. 24. 14. radiis simplicibus. Prima macula nigra postice in apice; secunda apicibus radiorum albis et ad basin maculis aliquot rotundis albis: P. P. 16 superioribus dichotomis, V. 2. A. 26, simplicibus, apicibus albis, C. rotundata, 14 radiis dichotomis. Longitudo 4¾ unciarum. Captus hamo ad litora saxosa insulae australis Novae Zeelandiae. Schn.

Species non determinandae.

a) Blennius pustulatus *Forsteri*, *Catal of animals* 20.

b) Blennius galeritae affinis? Crista nuchae transversa ciliata pinnulaque superciliorum mi-

nus evidens ac in Gattorugine no. 99. Idem minor. Pinnae dorſi cohaerent, attamen cum diſtinctione, radii prioris ſetacei 11, poſterioris 14. no. 100. *Catalogus MS. Muſei Petropolitani.*

c) Blennius criſta longitudinali verticis cutacea, ramento ſuperciliorum fiſſili. *Ibidem no.* 103.

d) Blennius mollis, plica craſſa cutis inter oculos poſterius. *Ibid. n.* 104. Schn.

GEN. 45. PERCIS.

Corpus ſquamis ſerratis tectum opercula ſerrata et aculeata.

Maculata. P. *tab.* 38. P. 15. V. 6. A. 18. C. 14. D. $\frac{5}{28}$.

Corpus oblongum, luteſcens, maculae rotundae fuſciae ſupra et infra lineam lateralem, caput depreſſum, truncus compreſſum, rictus amplus, unica ſeries dentalium in maxillis aequalibus, opercula anteriora ſerrata, poſteriora triſpinoſa, oculi verticales vicini, nares geminae, linea lateralis recta dorſo propinquior, pinnae acuminatae, caudalis tantum rotundata parte inferiore fuſca, ſuperiore lutea, dorſalis longitudine dorſi, radiis 5 anterioribus aculeatis, analis longitudinalis, anus ventralibus vicinus.

Habitat ad Tranquebariam.

GEN. 46. TRICHONOTUS.

Radii 2 anteriores pinnae dorſi elongati, filiformes.

Setiger. Tr. *tab.* 39. P. 6. V. 10. A. 31. C. 12. D. 46.

Corpus gracile, teres, ſquamoſum, luteum, caput depreſſum, acuminatum, maxilla inferior prominens, occiput transparens, dentes in unicam ſeriem diſpoſiti, parvi, acuminati, diſcreti, nares ſimplices, oculi verticales, approximati, opercula laevia oblonga, rotundata, apertura branchialis magna, gulam obtegunt utrinque ſquamae duae longae, linea lateralis recta, media, anus pinnis ventralibus vicinus, pinnae obtuſae, dorſalis et analis longitudinalis radii ſimplicis, indiviſi, caudalis lanceolatae radii ramoſi, ventrales multi radiatae, acuminatae, radiis interioribus gradatim longioribus.

Habitat in India orientali, longus 9 poll. 7 lineas latus.

O R D. I I. T H O R.

GEN. 47. MONOCEROS.

Cornu horizontale in fronte.

1. Biaculeatus. *tab.* 42. M. cauda utrinque ſcutis duobus elatis. *Abugarn, i. e. cornutus Arabice, Chaetodon unicornis. Forskael* 63. *n.* 88. *t.* 23. *Gmel.* 1268. *n.* 59.

B. 4. p. 17. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{2}{31}$. C. 16. D. $\frac{6}{35}$.

Corpus ovato-oblongum, compreſſum, ſcabrum, cinereo rictens, caput parvum, os terminale, oſſa labioli tecta, rictus anguſtus dentes conico-ſubulati, medii majores, unica ſerie, ante oculos cornu horizontale, conico-obtuſum, nares geminae ante oculos, opercula integra, apertura branchialis anguſta, anus pinnis ventralibus vicinus, linea lateralis dorſo vicina, pinna dorſalis et analis longitudinales, cauda-

lis hirundinacea, ſcutum caudale primum rotundum, alterum rhombeum: in utriusque medio carina compreſſa, rigida, pone rotundata nigra, margine hyalino, antice truncato-excisa.

Habitat ad littora Arabiae.

Herbivorus, longitudine ulnae, frequentiſſimus, ſemper gregarius, numero gregis 200—400 tam arcte denſato, ut haliacetus irruens, ſingulis unguibus piſcem corripiat.

Piſcem ad inſulam Otahaitae captum, ubi *Eoòma* audit, ita deſcripſit *J. R. Forſter* MS. III. 10. Undique viridi-fuſcus ſeu nigreſcens verſus abdomen et caudam luteſcens, nec ullis lineis pictus vel maculatus, niſi in pinnis dorſali atque anali, quarum membrana eſt picta ſtriis obliquis anaſtomoſantibus, luteis, et margo extimus caeruleſcens: ſcutis falcium caudalium caeruleis; regio caudae lutea: iris lutea aurea: oculi prominuli: linea lateralis ſuprema, dorſo parallela: nares ſub cornu ante oculos, labia carnoſa. Br. 4. P. D. $\frac{6}{35}$. P. $\frac{1}{17}$. V. $\frac{1}{4}$. A $\frac{2}{32}$. C. 16 falcata, in quibusdam radiis extimis longiſſimis. Dentes diſcreti, parvi, ſubobtuſi, planiusculi. Longitudo 14 unciarum, latitudo $5\frac{3}{4}$. Vide annotationem ad Acanthuros. Schn.

2. Raii. M. corpore nigro, dentibus minimis acutis, cute craſſa, ſcabra, dorſi et ani pinna caudalem fere attingentibus, pinna caudae truncata. *Monoceros minor Willughby* 216. *t.* o. 4.

Habitat . . . ſesqui pedalis, 9 poll. longus, latus . . .

GEN. 48. GRAMMISTES.

Corpus vittatum.

1. Japonicus. Gr. corpore albo, vittis 3 coeruleis ad oculos conjunctis, rictu amplo, dentibus 4 majoribus anterioribus, incurvis, operculis laevibus. *Bl. t.* 275. *Sparus trivittatus.*

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{11}{19}$.

Corpus oblongum, rictus horizontalis, oſſa labioſa lata, dentes pone caninos ut et in maxillis, parvi plurimi, opercula ſquamata, nares geminae, apertura branchialis ampla, ſquamae mediocres, laeves, linea lateralis dorſo vicina, anus fere medius, pinna dorſalis longa, analis brevis, caudalis lunata.

Habitat Japoniam.

2. Vittatus. Gr. vittis utrinque 5 albis et fuſcis, a capite inde alternantibus, operculis ſquamatis ſerratis, pinna caudae integra, dentibus plurimis, minutis. *Perca vittata Linn. n.* 19. *Gmel.* 1314.

B. 6. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 17. D. $\frac{12}{18}$.

Habitat in America, 8 poll. longus.

3. Striatus. Gr. capite obtuſo, rictu anguſto, radio ſecundo anali validiſſimo, pinna caudae lunata, anali ab ano remota, operculo anteriore ſerrato, foraminibus 6 in apice maxillae inferioris, binis in ſuperiore longiore, vittis 6 nigris et 5 albeſcentibus; ſquamis parvis aſperis. *Perca ſtriata, Linn. n.* 28. *Sebae III. t.* 27. *f.* 17. *Gmel.* 1319.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{13}{33}$.

Habitat in America Septentrionali.

Linnaeus A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{13}{25}$. poſuit: Sebanus piſcis an huc pertineat, dubium. Schn.

*4. Decimalis. Gr. corpore albo capite valde declivi, dorſo carinato, ſtriis 6 fuſco-rubentibus, vertice lineato, aculeis dorſalibus 10, caudae pinna lunata, ſquamis parvis, ſerratis.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{10}{32}$.

Habitat — —

5. Rhomboides. Gr. rhomboides, dorſo canaliculato, macula lutea nuchali, vittis aureis; aculeo magno pinnae ani, pinna caudae diviſa. *Perca manina rhomboida faſciata Catesby II. t.* 4. *Saltwater-Bream Sparus rhomboides Linn. n.* 17. *Gmel.* 1275.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 20. D. $\frac{12}{23}$.

Habitat in mari Americano, circa inſulam Bahamam.

Catesby os amplum dentibus minimis et acutis refertum, dorſum gibberum, corpus ſquamis alternatim ſubcinereis et flavis tectum, pinnas flaveſcentes cum oculo, caudamque bifuroam refert. Maculam flavam nuchae pictura oſtendit. Contra Linnaeus ex relatione Dr. Garden maculam nigram inter radices P. P. et D. refert, ventralem analem caudalemque fulvam, foſſulam dorſalem, caudalem integram, corpus luteo lineatum, dentes denique obtuſos refert. Idem cum Catesbeo Brownii Jamaicam p. 446. comparavit, ubi os anguſtum dentibus anterioribus latioribus compreſſis aequalibus acutis, in lateribus utrinque ordinibus 2 vel 3 dentium haemiſphaericorum munctum, dicitur: ſupra pinnas ventrales trapezioideas adſunt appendices, dorſalis radii priores 13 ſpinoſi.

Linnaeus igitur et Brownii piſcis pertinet ad Sparos, Catesbianus contra Grammiſtarum generi vindicari poterit. Schn.

*6. UNIMACULATUS. Gr. corpore lato, argenteo, capite parvo, vittis 8 aureis, operculis ſquamatis, macula rotunda nigra in medio laterum, pinna caudae lunata. *Perca unimaculata Bl. t.* 308. *Selumixira Pr. Mauritii MS. P. II.* 388.

P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 15. D. $\frac{12}{28}$.

Habitat in mari Braſilienſi, anadromus.

7. ACUMINATUS. Gr. corpore oblongo, albo, vittis fuſcis vario, capite obtuſo, parte anteriore pinnae dorſalis alta, acuminata, ventralibus nigris, caudali truncata, ſquamis ſubasperis, ſeriebus dentium minimorum pluribus, maxilla ſuperiore ſublongiore. *Chaetodon Scbae III.* 72. *n.* 33. *t.* 26. *f.* 33.

P. . . V. 6. A. 9. 10. C. . . D. $\frac{11}{49}$. 50.

Habitat — —

8. JUBA. Gr. corpore lato, capite magno, dorſo arcuato, ſtria nigra ſupra oculos, maculis 2 nigris in baſi pinnae caudae, ſtriis corporis 6 luteis et 6 albis, pinna caudae lunata. *Perca juba Bl.* 308. *Guatucuba juba Pr. Mauritii M. S. II.* 311. *Marcgrav* 147.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{12}$. C. 17. D. $\frac{12}{28}$.

Habitat inter ſcopulos maris Braſilienſis et in oſtiis fluminum. Caro in deliciis habetur.

*9. DIAGRAMMA. Gr. capite declivi, dorſo arcuato, operculis ſquamatis, anteriore ſerrato vittis 4 fuſcis, ſquamis parvis, pinna caudali,

lunata, fufco ftriata. *Anthias diagramma Bl. t.* 320. *Perca diagramma. Linn. n.* 27. *Gmel.* 1319. *Perca picta Thunberg in Nya Handl. XIV.* 193. *t.* 5. (At eandem infra fub no. 32. feparatim retulit Blochius.)

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 19. D. $\frac{9}{28}$.

Habitat in India orientali ad littora Coromandelae: caro bona.

Pifcis uterque Gronovianus Mufei I. no. 88. et II. no. 187. a Linnaeo et Blochio comparatus plane mihi diverfus effe videtur. Schn.

10. MELANURUS. Gr. vittis luteis, pinna caudali furcata, nigra, margine albo, pinna dorfali in medio finuofa. *Perca melanura Linn. n.* 24. *Gmel.* 1319. *Catesby* II. *t.* 7.

Habitat in America.

11. SECTATOR. Gr. corpore ovali fupra fufo, maculis flavis, infra lineis flavis et albis alternantibus pinna caudae bifurca, extrema rubefcente. *Perca fectatrix Linn. n.* 25. *Gmel.* 1319. *Catesby t.* 8.

Habitat cum praecedente, gubernaculis navibus adhaerens.

12. MAURITII. Gr. corpore lato, argenteo, vittis 6 aureis, fafcia oculari et thoracica nigra, operculis integris. *Sparus vittatus. Bl. t.* 263. *Acarapinima Pr. Mauritii.*

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 16. D. $\frac{9}{23}$.

Habitat inter fcopulos maris Brafilienfis, boni faporis.

*13. SERVUS. Gr. ftriis 3 plumbeis in curvis, pinna dorfi media humili, antice nigra

macula, operculo anteriore ſerrato, poſterioris aculeo magno, et lamina eminente ſerrata, pinna caudae lunata, ſtriata, ſquamis minimis, oſſe lacrimali infra ſerrato, *Holocentrus ſervus Bl. t.* 238. *f.* 1.

B. 4. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat Japoniam.

14. Lineatus. Gr. corpore oblongo, vittis 5 albis fuſcisque alternantibus, ſquamis ciliatis, pinna dorſi ramentacea, caudali integra. *Perca lineata. Linn. n.* 29. *Gmel.* 1319.

B. 6. p. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{17}{33}$.

Habitat — —

15. Cabrilla. Gr. lateribus capitis rubris, operculis ſerratis, dentibus ſupra primoribus, infra lateralibus majoribus acutis, vittis 4 ſanguineis laterum, pinna cauda lunata, dorſali inter radios inferne ſquamoſa. *Perca Cabrilla Linn. n.* 53. *Gmel.* 1322.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat in America.

Hunc ipſum piſcem maris mediterranei incolam piſcatores Itali *Canno* vocant: hermaphroditum eſſe demonſtrat *Carolini* de Generat. Piſc. p. 82. verſ. germ. Schn.

Var. differt. Muſ. A. Fr. II. 85. litturis flavis violaceisque variegata. (At hanc ipſe Linnaeus *marinam* dixit, et in ſyſtemate ſeorſim collocavit. Contra in M. A. F. veluti varietatem dubius poſuit Cabrillae piſcem faſciis transverſis facie pinnisque rubro variis, ramentis cutaceis ſpinarum dorſalium. Schn.)

*16. Quinquevittatus. Gr. corpore lutescente, pinnis ſanguineis, ſtriis 5 coeruleis, operculo anteriore triaculeato, pinna dorſali recta, caudali lunata. *Holocentrus quinque lineatus Bl. t.* 239.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat Japoniam. (Vide ad Holocentrum Bengalenſem annotationem.)

*17. Hepatus. Gr. argenteus, latus, dorſo arcuato, ſtriis 8 aureis, arcuatis, linea laterali arcuata, operculo anteriore ſerrato, pinnis luteis, caudali et anali baſi ſquamatis. *Hepatus argenteus, Plumier MS. Lutianus luteus. Bl. t.* 247.

P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 16. D. $\frac{8}{19}$.

Habitat in mari Antillas alluente.

*18. Chrysurus. Gr. corpore oblongo, vittis aureis 2, pinnis dorſi, anali et caudali aureis, ano capiti propinquiore, pinna dorſi et ani humili, caudali furcata. *Sparus chryſurus Bl. t.* 262. *Acarapitangiaba Pr. Mauritii MS. Marcgrav.* 155.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 19. D. $\frac{10}{37}$.

Habitat in mari Braſilienſi.

19. Ghanam. Gr. albida, vitta gemina alba utrinque, maxilla inferiore longiore, orbita inferne ſerrata operculis ſpinis multis dentatis. *Sciaena Ghanam Forskael* 50. *n.* 56. *Gmel.* 1302. *n.* 17.

Habitat in mari rubro.

*20. Furcatus. *tab.* 43. Gr. argenteus, corpore lato, dorſo arcuato, capite declivi,

operculis ſquamatis, anteriore ſerrato, rictu anguſto, prima ſerie dentium majorum, vittis 6 luteis ſuperioribus pone oculum furcatis, radio ſecundo pinnae analis lato, magno, pinna caudae lunata.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{12}{28}$.

Habitat in India orientali.

*21. Macrophthalmus. Gr. oculis magnis, rictu parvo, operculis ſquamatis, anteriore ſerrato, poſterioris aculeo unico, vittis 3 bruneis, retro oculos incipientibus, pinna caudae lunata.

B. 3. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 18. D. $\frac{10}{18}$.

Habitat Indiam orientalem.

22. Trivittata. Gr. capite acuminato, corpore argenteo, vittis 3 luteis, pinna caudae furcata. *Capeuna Braſilienſibus Marcgrav.* 155. *Pr. Mauritii. MS.*

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{13}$. C. 16. D. $\frac{13}{25}$.

Habitat inter ſcopulos maris Braſilienſis.

23. Annularis. Gr. vittis utrinque geminis in annulum confluentibus in dorſo, ſub his linea fuſca et linea flavida obſoleta, operculis ſquamoſis, ſerratis, faſciis 2 nigris frontis, et macula dorſi medii, maculis 2 nigris in prima, 3 in ſecunda pinna dorſali, dentibus ſubulatis, ſimplicibus, linea laterali curva. *Sciaena jurbua Forskael* 50. *n.* 57. *Gmel.* 1503. *n.* 18.

B. 6. P. 3. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{10}{20}$.

Habitat cum antecedente.

24. Orientalis. Gr. corpore compreſſo, rubeſcente, dorſo bipinnato, vittis 6 albis, ore

anguſto, maxilla inferiore ſublongiore, ſquamis minutiſſimis et ſerratis, ano in tertia parte poſteriore, linea laterali anterius curva, poſterius incurva, operculo poſteriore biaculeato, pinnis rotundatis. *Grammiſtes Sebae III.* 75. *t.* 27. *f.* 5. *Perca ſex lineata Thunberg in Nya Handl. XIV.* 142. *t.* 5.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{10}$. C. 18. D. $\frac{6}{6}$. 14.

Habitat in India orientali: carne ſapida.

25. Kasmira. Gr. flavicans, vittis coeruleis 4 latis, maxilla ſuperiore longiore, dentibus conicis, ſinu operculi anterioris recipiente dentem poſterioris, angulo dentato, pinna caudae lunata. *Sciaena kasmira Forskael* 46. *n.* 46. *Gmel.* 1299.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat ad maris rubi littora.

Var. differt. macula utrinque fuſca magna verſus caudam inter vittas medias.

*26. Quadrivittatus. Gr. operculo anteriore cum oſſe naſali ſerrato, poſteriore biaculeato, linea laterali in medio incurva et undulata, macula nigra longa pinnae, dorſalis, caudali integra. *Holocentrus quadrilineatus Bl. t.* 258. *f.* 2.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 16. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat in India orientali.

*27. Bivittatus. Gr. capite nudo, poris pertuſo, labiis craſſidentium conicorum unica ſerie, ano capiti propinquiore, pinna caudae rotundata. *Labrus brivittatus Bl. t.* 284. *f.* 1.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 12. D. $\frac{9}{21}$.

Habitat cum antecedente.

28. Purpureus. Gr. obſcure-viridis, capite nudo, iride purpurea, naribus ſupra oculos, vittis 3 purpureis, dentium conicorum validorum unica ſerie, anterioribus 2 utrinque majoribus, macula purpurea quadrata, operculorum integerrimorum, abdomine, gula et pinna anali caeruleis, linea laterali ramuloſa, ſpinis dorſalibus ramentaceis, ſquamis laxis, latis, rhombeis, ſtriatis. *Durrat el bahr. Arab. i. e. Pſittacus maris, Scarus purpureus Forskael* 27. *n.* 12. *Labrus purpureus Gmel.* 1284. *n.* 43.

B. 5. P. 15. V. 6. A. $\frac{2}{14}$. C. 12. D. $\frac{8}{22}$.

Habitat inter corallia Arabici maris ſapidus.

29. Variegatus. Gr. ruber, vittis parallelis 4 olivaceis, totidemque coeruleis, pinna dorſi ab initio caerulea, caudali rotundatae, parte ſuperiore caerulea inferiore flava. *Stripei-Wraſae Pennant B. Z.* 249. *n.* 119. *t.* 45. *Labrus variegatus Gmel.* 1294. *n.* 58.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. . . D. $\frac{17}{30}$.

Habitat prope inſulas Skerry.

30. Thunbergii. Gr. corpore obſcuro, vittis 3 longitudinalibus ſupra pinnam pectoralem albis, operculo anteriore ſerrato, poſteriore ſquamato dentibus parvis, maxilla inferiore paulo longiore linea laterali arcuata, pinna caudae bifida. *Perca trilineata Thunberg in Nya Handl.* 1793. 55. *t.* 1. *f.* *r.*

B. 7. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 18. D. $\frac{15}{32}$.

Habitat prope Japoniam.

31. Pictus. Gr. corporis albi vittis 3 nigris, operculis ſquamatis, anterioribus ſubſerratis, pinnis pectoralibus et ventralibus lan-

ceolatis, caudali cuneata, alba, medio et in lateribus nigro lineata, anali alba cum fascia obliqua nigra, linea laterali postice incurva. *Perca picta Thunberg in Nya Handl.* 1792. 143. *t.* 5. *f.* *r.*

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{31}$.

Habitat Japoniam.

32. Forsteri. Gr. corpore oblongo, hysgino, fasciis 2 croceis, longitudinalibus, prima ab operculis per medium corpus ad basin inferiorem caudae ducta, altera in summo dorso secundum P. D. decurrente, capite, basi P. P. et corpore antico asperso punctis nigris orbiculatis. *Perca taeniata J. R. Forsteri MS. III.* 14.

Caput compressum, declive, obtusum, squamosum, rictus parvus, obliquus, labia crassiuscula, dentes subulati, incurvi, remoti, parvi, inaequales, simplice serie: nares geminae, oculis proximae, foramine antico minore exserente filamentum breve, subulatum: oculi parvi, superi, antici, iride sanguinea: opercula triphylla, lamina antica serrato-ciliata, membranae br. radii 6, dorsum carinatum: linea lateralis suprema, parallela: anus posticus: squamae majusculae ovatae. P. D. longitudinalis, composita, fulva, radiis spinosis, 10 apice fuliginosis, muticis seu dichotomis 11 in medio fuliginosis. P. rhombeae inferae, spadiceae, $\frac{7}{14}$. V. quadratae, margine interno ventri adnatae, rubentes, $\frac{1}{6}$ A. $\frac{3}{9}$ C. integra, 20. Longitudo 8 unciarum capti circa insulam S. Christinae seu Waitaho. Schn.

Annot. Totum hoc genus confusuneum ex diversorum piscium et generum notitiis male compositum mihi videtur. Schn.

GEN. 49. SCORPAENA.

Corpus ſquamatum, caput aculeatum, trunco latius.

*1. Porcus. Sc. ſquamis parvis, capite tantum chirrhoſo, operculo anteriore triſpinoſo. *Bl. t.* 181. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1214.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 18. D. $\frac{12}{21}$.

Corpus compreſſum, caput declive, orbitae prominentes, cirrhi ad nares, oculos et orbitas, ſulcus inter oculos, denticuli multi in maxillis et faucibus, lingua glabra, rictus magnus, horizontalis, oculi magni prope verticem, bigeminae nares, apertura branchialis ampla, pinna dorſalis longitudinalis, poſtice humilior, pectorales latae, linea lateralis recta, dorſo vicina, anus pinnae caudali propinquior, ſquamae imbricatae, durae, dentatae, pinna caudae rotundata.

Habitat gregalis mare Mediterraneum et Oceanum Europaeum, pedalis, $4\frac{1}{2}$ poll. latus.

*2. Scrofa. Sc. ſquamis majoribus, mento et linea laterali cirrhoſis, cirrho ſupra oculum. *Bl. t.* 182. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1215. *Cottus maſſilienſis*, *Forskael* 24. *n.* 7. *Scorpion de mêr, ou Raſcaſſe*, *Duhamel III.* 87. *t.* 1. *f.* 2. *Raſcacio Parra* 34. *t.* 18. *f.* 2. *Perca cirrhoſa, Thunberg in Nya Handl.* 1793. 199. *t.* 7. *f. r.*

B. 6. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat in mari Atlantico, Mediterraneo, ſeptentrionali et orientali circa Japoniam, edulis.

*3. Gibbosa. *tab.* 44. Sc. capite valde hiſpido, carina oſſea aſpera longitudinali ad opercula anteriora, maxilla inferiore longiore, ſulco

ſulco transverſali ante oculos longitudinali inter oculos, aculeis plurimis, ad marginem orbitarum dorſo gibbo, linea laterali ſquamisque cirrhoſis.

B. 4. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12. D. $\frac{12}{21}$.

Habitat in America.

*4. Volitans. Sc. capite cirrhoſo, pinnis pectoralibus longitudine trunci, maxilla ſuperiore in medio inciſa, pinna dorſi elata, aculeis 3 ſupra et infra pinnae caudalis, ſquamis minutiſſimis. *Bl. t.* 184. *Gaſteroſteus volitans. Linn. n.* 9. *Gmel.* 1217. *n.* 4.

B. 7. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 12. D. $\frac{12}{24}$.

Habitat fluvios orae Coromandeliae, ubi *Tumli* audit, veneni ſuſpectus, et Amboinenſis; color admodum ſpecioſus et varius.

Var. pinnis pectoralibus majoribus dorſalis $\frac{13}{24}$, faſcia oculari nigra.

Ventriculus apendices 2 gerit. infra additas.

*5. Antennata. Sc. faſcia oculari nigra, gemina ſerie ſpinarum ad latus utriusque capitis, ſuperciliorum tentaculis nodoſis. *Bl. t.* 185. *Gmel.* 1219. *n.* 5.

B. 7. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 12. D. $\frac{12}{24}$.

Habitat cum antecedente.

*6. Carinata. Sc. capitis carinis oſſeis pluribus, cirrho medii menti, duobusque maxillae inferioris digito utrinque libero, longo, cirrhoſo ante pinnam pectoralem nigram, dorſali nigro maculata, ſquamis parvis aſperis dentatis, pinna caudali acuminata, ano fere medio.

B. 6. P. 10. V. 2. A. $\frac{3}{10}$. C. 22. D. $\frac{13}{20}$.

Habitat ad Tranquebariam, magnit. 4 poll.

7. PLUMERII. Sc. corpore cirrhoſo, punctato, pinnis ventralibus magnis. *La Scorpaene de mèr, Gautier Journ. II. 71. t. 3. Plumier MS.*

Habitat mare Antillas alluens.

*8. MALABARICA. Sc. capite ſquamato, operculis, orbitis, et vertice aculeatis, faſciis obſoletis, ſquamis ad baſin pinnae dorſi, ani et caudalis lunatae, ano fere medio. *Cottus auſtralis White journ. 286. t. 52. f. 1.*

B. 6. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12. D. $\frac{12}{25}$.

Habitat in America auſtrali et ad oram Coromandelicam.

*9. MONODACTYLA. Sc. capite ſub quadrato, valde aculeato, ſpina horizontali ad angulum oris, radio ſolitario pinnae pectoralis anterioris, orbitis dentatis ſquamis parvis, ſulco inter oculos, pinnis rotundatis, ano medio.

P. 11. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 18. D. $\frac{11}{19}$.

Species non definiendae.

Scorpion de mèr de la méditerranée, Duhamel Pêche II. Part. II. Sect. V. t. 2. f. 1. Scorpion de Haute mèr fig. 2. Chaboiſſeau où Crapaud de mer de Haute Normandie f. 4. Diable où Crapaud de mèr d'Amérique f. 5. Diable où Crapaud de mèr de Croiſic t. 2. f. 1.

GEN. 50. SYNANCEJA.

Corpus nudum, caput magnum, cavernoſum.

*1. HORRIDA. S. occipite in foſſae rotundae ſpeciem exciſo, corporis aculeis brevibus cute communi vaginatis. *Bl. t. 183. Scorpaena horrida Linn. n. 3. Gmel. 1217.*

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 12. D. $\frac{13}{20}$.

Corpus compreſſum, cirrhoſum, caput deforme tuberculis foveolisque confragoſum, rictus perpendicularis, amplus, maxilla inferior ſuperiorem pyxidatim claudit, dentes acuti, parvi, multi, lingua et palatum glabra, oculi minimi in tuberculis ſiti, ſub oculos eſt fovea rotundata, nares ſimplices ante oculos, oſſa labioſa bicuspidata, opercula oſſea rugoſa, apertura branchialis ampla, anus pinnae caudae propinquior, pinnae ventrales longitudinaliter coalitae et abdomini adnatae, ut in didactyla, radii pinnarum craſſi cute laxa obducti, pinnae pectorales latiſſimae, caudalis rotundata, linea lateralis deorſum curva.

Habitat mare indicum ad Bengalam et Japoniam.

2. URANOSCOPA. S. cute tenui, molli, laxa pinnas ventrales, dorſalem, analem involvente, ita ut radiorum fines ſoli appareant, linea laterali dorſo vicina, ano pone pinnas ventrales, longitudinaliter adnatas, anali et dorſali longitudinalibus, cirrhis corporis nullis, labiorum breviſſimis, dentibus breviſſimis.

B. 6. P. 12. V. 6. A. 20. C. 16. D. 31.

Habitat ad Tranquebariam.

*3. VERRUCOSA. *tab.* 45. S. corpore molli, verrucoſo, maxillis vix aſperis, pinna dorſi longitudinali, ani parva, ano pinnae caudali propinquiore, pinnis rotundatis linea laterali vix conſpicua.

B. 7. p. 17. V. 6. A. $\frac{3}{9}$. C. 14. D. $\frac{12}{19}$.

Habitat in India.

4. DIDACTYLA. S. pinnis pectoralibus geminis, anterioribus biradiatis, oculis in vertice

aproximatis, processui osseo gemino insidentibus, ramentis cutaceis capitis et radiorum pinnae dorsi, ventralibus pinnis alvo adnatis longitudinaliter, operculis branchiarum parvulis strictis. *Scorpaena didactyla Pallas S. Z. VII.* 26. *t.* 4. *Gmel.* 1219. *n.* 6.

B. 7. P. 2. 10. V. 6. A. 12. C. 12. D. $\frac{16}{24}$.

Habitat mare Indicum.

5. RUBICUNDA. S. Pinnis pectoralibus geminis, anterioribus biradiatis, spiraculo parvo utrinque supra pectorales pinnas et aperturam branchiarum, dorsi anterioris tuberculis utrinque 4 longitudinalibus. *Trigla rubicunda, Hornstedt in N. Schw. Abh. IX.* 45. *tab.* 3.

B. 7. P. 2. 10. V. 6. D. $\frac{16}{24}$. A. 15. C. 12.

Habitat Amboinam, longa 4 pollices, lata 2½ poll.

6. PAPILLOSUS. S. Fronte concava, capite magno, obtuso, squamoso, tribus aculeorum ordinibus, linea laterali papillosa. *Scorpaena cottoides J. R. Forsteri II.* 44.

Corpus orato-lanceolatum, compressum, squamosum, rubrum, maculis fuscis adspersum, pinnae omnes rubicundae, praesertim apicibus, et pluribus ordinibus macularum fuscarum fasciatae: ventralis tota miniatea, maculis fuscis nullis, dorsum et caput fusco-rubrum, abdomen miniatum. Caput subdepressum, aculeatum; tres ordines aculeorum, primus cingit frontem margine porcatam, secundus a medio oculo in superiorem extremitatem aperturae br. procedit, tertius ab ore infra oculos in medium circiter operculorum, quae habent utrinque spinam validam divergentem, acinaci for-

mem in margine poſtico ſupra P. P. rictus obliquus, labia craſſa-maxillae denticulis confertis obſitae: palatum et fauces oſſibus denticulatis inſtructa, lingua glabra, nares geminae, oculi ampli, ſuperi, prominuli, iris rubra, membrana nictitante integra, membranae br. radii 7. Linea lateralis ſupera papillis aſperſa: P. D. interrupta, radiis $\frac{12}{23}$. P. P. amplae 16, quorum 10 inferiores ſimplices apice carnoſo ſeu cirrhoſo: V. $\frac{1}{16}$ ſecundo carnoſo ſeu cirrhoſo. A. $\frac{3}{8}$. C. rotundata 16. Longitudo $12\frac{1}{2}$ unciarum, latitudo $4\frac{3}{4}$.

Habitat mare pacificum circa Novam Zeelandiam captus. Percam cercyrum dixerat Forſterus piſcem ibidem alio tempore captum, cujus notitia exſtat MS. II. 55. Schn.

Species non definiendae.

Scorpaena capite cavernoſo, cirrhis geminis in maxilla inferiore, pinnis ventralibus membrana parva pectoralibus annexis *Gronovii Mus. I.* 46. *n.* 103.

B. 7. P. 15. V... A. 6. C. 13. D. $\frac{12}{22}$.

Ipſe Gronovius in Zoophyl. p. 87. n. 290. ad Percas retulit et cum Scorpaena ſcrofa Linnaei comparavit. Schn.

GEN. 51. CYCLOPTERUS.

Corpus alepidotum, pinnae ventrales in orbiculum limboſum connatae.

Annot. Acetabulum hoc pectoris ſuctorium limacis pedem uſu et fabrica referre monuit Pallas; geminum vidimus in Lepadogaſtre: plurima in Platyſtaco cotylephoro.

* 1. LUMPUS. C. ordinibus tuberculorum oſſeorum longitudinalibus ſeptem, corpore craſſo,

angulato, hispido, dorſo gibbo, bipinnato. *Bl. t.* 90. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1473.

B. 6. p. 21. V. 6. A. 10. C. 12. D. 5 — 8. 10.

Corpus craſſum, tuberculis hiſpidum caput fere quadratum, declive, nares geminae rotundae, anteriores tubuloſae oculi ſubverticales, oſſae labialia nulla, labia craſſa, maxillae aequales, dentes parvi, acuti, conferti, oſſa 4 dentata in faucibus, 2 ſuperiora, totidem inferiora, lingua parva cartilaginea, apertura branchialis tantum lateralis, venter planus, dorſum carinatum, cartilagines loco oſſium, anus pinnae caudae vicinior, radii pinnarum a tuberculis oſſeis, hiſpidi, biſidi, pinna dorſalis prima radios ſubtiliſſimos 5 - 8, continet in tunica craſſa incluſos et tubercula majora inſident marginem, pinnae pectorales latae ſub gula incipiunt, membrana duplex ad limbum pinnarum ventralium adeſt.

Habitat in mari Baltico, Germanico et Britannico.

2. SPINOSUS. *tab.* 46. C. corpore craſſo, nigricante, tuberculis ſpinoſis hiſpido, dorſo dipterygio, apertura branchiali anguſta, lunari, alia orbiculari inter pinnam pectoralem et ventralem, tuberculis 2 oſſeis dentatis in palato, ano medio. *Nepi ſard luk Groenlandis*, *O. Fabricii F.* 154. *n.* 93.

B. 6. P. 23. V. 6. A. 10. C. 10. D. 6. 11.

Habitat in Sinubus auſtralibus Groenlandiae, ova fulva menſe Martio deponens, ab incolis non editur.

3. LINEATUS. C. corporis nudi, caſtanei lineis longitudinalibus lucidioribus, capite ob-

tuſo, declivi, iride coerulescente, rictu amplo, dentibus confertis, minimis, maxilla ſuperiore longiore. *Lepechin in N. C. P. XVIII.* 522. *t.* 5. *f.* 2. 3. *Gmel.* 1478. *n.* 8.

B. 1. P. 26. V... A. 28. C... D. 36.

Habitat ad oſtium maris albi.

4. Bimaculatus. C. capite depreſſo, pinnis pectoralibus ad partem ſuperiorem thoracis, dorſali remota, brevi, anali oppoſita, caudali recta, macula rotunda nigra juxta acetabulum utrinque. *Bimaculated Sucker Pennant B. Z. app.* 597. *t.* 22.

Habitat in Britannico mari.

5. Gelatinosus. C. corpore oblongo, compreſſo, gelatinoſo ſubdiaphano, capite craſſo, ſubquadrato, operculis cutaceis, cartilaginibus fultis, pinnis pectoralibus a gula incipientibus, pinna dorſi et ani longitudinalibus, ano pinnae ventrali vicino. *Pallas S. Z. VII. t.* 3. *Gmel.* 1476. *n.* 7.

B. 7. P. 30. V... A. 45. C. 6. D. 51.

Habitat in mari Kamtſchatkenſi.

6. Littoreus. C. corpore nudo, pinnis dorſali analique a cauda diſtinctis, capitis ſtriis flavis. *J. R. Forſter* MS. II. 27.

Caput depreſſum obtuſum, dentes minuti, oculi laterales prominuli, lineae incurvae rivoſae 3 flavae pone oculos deſcendunt in branchias. Corpus ſubconicum, glabrum, alepidotum, transparens, griſeum, maculis obſcure fuſcis, brevibus, longitudinalibus. Pinnae pectorales antice connatae ſupra ventrales aſcendunt radii 4 primi validi, laxi, reliqui ultra 24 mi-

nuti conferti. Ventrales membranaceae unitae in orbiculum ſine radiis, conſperſae papillis minutis: anus pone aequilibrium: caudalis rotundata.

B. 4. D. 4. P. 28. et ultra A. 6. C. 16.

Habitat circa inſulam Novae Zeelandiae inter ſaxa litoris, iisque pinnis ventralibus adhaeret, $2\frac{1}{2}$ uncias pedis Anglici longus.

GEN 52. AMPHIPRION.

Operculorum folia anteriora et poſteriora ſerrata.

1. EPHIPPIUM. Am. macula magna nigra in parte poſteriore corporis pinnis dorſi, ani, caudaeque ſquamatis, maxilla inferiore longiore. *Lutianus Ephippium Bl. t.* 250. *f.* 2.

B. 6. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 16. D. $\frac{10}{26}$.

Corpus compreſſum, ovale, dentes acuti, parvi, ſquamae ciliatae, durae, dorſum arcuatum, linea lateralis dorſo vicina, poſtice interrupta, pinna caudalis rotundata, anus fere medius, operculorum folia poſteriora profunde ſerrata, cum oſſe naſali.

Habitat ad Tranquebariam, longus 4 latus 2 pollices.

2. SOGO. Am. corpore rubro, ovali, oculis magnis, operculo anteriore uniſpinoſo, poſteriore biſpinoſo, pinna ani 4 ſpiroſa, cauda ſupra et infra quinque ſpinoſa, pinna caudae furcata. *Holocentrus Sogo Bl. t.* 232.

B. 8. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{4}{14}$. C. $\frac{10}{29}$. D. $\frac{11}{27}$.

Habitat in Japonia.

Var. differt. oculis remotioribus, unica tan-

tum ſpina operculorum, radio undecimo dorſali longiore.

Habitat ad inſulas Antillas.

Cum plures viri docti hunc piſcem notitiae noſtrae tradiderint, operae erit pretium, ſummam deſcriptionis variae excerptam hic comparare. Artedianae notitiae in Sebano theſauro propoſitae haec ſunt capita. Os mediocre, nares utrinque geminae; media operculi lamina gerit aculeum unicum prae reliquis robuſtum, poſtrema duos: denticuli vel tubercula ſcabra in maxillis, palato et faucibus. Corporis color argenteus, cui in adultioribus praeſertim aurei quiddam admiſtum est. In utroque latere 6 vel 7 lineae albedine lucidiore coruſcant per longitudinem corporis: ſquamae ampliſſimae duriſſimae, poſtica parte aculeis exiguis plurimis horridae. P P. albeſcentes radiis 14, ventrales 8, primo aculeato, P. D. poſtica parte fere ad baſin usque inciſa $\frac{11}{25}$, in ſulco recondenda, P. A. albeſcens, $\frac{4}{13}$ aculeo tertio praecraſſo, robuſtiſſimo, poſtica parte ſulcato, P. C. albeſcens, bifurca 19 conſtat, aculeis utrinque 4 vel 5 exſtantibus. Longitudo 6 unciarum, latitudo maxima unciae et 9 linearum. Hepar bilobum, ſiniſtro lobo majore; ventriculus mediocris, ad pylorum appendices aliquot craſſiusculae: veſica aerea maxima dorſo affixa: coſtae 9. Eundem piſcem cum notitia Artediana tunc MS. comparatum multo copoſius deſcripſit Gronovius Muſei 1. no. 93. unde transferam notas ab Artedio non poſitas. Caput inter oculos parum excavatum, ſuperne ad dorſi initium convexum atque inde in maxillas admodum declive, in lateribus valde aculeatum, margines enim lami-

narum caput ejusque latera tegentium in aculeos contiguos rigidos deſinunt, oculi magni, propria tunica contecti: membranae branchialis radii 6 ſquamae opercula et radices pinnarum dorſi et ani contegunt. P. D. ad apices 5 priorum radiorum macula picea ornata: linea lateralis dorſo parallela et proxima. Brown, quem Gronovius etiam comparavit, Jamaic. p. 447. n. 1. laminas operculorum et baſin ſquamarum ſerrata eſſe ait, membranae branchialis radios 8, dorſalis aculeos 11, analis 5, baſin caudalis ſquamis aliquot acutis fultam. Longitudinem raro 8 uncias ſuperare. Comparatis percam rubram Catesbei tab. 29. Galli Duhamel notitia T. III. Sect. V. p. 97. et pictura tab. 5. f. 2. cum prioribus ſatis congruit.

Hunc eundem piſcem circa inſulam Otahaitae captum accurate deſcripſit *J. R. Forſter* MS. II. 115. ſub nomine *percae Holocentri.* Corpus oblongum ex argenteo rubicandum punctis rubris per lineas in trunco diſpoſitis notatum, 6 vel 7 unciarum erat: oculi ampli, ſemitecti membrana anulari, pupilla nigra, iris rubra: orbitae argutae, ſerratae: frons plano depreſſa, ſcrobiculo inter frontem et roſtrum, ſerraturis acutis et ſulcis poſtice exarata: membranae branchialis radii 6 ſquamae, ſemiorbiculatae, amplae, ſerratae, tenaces P. D. $\frac{11}{13}$. P. 14. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{14}$. interdum ſpinae ſunt tectae in lateribus una alterave ſpina, C. 20. ſupra ſpinis imbricatis 5 infra 4. Haec ſingularia ſunt in notitia multo copioſiore Forſteri, qui 4 varietates hujus ſpeciei ita notavit.

a) Corpore latiuſculo, colore ex argenteo rubicundo, punctis rubris lineas facientibus, per omnem truncum exaratis, qualis accura-

tiſſime a Seba depictus et ab Artedio deſcriptus eſt. Vocatur ab incolis *Erou-òa.*

b) Corpore aeque lato, at pallide rubicundo, abdomine flaveſcente, incolis audit *Eòo-oo.*

c) Corpore anguſto, totus cocineus, pulchre rubet, *Eeheé-ee* vocatur.

d) corpore latiore, oculis amplis, roſtro vicinis ore ſimo, emarginato, maxillis utrisque dentibus extrorſum proſtantibus, praecipue in roſtri apice utrinque per faſciculos tuberculatis, nec ullis magnis aculeis in operculis conſpicuis, verum acute ſerratis operculis notabilis.

B. 6. D. 10. $\frac{1}{14}$. P. 14. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{3}{15}$. C. $\frac{5}{7}$. 5. 4. 21.

Vides inſignem varietatem, etiam in membranae branchialis radiis, quos Gronovius ſex in piſce ſuo vidit. Poſtrema varietas a Forſtero deſcripta ipſa illa est, quam Blochius in opere majore accuratius deſcripſit. Membranae branchialis abſconditae radios in ſiccato piſce numerare non potui. Schn.

3. Polymnus. Am. corpore bruneo, faſciis 3 albis, nigro-marginatis, operculo poſteriore in medio ſinuoſo, linea laterali interrupta. *Perca polymna Linn. n.* 12. *Gmel.* 1513. *Anthias polymnus Bl. t.* 316. *f.* 1.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 14. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat in India orientali ad Inſulas Moluccenſes et ad Coromandeliam.

Var. differt. 1) Margine nigro pinnarum, 2) [illegible]a dorſi in medio ſinuata, 5) corpore [illegible] operculi folio ſecundo rotundato, 5) [illegible] [illegible]ali recta, integra. *Ibid. f.* 3.

[illegible]tat cum antecedente.

4. BIFASCIATUS. Am. corpore bruneo, fasciis 2 albis, pinna caudali rotundato, lateribus albis, parte anteriore dorsalis elevata, arcuata. *Anthias bifasciatus. Bl. t.* 316. *f.* 2.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 14. D. $\frac{11}{24}$.

Habitat in Amboina.

5. TESTUDINEUS. Am. corpore crasso, capite osseo, dorso declivi, osse nasali dentato, operculo posteriore in medio sinuoso, ano capiti propinquiore, squamis magnis, pinna caudae rotundata, linea laterali postice incurva, vix visibili. *Anthias testudineus Bl. t.* 322.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{10}{18}$. C. 15. D. $\frac{18}{29}$.

Habitat in India orientali.

6. SCANSOR. Am. corpore supra obscure viridi infra pallide aureo, mucoso, spinis validis operculorum posteriorum, pinna dorsali et anali in fossula reponendis, caudali subrotunda, ore denticulato, poris frontis ordinatis, squamis scabris, margine albido: *Sennal Malabarice. Perca Scandens Daldorff in Transact. of L. S. III.* 62.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{10}{18}$. C. 17. D. $\frac{17}{25}$.

Habitat Tranquebariam, palmaris, mucore nigro obductus.

Cepit piscem Daldorff in rivulo defluente ex Borassi flabelli formis, stagnoricini fronde in lata corticis fissura, supra quam ascendere nitebatur piscis operculorum expansorum spinis infixis parietibus fissurae, caudamque sinistrorsum torquens: deinde spinulas analis pinnae parietibus affigebat, atque opercula contrahebat, simulque dorsalis pinnae spinis nitebatur.

Per plures horas ſubtecto in ſicca arena obambulabat. Operculi lobus poſterior et ſuperior ſpinis 23 inferior 15 cingitur.

Ad hanc ſpeciem pertinere puto notitiam piſcis, cujus exempla 5 transmiſerat Johnius, ipſis auctoris verbis huc transſcribendam. Tamulice *Lennel* vel *Pannei êri* audit, id eſt ſcanſor arborum, quoniam palmas ripae vicinas et aquas pluvias deſtillantes aſcendere ſolet nixus operculis ſerratis et pinnis acutis. Vivax per plures horas in ſicco degit et miris corporis flexibus promovetur, ceterum in limo lacuum degit, in cibis amatus. Color ſordide griſeus, dorſi nigricans, ventris albicans, pupilla nigra circulo aureo cingitur. Pinnae pectoralis radii 13. V. 6. A. 19. D. 26. C. 16. Suſpicor igitur piſcem ab hoc genere alienum propter opercula poſteriora tantum ſpinoſa alio fuiſſe a Blochio relatam. Schn.

7. Americanus. *tab.* 47. An. corpore cinereo maxilla inferiore longiore, dorſo ad finem pinnae dorſalis dilatato radio primo pinnarum ventralium lato, antice ſerrato, pinna caudae recta margine albo, ſpina longitudinali operculi poſterioris, ano fere medio.

P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 17. D. $\frac{12}{23}$.

Habitat in America; figura a Dr. Lathamio mecum communicata; *Girom* audit Americanis.

Exemplar, unde pictura noſtra expreſſa eſt, imitatur picturam Collectionis Daviſianae, rictum tamen cum dentibus non ſatis accurate reddit. Longitudo piſcis erat 22½ pollicum, latitudo 7 poll. Caput in pictura Lathami inaequale vel cavernoſum apparet. Equidem

tali picturae ſine ſcripta piſcis notitia non confida. Schn.

8. ARGENTEUS. Am. corpore argenteo, lineis 2 utrinque rubeſcentibus longitudinalibus ſupra lineam lateralem, operculorum foliis cum oſſe naſali ſerratis, pinna dorſi in media ſinuoſa, caudali furcata, pectoralibus oblongis. *Perca bilineata Seba III.* 77. *n.* 13. *t.* 27. *f.* 13.

P... V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C... D. $\frac{11}{21}\frac{11}{22}$.

Species dubiae.

9. MATEJUELO. *Parrae* 23. *tab.* 13. *f.* 2. *Mat. colorado.*

Caput parvum, oculi permagni, pupilla nigra, iris rubro alboque varia, angulus operculorum prominens in ſpinam deſinit, margine poſteriore et infero ſerrato; pinnae dorſalis in ſulco reponendae, radii priores 11 ſpinoſi, analis 3, cauda furcata, ſquamae robuſtae, firmiſſime cuti haerentes, quare in cibo minus aeſtimatur. Color roſeus in fundo aereo.

GEN. 53. AMPHACANTHUS.

Radius primus et ultimus pinnarum ventralium connatarum, ſpinoſus.

1. GUTTATUS. Am. corpore guttato, maxilla ſuperiore ſublongiore, aculeo recumbente ante pinnam dorſalem, pinna caudae diviſa. *Chaetodon guttatus. Bl. t.* 196. *Sparus ſpinus Linn. n.* 21. *Hepatus Gronov. Zooph.* 115. *n.* 352. *tab.* 8. *f.* 4. *Theutis javus Linn. n.* 2. *Gmel.* 1362. 1278. *Sparus javanenſis Osbeck* 357. *Scarus ſiganus. Forskael* 25. *n.* 9. *rivulatus Gmel.* 1280. *n.* 1. *Centrogaſter ſuſceſcens Houttuyn.* 333. *n.* 21. *Gmel.* 1337. *n.* 1.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 16. D. $\frac{13}{23}$.

Corpus valde compreſſum, pictum, os terminale, rictus anguſtus, oſſa labioſa lata, dentes ſetacei, nares trigeminae, rotundatae, ſquamae minimae integrae, imbricatae, caput alepidotum, apertura branchialis ampla, radii membranae branchialis tenues, pinnarum aculei lobati, pinnae ventrales parum poſteriores pectoralibus, baſi conjunctae, et membrana tenui longitudinaliter abdomini affixae, anus capiti propinquior, linea lateralis dorſo vicina, poſtice incurva.

Habitat ad Japoniae, Tranquebariae et Arabiae littora inter corallia; victitat herbis.

Var. Oramin. *tab.* 43. differt. corpore ſtrictiore, ſupra lineam lateralem guttato, infra lineato, colore rubro, pinna caudali faſciata, Malais Oramin dictus.

Habitat ad Tranquebariam Semipedalis.

In ſicco exemplo, ex quo piſcis a Blochio pictus exſtat, orbitam anterius ſupra ſerratam, verticem planum inter oculos porcis ſeu coſtis pluribus concurrentibus poſtice carinatum, branchiam quintam ſpuriam operculo adnatam, denique membranae branchialis radios 5 vidi.

Linnaeus *Sparum Spinum* in Muſeo A. Fr. oculis magnis, orbita ſupra retrorſum ſinuata, corporis lituris caeruleis repandis, varie coadunatis deſcribit, membranae br. radios 5 numerat, ventralis radium et primum et poſtremum ſpinoſum.

Sparus Javanenſis Osbeckii 357 quem comparavit Linnaeus, ex ſiccato exemplo deſcriptus eſt; maxillae a neutro commmemorantur. *Theutis Javus* Linnaei ex Gronovii Zoophyl.

no. 352. traductus eſt, cujus notitia et pictura plane congruit Dentes is acutiſſimos aequales in utraque maxilla commemorat.

Forſkolii Scarus Siganus maxillas continuas complanatas, margine ſerrato-denticulatas denticulis-aproximatis, filiformibus, a medio paulatim deſcreſcentibus, habet: ſpinae dorſales extremae ramentis exilibus auctae ſunt. Corpus caeruleſcens, maculis nigris, rivulis flavus longitudinalibus. B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{5}$ vel $\frac{1}{4}$. A. $\frac{7}{10}$. C. 17. D. $\frac{15}{23}$. Videtur igitur Siganus male a Blochio comparatus eſſe cum guttato, quem contra Forſkolii ſtellatus plane refert.

Dum geminum exemplum ſiccatum iterum accuratius inſpicio, non ſolum orbitae partem ſuperiorem anteriorem exſtantiorem ſerratamque video, ſed etiam ſpinas dorſales analesque alternas latiores; quod in latere oppoſito contra eſt, quoniam alterum latus ſpinae unius cujusque latius et ſupra ſinuatum ſeu emarginatum, alterum anguſtius rectumque eſt. Maxillas video oſſeas continuas; interius dentibus conicis rectis ſupra, ſinuatis infra crenatas. Quare recte Forſkolius hoc genus a Scaris ſeparandum vidit.

In gemino exemplo liquore vinoſo condito praeter notas ſupra poſitas video branchiam quintam ſpuriam operculo intus adnexam, ſed liberam, rictum parvum, velum membranaceum in utraque maxilla, maculasque ſeu guttas corporis albas.

De poſtrema utraque ſpecie dubitationem notitiae relinquunt, an vere ad hoc genus pertineant.

Pictura varietatis *Orâmîn*, ex Tranquebaria transmiſſa, corpore obſcuro fuſco, ſupra albo guttatum,

guttatum, infra lineatum, piſcem, pinnis omnibus flavidis ſiſtit. Notitia ſimul perſcripta magnitudinem 9 pollicum indicat piſcis etiam in fluviorum oſtiis capti et edulis. Aculeorum vulnera dolorem vehementem imprimunt. Schn.

2. Stellatus. Am. corpore ovali, nigricante, annulis coeruleo-pallidis, ſubhexagonis, undique contiguis, maxillis aequalibus linea laterali non conſpicua, operculis ſquamatis, caudae lobis 2 obtuſis, pinnis flavis, verticis carinis duabus intorſum convergentibus. *Scarus ſtellatus Forscael* 26. *n.* 10. *Gmel.* 1280. *n.* 2.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1-1}{5}$. A. $\frac{7}{17}$. C. 17. D. $\frac{13}{24}$.

Habitat inter corallia maris rubri, longus $\frac{1}{4}$ ulnae.

3. Canaliculatus. Am. ſpinis omnibus pinnarum canaliculatis, ano capiti propinquiore, ſquamis minutis obovatis, corpore ſupra flavo vireſcente, infra albicante, guttis levioribus adſperſo pinnis vireſcentibus, cauda bifida. *Chaetodon canaliculatus*, *Parck in Transactions of the Linn. Soc. III.* 35.

B. 4. P. 18. V. $\frac{1-2}{5}$. A. $\frac{7}{8}$. C. 18. D. $\frac{13}{23}$.

Habitat ad Sumatrae littora, carne ſapida. Aculeum geminum ventralem video annotatum a Parkio, ſed an utrinque unus ſit poſitus, minime diſtinguitur. Schn.

4. Argentatus. Am. argenteus, nuchae gutta magna fuſca, pinnae dorſalis macula nigricante, caudali bifurca. *Centrogaſter Houttuyn* 334. *n.* 22. *Gmel.* 1337. *n.* 2.

B... V. $\frac{1-1}{5}$. A. $\frac{2}{14}$. C... D...

Habitat ad Japoniam, 3 — 4 pollicaris.

5. ADSCENSIONIS. Am. corpore oblongo, ſuperius rubeſcente, inferius albicante, operculo utroque ſerrato, dentibus operculorum 2 majoribus radio ſecundo dorſalis pinnae majore, poſtice canaliculato, ſquamis oblongis, anterius denticulatis, pinna cauda forcipata. *Perca Adſcenſionis*, *Osbeck* 588. *Gmel.* 1518. *n.* 51.

B. 8. P. 16. V. 8. A. 14. C. 26. D. $\frac{11}{20}$.

Habitat ad inſulam Adſcenſionis.

6. PUNCTATUS. Am. corpore ovato, purpureo fuſco, gilvo punctato, cauda carinata, pinna biſida, ſpinis dorſalibus 15. *Harpurus inermis J. R. Forſteri MS. IV.* 3.

Corpus ovatum, compreſſum, purpureo-fuſcum, punctis gilvis numeroſiſſimis ſparſum: pinna dorſalis unica, longitudinalis, purpureo-ſuſca, maculis nivoſis, gilvis, pectorales fuſcae, analis et caudalis fuſcae, gilvo punctatae: ſquamae parvae, oblongae, conſertae, imbricatae, cute tectae: caput obtuſum, declive, mediocre: maxillae aequales, labiatae, dentatae: labia membranacea, lata: dentes ſubulati, incurvi, aequales, unius ordinis: lingua et palatum glabra: nares geminae, marginales, remotae, priores orbiculatae, minores: oculi mediocres, ſupremi, iride argentea maculis circiter 8 gilvis: opercula triphylla, alepidota, punctis gilvis aſperſa: lamina anterior trigona, ima ſubarcuata, parva; poſterior lunata: membranae branchialis radii 4; apertura br. ampla, lateralis: dorſum arcuatum, ſulcatum, abdomen planiuſculum: linea lateralis ſupera, valde obſoleta, anus ſubanticus; cauda carinata.

B. 4. P. 17. V. $\frac{1-1}{5}$. adnatae abdomini, A. $\frac{7}{16}$. C. biſidae 16. D. $\frac{13}{23}$. — Habitat oceanum pacificum.

GEN. 54. ACANTHURUS.

Aculeus reverſus ad latera caudae.

1. Hepatus. Am. corpore ovali, ſquamis minutiſſimis, dorſo hepatico, lateribus coerulescentibus. *Teuthis Hepatus Linn. n.* 1. *Gmel.* 1362. *Hepatus Gronov. Zooph.* 355. *Chaetodon coeruleſcens. Seba III.* 104. *t.* 33. *fr.* 5.

B. 5. p. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 18. D. $\frac{9}{28}$.

Corpus valde compreſſum, caput declive, oculi ſupremi, oſſa labiaſa tenuia, membranae branchialis diſtenta radiis tenuibus quinque, os terminale, rictus parvus, dentes aequales, lobati, in unica ſerie, pinnae ventrales parum remotiores pectoralibus, anus capiti vicinior, aculeus caudalis erigendus et in foſſula reponendus, linea lateralis dorſo vicina, poſtice curvata, pinna caudae lunata.

Habitat in America ad inſulas Bahama et ad Japoniam.

*2. Nigricans. Ac. corpore lato, nigricante, pinna dorſi et anali baſi ſquamatis, caudali hirundinacea. *Chaetodon nigricans Bl. t.* 203. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1245 *et nigro-fuſcus* 1268. *n.* 61. *Forskael* 64. *n.* 90.

B. 4. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{27}$. C. 16. D. $\frac{9}{34}$.

Habitat in mari rubro, Americano, Indico et Braſilienſi, 5 pollicaris.

Var. colore nigro, pinna caudae baſi violaceo. *Gahhm* Arabice.

B. 4. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{26}$. C. 16. D. $\frac{8}{35}$.

Habitat gregalis in Arabici maris profundo

Haſſelquiſti notitiam ab hac ſpecie alienam petinere ad *A. lituratum*, deinde deſcribendum,

monuit *J. R. Forſter.* Is repertum in mari Atlantico et oceano pacifico circa inſulam Otahaitee, ubi *Maito* audit, in MS. III. 8. ſic deſcripſit.

Harpurus cauda ſubfalcata, ſpinis dorſalibus 8, caudalique utrinque recumbente, mobili, macula ſuboculari rhombea alba.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 18. D. $\frac{11}{24}$.

Habitat in America Septentrionali.

VAR. POKI vel PORGEE (quod poſterius nomen Carolinenſes Sparochryſopi tribuunt) differt dentibus debilioribus et defectu faſciarum. *l. c.* 154.

44. BRUNEUS. S. corpore ſordide bruneo. faſciis 4—6 ſubnigris, dentium gemina

ſerie latiusculorum inciſorum 2 anterioribus latioribus, linea laterali recta ad caudam inflexa. *Schoepf in Schrift N. Fr. VIII.* 154.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15. D. $\frac{17}{27}$.

Habitat in America Septentrionali.

45. Spinifer. S. ſpinis dorſalibus recumbentibus, mediis 5 filiformibus, longioribus, inciſoriis 4 in utraque maxilla, molaribus confertis, interſtitiis radiorum pinnae analis ſquamatis. *Forskael* 32. *n.* 23. *Gmel.* 1273. *n.* 3.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 16. D. $\frac{5}{13}$.

Habitat in mari rubro.

46. Orphus. S. ocello ſubcaudali, capite rufeſcente, cauda integra. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1272. *Rondel. I.* 157.

Habitat mare Mediterraneum.

47. Capistratus. S. corpore oblongo, albo-reticulato, dentibus primoribus 2 in ſuperiore, 4 in inferiore, maxilla magnis, ſtria alba transverſa ſquamarum ad angulum rectum inflexa. *Linn. n.* 25. *Gmel.* 1279. *n.* 25.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 14. D. $\frac{9}{20}$.

Habitat in America.

48. Miniatus. S. corpore ovato, flaveſcente, gilvo reticulato, dentibus inciſoribus 4 conicis, acutis, incurvis, molaribus latioribus brevioribus, obtuſiuſculis pinna dorſali et anali poſtice cute laxa carnoſa ſeparatis. *Sp. m. J. R. Forſteri MS. IV.* 7.

Corpus ovatum, compreſſum, flaveſcens, gilvo quaſi reticulatum, dorſo ſubfuſco, abdomine pallidiore. Squamae confertae, magnae, rhombeae, ſeſſiles, cartilagineae, flaveſcentes, mar-

gine gilvo. Caput triangulare, corpore anguſtius, roſtratum, nudum, glabrum, ſupra e fuſco virens, ſubtus flavum. Rictus inferus, mediocris, tranverſus: roſtrum longum, acutum: maxilla ſuperior longior, labia magna, craſſa, carnoſa, duplicata, miniata. Dentes in maxillis inciſores 4, utrinque exteriores majores, conici, acuti, incurvi: molares confertiores, latiores, breviores, recti, obtuſiuſculi intermedii majores, pone inciſores tenticuli minuti conferti, aceroſi: lingua brevis, rubra; carnoſa: palati velum breve: nares anteriores tubuloſae, poſteriores in ſulco poſitae, oblongae: oculi ampli, iride aurea: opercula triphylla, lamina prior alepidota, poſtica ſquamoſa: membranae br. radii 6; nucha ſquamis raris majoribus tecta, dorſum carinatum, foſſula exaratum: linea lateralis elevata, e maculis trigonis fuſcis: anus medius: cauda compreſſa, ſubemarginata. Pinna enim dorſalis cum anali poſtice cute laxa carnoſa a dorſo et abdomine ſeparantur: dorſalis flaveſcens apice miniato, parte mutica rubicunda, $\frac{10}{20}$ pectorales 12 radiatae, ſubtrigonae, rubicundae, ſupra infraque ad baſin macula ſanguinea, ventralis $\frac{1}{6}$ rubicundae, baſi macula ſanguinea, cum appendice ſupra baſin: analis $\frac{3}{29}$ rubicunda, in foſſula condenda, caudalis ſubbiſidae 17, rubra, baſi obſcura.

Habitat mare pacificum, ſapida carne.

49. FORSTERI. S. ruber, cauda integra, immaculata, corporis lineis utrinque 20, faſcia lumbari lineaque abdominis nigra, inciſoribus utrinque 4 validis incurvis. *Sp. ſtriatus J. R. Forſterii MS. II.* 106.

Corpus ovato-oblongum glabrum, ſtriis circiter 20 ſupra caeruleis infra caeruleſcenti-

bus corporis rubri. Ab extrema pinna dorſali ad initium caudalis faſcia magna, obliqua, repanda, nigra et linea a pinnis ventralibus ad dimidium analis item nigra.

Caput acutiuſculum, ſquamoſum, rictus obliquus, parvus, roſtrum ſubobtuſum, labia ſupra vix alba, infra lateribus verſus angulum faucium revoluta, membranacea: poſt inciſores ſeries denticulorum confertorum; maxillares globoſi, pone eos plures dentes minuti conferti: lingua carnoſa: nares poſtremae, geminae oculi ſuperi, remoti, mediocres, membrana anulari ſemitecti, iris flava, pupilla nigra: opercula biphyla, ſquamoſa, acuminata; membranae br. radii 5: dorſum ſulcatum, linea lateralis ſubarcuata, antice ſupera poſtice media: anus medius; ſquamae amplae, tenaces. P. D. $\frac{12}{21}$ in foſſula condenda, poſtice, ſquamis tecta, ramentis ſpinarum, et macula nigra inter ſpinam 1 et 3 pinna tota rubra, a parte radiata incipit faſcia nigra lumbaris et ibi radii apice tantum rubri. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. nigrae, paene ante pectorales poſitae, infra appendicem ſquameam: A. $\frac{3}{15}$. partim in ſulco condenda, partim ſquamis baſi tecta, ſpina 1 et 2 ramentis aucta omnes cum radiis 6 primis nigrae reliqui radii rubri C. truncata rubra, ſquamis baſi tecta, 13. Longitudo $9\frac{1}{2}$ unciarum, latitudo 5.

Habitat mare pacificum circa inſulam Tonga Taba captus.

Species dubiae.

a) OBLONGUS. *Matejuelo blanco*, *Parra* 22. *tab.* 13. *f. r.*

Caput acutum, oculi verticales, albi pupilla nigra: in commiſſura labiorum vel angulo dens grandis, verſus apicem tres gradatim

minores, reliqui parvi: in maxilla inferiore grandes dentes respondent minoribus superioris dorsalis pinna longitudinalis, aequalis, pellucida: analis longitudinalis, aequalis. Cutis crassa, squamae parvae, color ex flavo albicans. Caro non comeditur. Similis Sp. anchoragini dente exserto angulari. Schn.

b) BAJONADO. *Parra tab.* 8. *f. r.*

Caput breve, latum, angulosum: maxillae utriusque dentes quaternis exserti, reliqui grádatim minores: oculi cinerei, pupilla caerulea: cauda parumper furcata, squamae laeviusculae. Color cinereus dilutus: caro edulis.

c) CAXIS. *Ibid. tab.* 8. *f.* 2.

Caput angulosum, pupilla caerulea, anulo luteo inaurato cincta: maxillae superioris dentes 2 majores, plures minores: inferioris serie una majorum, reliquis minorum. Color capitis et trunci fulvus; carnis esus suspectus habetur.

Species non definiendae.

a) LATUS. S. corpore lato, squamis longitudinalibus, imbricatis, capite argenteo. *Haarl. Maadschapp. XX. Deel.* 2. 322. *n.* 10.

B... P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat in mari Japonico.

b) VIRGATUS. S. corpore depresso, oblongo, squamis virgatis, cauda bifurca. *l. c.* 323. *n.* 11.

Habitat cum antecedente.

c) FUSCESCENS. S. squamis aureis, macula nigra ad pinnas pectorales. *l. c.* 324. *n.* 12. *Gmel.* 1279. *n.* 29.

Habitat cum antecedente.

d) ARGENTEUS. S. macula pone branchia nigra. *l. c.* 319. *n.* 7. *Gmel.* 1272. *n.* 28.

P. 16. V. $\frac{I}{6}$. A. $\frac{I}{9}$. C. 18. D. $\frac{9}{35}$.

e) Crenidens. S. argenteus, lineis longitudinalibus obſcuris, dentium latorum, trifidorum, una ſerie, molaribus hemiſphaericis. *Raſan vel Boteit Forskael XV. n.* 19.

f) Strongylus. S. parvus, oblongus, ſulco longitudinali levi in vertice, lineis longitudinalibus flavicantibus obſoletis. *Forskael XV. n.* 23.

Annot. Sparum Galilaeum poſtremo loco n. 49. retulerat Bl. eundem tamen infra inter Coryphaenas accuratius nominans. Igitur hic omiſi. Schn.

GEN. 63. SCARUS.

Dentium loco maxillae ipſae eminentes margine carinato aut dentato crenatae.

* 1. Cretensis. S. capite declivi, pinna dorſi inermi, caudali lunata. *Labrus cretenſis Bl. t.* 228. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1283. *Guacamaya. Parra* 34. *t.* 26. *dentes palatini f.* 2.

B. 4. P. 16. V. 6. A. $\frac{I}{11}$. C. 18. D. 20.

Corpus craſſum, caput magnum, rictus anguſtus, maxillae in latere externe gradatim granulatae, nares geminae, apertura branchialis ampla, anus fere medius, linea lateralis recta, dorſo vicina, pinna dorſalis recta, longitudinalis, ſquamae tam magnae quam in Carpione.

Habitat in mari Mediterraneo et Americano.

2. Insulae St. Crucis. S. corpore rubro, ſtriis longitudinalibus albis, naribus tubuloſis, geminis ante oculos, ano pinnae caudali rotundatae propinquiore, appendice ſupra

ventrales, linea lateralis ramulosa interrupta. *Bl. t.* 221.

B. 4. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{9}$. C. 15. D. $\frac{9}{19}$.

Habitat in oceano Americano Insulam St. Crucis alluente.

3. VIRIDIS. S. lituris capitis, marginibus squamarum pinnarumque viridibus, pinna caudae aequali, ano fere medio. *Bl. t.* 222.

B. 4. P. 14. V. 6. A. $\frac{2}{11}$. C. 13. D. $\frac{9}{20}$.

Habitat mare Indicum ad Japoniam, long. 10, lat. $5\frac{1}{4}$ poll.

4. ABILDGARDI. S. squamis per magnis, hexagonis, linea laterali interrupta, ramosa, pinna caudae hirundinacea. *Sparus Abildgardi. Bl. t.* 259.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{9}{19}$.

Habitat in America meridionali, long. 15, lat. $4\frac{1}{2}$ poll.

*5. CHRYSOPTERUS. *tab.* 57. S. squamis per magnis, rhomboideis, corpore viridi, pinnis aureis, caudali hirundinacea, in medio aurea, lateribus viridibus, linea laterali ramulosa ad caudam incurva, ano pinnae caudali propinquiore: in latere externo maxillae superioris dentes acuti situ horizontali prominent.

P. 12. V. 6. A. 10. C. 16. D. $\frac{9}{20}$.

Habitat mare Americanum.

6. GHOBBAN. S. maxillis crenulatis, cauda aequali, maxillis albidis, lituris capitis 8, pinnarum margine anteriore viridi-coeruleo, striis tenuibus longitudinalibns fuscis, linea laterali ramulosa, interrupta. *Ghobban Arabice Forskael.* 28. *n.* 13. *Gmel.* 1281. *n.* 5.

B. 4. P. 14. V. 6. A. 12. C. 12. D. 19.
Habitat maris Arabici littora.

7. Ferrugineus. S. ex fuſco-ferrugineus, dorſo et abdomine aequaliter arcuatis, maxillis crenulatis margineque pinnarum viridibus, baſi pinnae caudalis aequalis ſquamis longis lanceolatis tecta, linea laterali intercepta. *Abu-meles Arabice, Forskael* 29. *n.* 15. *Gmel.* 1281. *n.* 4.

B. 5. P. 13. V. 6. A. 12. C. 13. D. 20.
Habitat cum praecedente.

8. Sordidus. S. corpore oblongo, anguſto, fuſco-ferrugineo, abdomine incurvo, maxillis rubentibus, pinnis obſcurioribus, cauda ſurgente, linea laterali ramuloſa, interrupta, radiis pinnarum ſimplicibus, cartilagineis in membranam deſinentibus, dorſalis 9 pector. 1. analis 3. *Biſs Arabice, Forskael* 30. *n.* 18. *Gmel.* 1281. *n.* 5.

P. 14. V. 6. A. 12. C. 12. D. 20.
Habitat cum antecedente.

9. Harid. S. labii ſuperioris longioris dente utrinque, canino, conico, pinna caudae lunata, violacea, media baſi ſquamis ſepta, pinna dorſi et ani coriaceis, linea laterali ramuloſa interrupta. *Harid Arabice, Forskael* 30. *n.* 17. *Gmel.* 1282.

B. 4. P. 15. V. 6. A. 13. C. 11. D. 20.
Habitat cum antecedente.

10. Niger. S. ovato-oblongus, nigrofuſcus, labiis rubris maxillis, lituris capitis pinnarumque exceptis pectoralibus, margine viridibus, labii ſuperioris utrinque 2 caninis dentibus, linea laterali ramuloſa, interrupta,

pinna caudali hirundinacea. *Forskael* 28. *n.* 14. *Labrus niger. Gmel.* 1285. *n.* 45.

B. 5. P. 14. V. 6. A. 12. C. 13. D. 20.

Habitat Arabiae littora.

11. PSITTACUS. S. virefcens, lineis flavicantibus, pinnarum margine vitta, abdominali, characteribusque capitis coeruleis, operculis fquamatis, oculis parvis, remotis, linea laterali interrupta, ramulofa, pinnis purpureis muticis, fquamis 3 magnis utrinque ad bafin pinnae caudae hirundinaceae. *Forskael* 29. *n.* 16. *Labrus Pfittacus Gmel.* 1285. *n.* 44.

B. 5. P. 13. V. 6. A. 11. C. 12. D. 20.

Habitat cum antecedente.

12. COERULEUS. S. capite truncato declivi, iride argentea, ore inferiore, corpore toto coeruleo, pinna caudae hirundinacea, maxillis offeis granulatis. *Novacula coerulea Catesby t.* 18. *Trompa, Parra* 57. *tab.* 27. *f.* 2.

Habitat in America Meridionali.

13. LORO. S. viridis totus, capite truncato, ore inferiore, iride aurea. *Loro. Parra l. c. f.* 1.

Habitat cum antecedente, edulis.

14. PULLUS. S. corpore lanceolato compreffo, nigro fufco toto, fquamis parvis cute tectis. *Sparus pullus J. R. Forfteri MS. IV.* 17.

Corpus oblongum lanceolatum, compreffum, totum fufco-nigricans; fquamae parvae, oblongae, flexiles, imbricatae, cute communi tectae. Caput acutum, fubcuneiforme, longitudine tertiae circiter partis corporis: rictus medius horizontalis, parvus: roftrum acutum mediocre

mediocre, rectum, ſubconicum: maxillae rotundatae, aequales, parvae, intus velo membranaceo fornicatae: labia parva, membranacea: ſeſſilia: dentes in utraque maxilla duo validi, longi, totam maxillam explentes, medio conjuncti, carinati, carina acutiſſima: nares geminae, minutae: oculi ſuperi, laterales, remoti, mediocres, ſemitecti membrana anulari, iride lutea: opercula triphylla, glabra, pone oculos et ad aperturam br. initium ſquamis minutis cute membranacea tectis; membranae br. radii 5. Dorſum convexum, linea lateralis primum ſupera, pone P. P. obliqua, denique media recta, mutica: anus remotus, cauda compreſſa. P. D. longitudinalis, primum aequalis, deinde aſcendens, radiis 23 ſimplicibus, 11 dichotomis. P. P. rotundatae, 14 V. acuminatae, poſtice connatae, radiis 5 dichotomis, A. aequalis 13 dichotomis, C. ſublunata radiis 10 vel 11 dichotomis: pinnae omnes nigro fuſcae.

Habitat mare pacificum Novae Zelandiae incolis *Maràree* vocatus. Schn.

Species non definiendae.

1) Vetula. S. ore terminali, corpore viridi, capitis lateribus rubro et viridi ſtriatis, pectoralium pinnarum limbo flavo, ventrales virides roſeo miſtae, anali et dorſali viridi, coeruleo et rubro miſtis, caudalis hirundinaceae limbis flavis. *Vieja, Parra, t.* 28. *f. r.*

2) Coccineus. S. corporis coccinei obſcuris maculis, ventre roſeo cum pinnis omnibus, maxillis oſſeis granulatis, ſquamis magnis hexagonis. *Parra ibid. f.* 2.

3) Chloris. S. corpore viridi dilutiore, pinnis rubris cum caudali media, maxillis oſſeis granalatis. *Parra ibid. f.* 3.

4) Flavescens. S. corporis flavi, maculis obscuris, capite rosaceo obscuro cum pinnis, pectoralium in basi macula nigra, maxilla inferiore ossea granulata. *Parra ibid. f.* 4.

Annotatio. Antea quam de generis notis dicam, ex rarissimo libro Parrae repetam omissa ab amico. Comparavit is primam speciem ab eo sub nomine Psittaci Hispanico *Guacamaya* descriptam cum cretensi Scaro. Sed hic parum nobis adhuc cognitus esse videtur, a Listero brevissime descriptus ex siccato exemplo. Parrae Scarus caput habet breve, fere rotundum, obtusum: maxilla utraque tota ossea, superficie exteriore 2 pollices longa, media divisa, azurea, granis multis rotundis vice dentium per trium linearum spatium obsita, quibus cibus concidatur. Oculi mediocres, colore corneae vario, pupillae nigro: squamae maximae, cauda furcata, pars capitis superior colore obscuro, cetera rosacei, pars thoracis viridi et rubro mista, corporis anterior cinnamomi colore obscuro tincta, posterior viridis cum basi pinnarum cetera nigricantium, pectoralium basis sanguinea, caudalis furca utrinque rubra. In parte posteriore faucium atque initio oesophagi gerit instrumenta triturandis orbis apta, gemina pictura f. 2. tab. 26. reddita. Sunt ossa tria, quorum unum inferius 2 pollices longum, unum latum, molaribus dentibus ovalibus obsitum est: reliqua duo, plusquam 2 pollices longa, gerunt seriem dentium incisorum vel acutorum, quibus utrinque accubant dentes minores. Inter tria haec ossa, quae sibi invicem imposita motum a parte anteriore versus posteriora habent, cibi comminuuntur velut in mola. Eadem fabrica adesse dicitur in sex aliis pi-

ſcibus, quos cum hoc primo comparavit Parra, et *Loro*, *trompa*, *Vieja* vocavit.

In labro Vetula Gallus Du Hamel T. III. p. 54. tab. 6. oſſa ſimilia tria, dentibus molaribus globoſis obſita, deſcripſit, quorum ſitum poſt branchias demonſtrat pictura. Unum triangulare ſcilicet baſin acutam inſertam inter branchias habet; duo altera in palato ſita ſunt. Eadem in labro ſuo vetula deſcripſit Blochius ad tab. 293. Plane ſimilia oſſa tria dentibus globoſis obſita in faucibus labri maculati tab. 294. annotavit Blochius: item in labro Braſilienſi tab. 280 ex Norwegico, tab. 256. tabula picta exhibet, ſeu Rone Aſcanii tab. 14. uti Blochio videtur. Eadem in labro bifaſciato tab. 283 macrolepidoto tab. 284. f. 2. rupeſtri tab. 250. f. r. vireſcente tab. 254. f. r. carneo tab. 289. julide tab. 287. lunari 281. In Scabro aliquo Gronovius Muſei I. p. 37. no. 89. oſſicula denticulis conſperſa ſuperne atque inferne in faucibus ſita annotavit. Is praeterea lineam lateralem interruptam gerit. Gronovius ipſe cum Chaetodonte ſaxatili Linnaei in Zoophylacio comparavit. In ſciaena Muſei n. 91. quae eſt Perca polymna Linnaei, ſimila 3 faucium oſſa denticulis aſpera vidit, quorum loco Blochius in Anthia polymno tab. 316 f. r. ut in labro anthia Linn. ſeu anthia ſacro ſub tab. 315 oſſicula duo tantum denticulis aſpera in faucibus annotavit. In labro tinca Linn. Willughbeius oſſa dentata velut in cyprino reperit. In turdo viridi majore idem p. 323. Labro turdo Linn. gulam ſeu ventriculi orificium ſupra dentibus ut in cyprino inſtructum eamque notam turdis reliquis communem eſſe ait. In labro tetraodonte Sebano III. t. 31. f. r. Ar-

tedi os ad fauces utrinque positum denticulis serratum, in secundo f. 2. ossa dentibus obtusis et serratis, praedita, eadem in tertio f. 3. quarto f. 4. septimo f. 7. annotavit. Natura sparis dentes palati et faucium molares haemisphaericos dedit, quibus commolantur cibi. Contra labris plurimis ossium labialium vice labia crassa plicatilia dedit, dentesque molares globosos ex faucibus transtulit in ossa tria peculiaria, quorum unum latius post branchias insertum est, duo reliqua palato postremo insident, cyprinorumque maxillas dentatas post branchias insertas referunt. Quodsi labiorum crassorum nulla habeatur ratio, plures etiam Labrorum congeneres ad Sparos referri debent, dentibus globularibus maxillaribus praediti veluti *Labrus melampterus* Blochii tab. 285. Scari genus item ossa tria post branchias et in palato sita, dentibusque planis partim acutis obsita, cibis commolendis apta gerere discimus ex notitia Hispani Parra. Scarum genere primus Forskolius a labris sparisque separavit, notasque *maxillas osseas eminentes, dentiumque vice margine dentato-crenatas* edidit. Verum in Alphestе Blochiano vidi vacillare maxillarum ejusmodi notam. Quare aut maxillas supra crenatas infraque dentibus enatis asperas, aut potius e dentibus crassis conicis, veluti in unam massam compactis, passimque infra marginem extra, et in ipso margine carinato eminentibus, maxillas latas Scarorum compositas dicere oportebit: qualem dentium scari cretensis naturam in exemplis majoribus agnoscere licet, et in pictura capitis majoris bene tab. X. 11. bene repraesentavit Willughbeius. Sed vereor ut haec nota maxillarum ad genus naturale vel

artificiale Scari rite definiendum sufficiat. Linea lateralis venulosa vel interrupta, aliaeque ab aliis excogitatae notae mihi singulae multo leviores videntur, et cum Forskolio in dentium maxillarumque natura et varia conditione consistere hic malim. Labris et scares maxillae branchiales communes esse videntur: contra sparis molares haemisphaericos natura post dentes conicos vel caninos in utraque maxilla et palato collocavit.

Expediam nunc primum, quae in pluribus piscibus observata de maxillis branchialibus in adversaria retuleram. Sparus igitur insulae St. Crucis velum utrinque palatinum crassum gerit; in palato extremo, ubi tubercula aspera cyprinorum sita sunt, apparent ossa duo oblonga, convexa molarium dentium in ruminantibus speciem superficie sulcis sinuata referunt. Os transversum, quod pediculum osseum inter branchias a parte posteriore inserit, quadratam oblongam formam habet in superficie interna, ossiculis minoribus squamarum instar imbricatum: pars postrema excavata inclusas gerit membrana squamas osseas minores, quae in locum effractarum succedere videntur. Maxillae ordinariae breves, aequales, condylum inserunt cavitati glenoideae maxillae inferioris, ita ut superior tantum deorsum inferior sursum moveri posse videatur. Branchia quinta seu spuria operculo adhaeret. In labro rupestri, norwegico (Rone Ascanii tab. 14.) et maculato (Bergylta Asc. f. r.) post branchias os triangulare insertum est, molaribus haemisphaericis obsitum, quibus atteruntur similes duobus cartilaginibus rotundis palati extremi insixi. In rupestri os triangulare sutura manifesta medium divisum vidi.

Verum in Trachino dracone Blochii tab. 61. etiam poſt branchias oſſa duo oblonga dentibus obſita vidi, quibus palatina oſſa rotunda aſpera reſpondent. In Gadoaegleſino branchiae radium quintum adjunctum habent cum oſſiculo aſpero, quod aptatur in palato ſuperjacenti oſſi rotundo aſpero. Ita quatuor haec oſſicula locum tenent maxillarum ſpuriarum et oſſiculorum palatinorum in cyprini ſpeciebus conſpiciendorum.

5. GUTTATUS. S. *Sonnerat in Rozier Journal de Phyſique* 1774. *T. III.* 227. *tab.* 2.

Corpus ſeſqui pedale ſquamis magnis tectum, albidum, macula caerulea, ſquamarum in margine ſingularum, pinnae griſeae in baſi et margine caeruleo faſciatae, pectoralium, ventralium et caudalis radiis primis caeruleis, linea laterali interrupta.

P. 13. V. 7. C. 15. A. $\frac{2}{11}$. D. $\frac{9}{20}$.

Habitat mare Indicum, interdum in cibo venenatus.

GEN. 64. CORYPHAENA.

Caput magnnm, declive, pinna dorſalis longitudine dorſi, opercula anteriora ſquamata.

1. PENTADACTYLA. C. operculis anterioribus ſquamatis, maculis 5 rotundis ocellatis ad dorſum prope caput, linea laterali poſtice interrupta, ſquamis magnis, dentibus 2 conicis in utraque maxilla, pinna caudae rotundata, *Bl. t.* 175. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1191.

B. 6. P. 13. V. 6. A. 15. C. 12. D. 21.

Corpus oblongum, compreſſum, rictus amplus, horizontalis, dentes multi, acuti, nares

geminae ante oculos, opercula laevia, apertura branchialis ampla, anus capiti vicinior, radii pinnae dorsi et ani simplices, reliquarum ramosi, squamae integrae, imbricatae: membranae br. radii non 4 sed 6 manifesti.

Habitat in Indiae, Sinae et Moluccarum Insularum fluminibus.

2. Hippuris. C. corpore aureo-guttato, anali pinna sinuata, linea laterali media, lutea, deorsum curvata, cauda forcipata, pinnis aureis, squamis minimis, ano fere medio. *Bl. t.* 174. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1189. *Guara capema Plumier. MS.*

B. 7. P. 16. V. 6. A. 25. C. 18. D. 48.

Habitat in mari Mediterraneo.

Var. Equisetis, differt numero minore radiorum. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1190.

Osbeck in Hippuro numerat Br. 7. P. 19. V. 6. A. 27. C. 20. D. 60.

— — *Equiseli* — Br. 6. P. 19. V. 6. A. 23. C. 20. D. 53.

3. Coerulea. C. tota coerulea, caudae pinna hirundinacea, ano medio, squamis magnis, linea laterali recta, dorso vicina. *Bl. t.* 176. *Gmel.* 1191. *n.* 15. *Novacula caerulea. Catesb. t.* 18.

P. 14. V. 5. A. 11. C. 19. D. 19.

Habitat in oceano Americano.

4. Novacula. C. dorso carinato, capite pinnisque cancellatis lineis coerulescentibus, pinna caudae truncata, dentibus 4 anterioribus longioribus. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1192. *Pesce Pettine Salviani.* 217.

Habitat in mari Mediterraneo Norwegico littora saxosa, solitarius, palmari vix major.

5. Pompilus. C. rictu obliquo, amplo, maxilla inferiore longiore, capitis lateribus cavernofis, dentatis, dorfo supra lineam lateralem curvam flavefcentem fafciolis flavefcentibus picto, pinnis pectoralibus admodum acuminatis. *Linn.* *n.* 5. *Gmel.* 1193.

B. 5. P. 14. V. 6. A. $\frac{2}{24}$. C. 16. D. $\frac{8}{33}$.

Habitat in Pelago.

6. Psittacus. C. linea laterali interrupta, pinnis longitudinalibus colore lineatis, pupilla flammea, iride coerulea, pinna caudae integra. *Parrotfish*, *Linn.* *n.* 6. *Gmel.* 1194.

B. 5. P. 11. V. 6. A. 16. C. 14. D. $\frac{9}{29}$.

Habitat in Carolina.

7. Acuta C. cauda, acuminata, linea laterali convexa. *Linn.* *n.* 7. *Gmel.* 1194.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 9. C. 16. D. 45.

Habitat in oceano Afiatico.

8. Sima. C. cauda integra, labio inferiore longiore. *Linn.* *n.* 8. *Gmel.* 1194.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 16. C. 16. D. 32.

Habitat cum praecedente.

9. Virens. C. pinnae dorfi et ani appendicibus filiformibus elongatis, fadioque fecundo ventralium. *Linn.* *n.* 9. *Gmel.* 1194.

B. 5. P. 13. V. 6. A. 13. C. 16. D. 26.

Habitat cum antecedente.

10. Branchiostega. C. opercula branchiarum rima transverfa. *Linn.* *n.* 11. *Gmel.* 1194.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. 24.

Habitat in oceano Afiatico.

11. Fasciolata. C. corpore teretiusculo, fusco-fasciato, lunula fusca in pinna caudali bifurca, ano medio. *Pallas. S. Z. VIII*, 23. *t.* 3. *f.* 2. *Gmel.* 1193. *n.* 16.

B. 6. P. 19. V... A. 27. C. 17. D. 54.

Habitat Amboinense mare.

12. Clypeata. C. lamina ossea inter oculos. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1195.

B. 5. P. 14. V. 5. A. 12. C. 7. D. 32.

Habitat in oceano Asiatico.

13. Lineata. C. capite nudo, picto lineis transversis coloratis, squamis magnis, dentibus 2 longioribus exsertis in utraque maxilla, cauda rotundata, dorsalis et analis lineis. *Linn. III.* 224. *Gmel.* 1195. *n.* 13.

Habitat in Carolina.

* 14. Lutea. *tab.* 58. C. corpore luteo rubroque vario, pinnis aureis, caudali forcipata, labiis filo auctis, pinnis acuminatis.

B. 5. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat mare orientale ad Tranquebariam.

15. Nigrescens. C. corpore nigrescente, capite squamato, operculo anteriore serrato, pinna dorsi sinuosa, caudali squamata, rotundata, squamis magnis, margine nigro, pinnis omnibus nigro-punctatis. *Perca, Schöpf in Schrift. der G. N. Fr. VIII.* 164. *Blackfish in provincia Neujork.*

B. 5. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{10}{20}$.

Habitat in America Septentrionali.

16. Spinosa. C. linea laterali recta, aculeata, pinna caudae rotundata, squamis mini-

mis, dentatis, capite maculato, pinnis fasciatis, *Scorpaena spinosa Mus. Link. I.* 41. *n.* 3. *Gmel.* 1220. *n.* 8.

B. 5. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{7}$. C. 11. D. $\frac{15}{22}$.

17. Torva. C. corpore alepidoto, radiis primis pinnae dorsi altioribus, rictu angusto dentibus exiguis confertis, orbitis osseis granulosis, linea laterali recta, dorso vicina, pinna caudae lunata. *Blennius Torvus Gronov. in Act. Helv. VII.* 47. *t.* 3.

P. 9. V. 6. A. 8. C. 12. D. $\frac{23}{34}$.

Habitat in mari Indico.

18. Galilaea. C. corpore compresso, supra virescente, infra argenteo, maxilla superiore longiore, rictu angusto, maxillarum dentibus parvis confertis, palato et lingua glabra, iride fulva, margine nigrescente, operculis squamatis, squamis magnis, deciduis, pinna caudae aequali. *Sparus galileus Linn. n,* 26. *Gmel.* 1297. *Hasselquist* 389. *n.* 76.

B. 5. P. 15. V. 7. A. $\frac{3}{13}$. C. 20. D. $\frac{17}{31}$.

Habitat Lacum Galilaeae Genezareth, longa spithamam et poll. 2. lata spithamam et $\frac{1}{2}$ poll.

Species non definiendae.

a) Hemiptera. C. maxillis subaequalibus, pinna dorsali brevi. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1194.

Habitat in oceano Asiatico.

Ad aliud genus pertinere videtur, cum caracter generis, pinna dorsi longitudinalis desit.

b) Plumieri. C. dorsi maculis vermicularibus coeruleis caudae pinna hirundenacea, pectorali rotundata brevi ano pinnis ventralibus vicino. *Bl. t.* 175. *Plumier MS. Gmel.* 1191. *n.* 14.

P. 11. V. 6. A. 55. C. 16. D. 77.

Habitat circa Antillas.

Sero animadverti linearem Plumieri picturam nondum abſolutam a pictore meo adeo mutatam fuiſſe, ut caput labri ſimillimi Labro pavoni coeruleo Aſcanii tab. XII. in caput coryphaenae transfiguraret, oſſa labioſa et dentes maxillae ſuperioris adderet. Veram capitis formam expreſſit, qui piſcis picturam ex Plumerio dedit Gautier in obſerv. periodiques ſur la Phyſique l'hiſtoire naturelle et cet. T. II. 106. Sed is colores mutavit et dentes maxillae inferioris omiſit.

GEN. 35. EPINEPHELUS.

Caput totum ſquamatum, opercula anteriore ſerrata, poſteriore ſpinoſa.

1. Ruber. E. corpore toto rubro, ſquamis minutiſſimis, oſſibus labialibus latis, operculo poſteriore biſpinoſo, anteriore exiliter ſerrato, maxilla inferiore longiore, acuminato, ano medio, baſi pinnarum ani, caudae et dorſi ſquamata, caudali rotundata. *Bl. t.* 330.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20. D. $\frac{11}{27}$.

Corpus compreſſum, dorſum arcuatum, nares geminae, prope utrumque oculum, rictus amplus, maxillarum denticuli conferti, oculi membrana communi quaſi nebula ita obducti, ut opaci eſſe videantur: unde nomen genericum; ſpina operculi poſterioris compreſſa et plana.

Habitat in Japonia.

In exemplis duobus liquore conditis membranae br. radios 7 explicavi operculi poſterioris ſpinas planas 3 reperi, ſpinas et radios

pinnarum omnium squamatos, non item tota interstitia, maxillarum dentes exiles, pseudo branchiam operculo adnatam, post branchias os trigonum compositum, denticulis asperum subtilissimis limae instar, et ossiculis 2 palatinis asperis respondens reperi. Ventralium radium intimum abdomini media membrana adnexum, contra in Striato liberum vidi. Schn.

2. Marginalis. E. maxilla inferiore, longiore, acuminata, squamis parvis, operculo posteriore trispinoso, acuminato, pinnis sanguineis, rotundatis, parte anteriore dorsalis, margine nigro, ano pinnae caudae viciniore, dentibus anterioribus 4 majoribus. *Bl. t.* 328. *f.* 1.

B. 5. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat in India orientali.

3. Bruneus. E. corpore fusco, capite coeruleo striato, rictu amplo, maxilla inferiore longiore, maculis transversalibus obscurioribus, operculo posteriore trispinoso, pinnis nigris, caudali rotundata, ano pinnae caudae viciniore. *Bl. t.* 328. *f.* 2.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat in Japonia.

4. Merra. E. corpore argenteo, toto maculato maculis lentiginosis bruneis, operculo posteriore acuminato, trispinoso, pinna caudae rotundata, dentibus anterioribus utrinque 2 majoribus. *Ikan Merra Japonicis*, *Bl. t.* 329. *Perca Sebae* 76. *n.* 7. *t.* 27. *n.* 7. *Holocentrus lentiginosus. Wahl in Skrivter of N. S. III. P. I.* 116 — 122.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{11}{27}$.

Habitat in Indico oceano, Japoniam et Coromandeliam alluente.

5. Striatus. E. corporis ſtriis longitudinalibus et transverſalibus fuſcis, operculo poſteriore biſpinoſo, maxilla inferiore longiore, ano capiti propinquiore interſtitiis radiorum pinnae dorſi ani et baſi pinnae caudalis lunata ſquamatis. *Bl. t.* 330.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15. D. $\frac{12}{24}$.

Habitat circa Japoniam.

Squamas majores margine ſerrulato, membranae br. radios 7, pſeudo branchiam operculo adnatam, os trigonum compoſitum, poſt branchias interſertum, denticulis conicis obſitum maxillarum dentes majores curvos, minimis interſertis, anterioribus 6 ſupra majoribus cum 2 poſterioribus reperi in unico exemplo. Schn.

6. *Argus. E. corpore caſtaneo, faſciato, maculis parvis, albis, iridibus bruneis, maxilla inferiore longiore, dentibus 2 anterioribus majoribus, operculo poſteriore triſpinoſo interſtitiis radiorum pinnae ani et caudae rotundatae ſquamatis, linea laterali poſtice incurva, pinna anali ab ano remota.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{9}{26}$.

Habitat in India orientali.

7. Oxygeneios. Corpore oblongo, livido, ſquamis minutis, imbricatis, capite amplo, latiore quam corpus, ovato, ſquamoſo, lamina nuchae ſupra aperturam br. oblonga, oſſea ſerrata, dorſo ante P. D. carinato, pinnis D. P. A. et C. carnoſis, ſquamoſis, omnibus cinereo-lividis. *Perca prognatha J. R. Forſteri MS. IV.* 19.

Squamarum margo exterior integer, rotundatus: rictus ſuperus arcuatus, oblique deſcendens, myſtacibus amplis, trigonis, ſquamoſis: maxilla ſuperior rotundata, brevior, extractilis, inferior acuta, longior, apice obtuſiuſculo: labia membranacea revoluta: dentes utrinque minuti, conferti, aceroſi, incurvi: palatum antice obſitum denticulis confertis aceroſis, minimis: oculi ſuperi, ampli, intra orbitam oſſeam depreſſi, membrana nictitante anulari tecti, iride argentea: nares ſuperae, ante oculos, in roſtro mediae, geminae, poſtico foramine majore: opercula branchialia triphylla, ſquamoſa, antica ſerrata duplice ordine, poſtica ſerrata et biſpinoſa, infera ſerrata et lunata: membranae br. radii 7: abdomen turgidum, album, linea lateralis ſupera, dorſo parallela: anus poſticus..

P. $\frac{1}{17}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. truncata 16. D. $\frac{11}{23}$.

Habitat oceanum pacificum; ab incolis inſulae Reginae Charlottae *Pàtò-tĕrà* vocatus. Schn.

8. LEPIDOPTERUS. E. corpore ovato, compreſſo, cum pinnis rubicundo, regione ſuboculari cyanea, macula lumbari tetragona nigra, pinna caudali bifida, dorſali analique carnoſis, ſquamoſis. *Perca lepidoptera J. R. Forſteri MS. II.* 58.

Caput breve declive, ſquamoſum: rictus obliquus: dentes in maxillis et palato minuti, conferti, acuti, recurvi, immobiles: nares ſupremae ante oculos: oculi ampli, ſuperi, pupilla nigra; iris fulva, membrana nictitante integra: opercula diphylla, ſquamoſa: lamina anterior minute ſerrata, poſterior major ſupra acuminata, ſpinis duabus adpreſſus prope acu-

men: membranae br. radii 7, linea lateralis ſupera, parallela, anus paulum poſt aequilibrium. P. D. compoſita, a baſi ad medium carnoſa, ſquamoſa, $\frac{10}{30}$. P. imae, acuminatae, ſquamulis inter radios 16. V. $\frac{1}{6}$. A. ſimilis dorſali, $\frac{3}{12}$. C. 18. Longitudo 9 unciarum, latitudo 3, capitis [illegible], pinnae pectoralis, 2, ventralis $1\frac{1}{2}$, caudalis $1\frac{1}{2}$. Habitat oceanum pacificum, circa Novam Zelandiam, Schn.

GEN. 66. ANTHIAS.

Caput totum ſquamatum, opercula anteriora ſerrata, poſteriorum ſpinae nullae.

1. Sacer. A. corpore rubro, radio ſecundo dorſalis altiſſimo, pinnis ventralibus longis, falcatis, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, linea laterali interrupta, pinnis acuminatis, caudali furcata. *Bl. t.* 315. *Labrus Anthias Linn. n.* 3. *Gmel.* 1283.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A, $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{10}{25}$,

Corpus compreſſum, dentes parvi, multi, acuti, oſſa labialia lata, nares geminae, apertura branchialis ampla, anus pinnae caudae vicinior, ſquamae rotundatae, imbricatae, margine laevi.

Habitat inter ſcopulos maris Mediterranei,

2. Argus. A. corpore ſupra et infra coeruleo, albo ocellis albis, iridibus bruneis, maxilla inferiore longiore, ſquamis parvis, caudali pinna rotundata. *Bl. t.* 317.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A, $\frac{3}{12}$. C. 16. D. $\frac{9}{22}$.

Hoſpitatur in Muſeo Linkiano Lipſiae.

3. Johnii. A. corpore argenteo, dorſo arcuato, nigro-maculato, margine inferiore oper-

culi anterioris profunde dentato, linea laterali poſtice incurva, pinnis pectoralibus, ani et caudali rubris, rotundatis, baſi caudalis ſquamata. *Bl. t.* 318.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat maris profunda inter rupes, ad Tranquebariam, 14 poll. longus; Tamulice *Wöckadei* audit.

*4. Macrophthalmus. A. corpore luteo, oculis magnis, iride argentea, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, ſquamis parvis, ano capiti propinquiore, linea laterali fere recta, pinnis pectoralibus et ventralibus rubris, pinna caudae lunata, baſi squamata. *Bl. t.* 319.

B.6 P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 18. D. $\frac{10}{23}$.

Habitat ad Tranquebariam.

An huc pertinet *Cataluſa.* Parrae tab. 12. f. 1. p. 20. corpore carnei coloris, maxilla inferiore longiore, dentibus acicularibus, oculorum maximorum diametro $1\frac{1}{2}$ poll. circumferentia $4\frac{1}{2}$ poll. aequante: color carneus, pupilla cryſtallina: pinna dorſali longitudinali, pellucida, aculeis pluribus diſtenta duris: ſquamis minntis, laevibus: edulis.

Sed in exemplo ſicco anthiae macr. video ſquamas omnes aſperas, quibus non ſolum corpus ſed etiam caput totum, opercula, labia inferiora, ſpatium gulare, oſſa labioſa, radii pinnarum omnium, praeter caudales, et baſis pectoralium obteguntur: os lacrimale infra est ſerratum. Schn.

5. Vosmari. A. corporis lati, rubri vitta aurea, ſquamis magnis, rictu anguſto, pinna caudae

caudae lunata, dorſali in medio exciſa, radio ſecundo pinnae analis longiore, ano pinnae caudali viciniore. *Bl. t.* 321.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat cum antecedente.

6. Formosus. A. corporis lutei lineis coeruleis longitudinalibus, ore intus rubro, rictu amplo, ordine dentium acutorum unico, ſquamis magnis, ano caudali pinnae viciniore, aculeis dorſalibus filamentoſis, pinna caudae diviſa, baſi pinnarum dorſi, caudae et ani ſquamata. *Bl. t.* 323.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{12}{29}$.

Habitat mare Americanum ad inſulas Antillas et St. Crucis, Indicum ad Japoniam.

Branchiam ſpuriam minutam, et os trigonum poſt branchias dentibus parvis partim rotundis, partim conicis obtuſis, parvis omnibus obſitum, oſſa palati duo rotunda, ſimilibus dentibus obſita, maxillae dentes conicos, ſecretos, poſt eos in utraque maxilla antice confertos minutiſſimos vidi. Spinae dorſales alternae latiores in altero latere, radii ramoſi ut in anali fere toti ſquamati. Labium inferius latum, plicatile. Quare non dnbito eum ad labros pertinere. Forte inter labros deſcriptos cum pluribus anthiis latet. Schn.

7. Striatus. A. corpore luteſcente, ſtriis transverſalibus, latis, nigris, macula atra ſupra caudam, faſcia nigra caudali, maxilla inferiore longiore, dentium acutorum, diſcretorum unica ſerie, ſquamis parvis, pinnis rotundatis, baſi pinna ani ſquamata, dorſali in medio ſinuoſa. *Bl. t.* 324. *Plumier MS.*

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 18. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat in mari Atlantico.

8. BILINEATUS. A corpore lato, lineis 2 fuſcis a capite ad dorſum incurvis, macula lata atra pinnae ani, dorſo arcuato, margine inferiore operculi anterioris profunde ſerrato, pinna caudali lunata. *Bl. t.* 325.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat ad Japoniam.

9. MACULATUS. A. corpore albo, nigro-maculato, dorſo arcuato, capite declivi, pinna dorſali in medio humili, linea laterali arcuata, baſi pinnarum ani, dorſi et caudalis rotundatae ſquamata, pectoralibus et ventralibus acuminatis, ano pinnae caudae viciniore. *Bl. t.* 326. *f.* 2.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat in India orientali.

10. ORIENTALIS. A. corpore oblongo, luteo nigroque vario, capite obtuſo, fronte declivi, ore anguſto, linea laterali recta, ano medio, pinna caudali rotundata, dorſali in medio humili, pinnis nigro-maculatis. *Bl. t.* 326. *f.* 5.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{12}{27}$.

Habitat in Japonia.

*11. SUPPLIMIN. *tab.* 60. A. corpore rubro, nigro-maculato, capite parvo, declivi, rictu anguſto, maculis rubris pinnarum, interſtitiis radiorum pinnae dorſi, radiis pinnae caudae et baſi pinnae ani ſquamatis, ano pinnae caudali lunatae propinquiore, ſquamis parvis.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{33}$.

Habitat ad Tranquebariam, anadromus Junio et Julio, pedalis: tamulice *Seppilimin* audit.

12. Hamur. A. corpore cupreo-rubro, oblongo, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, ſquamis parvis, margine membranaceo, lacuna dentium vacua in maxilla ſuperiore, pinna caudae lunata. *Abu Hamrur Arabice. Sciaena Hamur Forskael* 45. *n.* 44. *Gmel.* 1299. *n.* 6.

P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 16. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat in mari rubro.

13. Japonicus. A. operculo anteriore tenuiter ſerrato, ſquamis magnis, dorſo et ventre arcuato, linea laterali poſtice incurva, baſi pinnae caudalis lunatae ſquamata, maxilla inferiore ſublongiore, dentibus parvis, aequalibus. *Bl. t.* 325. *f.* 2.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat in Japonia.

14. Rubescens. A. corpore oblongo, anguſto, rubeſcente, fulgore coeruleo et argenteo ſplendente, maxilla ſuperiore longiore, oculis magnis, ſquamis parvis, ore anguſto, maxillis aſperis, dorſo arcuato, carinato, linea laterali curva, dorſo vicina, pinnis ventralibus a pectoralibus parum remotis, pinna ani parva, caudali magna, ſubrotunda. *Sciaena Gronov. Mus. I.* 39. *n.* 92. *Zoophyl. n.* 212.

B. 4. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 6. C. .. D. $\frac{10}{30}$.

Habitat fluvios Surinami.

15. Surinamensis. A. maxillis aequalibus, craſſis, oculis ori vicinis, naribus orbitae approximatis, pinnis pectoralibus magnis, anali parva, caudali magna, acuminata, linea laterali curva. *Sciaena Gronov. Mus. II.* 32. *n.* 189. *Zoophyl. n.* 211.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{8}$. C. 20. D. $\frac{10}{42}$.

Habitat cum praecedente.

16. Boops. A. ore ſimo, oculis maximis, corpore cum pinnis coccineo. *Perca* 6. *J. R. Forſteri MS. IV.* 81.

Corpus ovatum, compreſſum, poſtice ſubcarinatum, coccineum, ſquamae minutae rhomboideae, ſubacutae, verſus apicem margine ſcarioſo: caput ſubquadratum, compreſſum, ſquamatum, tertia pars longitudinis totius: rictus ſuperus, mediocris, obliquus, roſtrum breve, ſimum; maxilla ſuperior brevior, oſſiculum myſtacinum (labiale?) deltoideum amplum ſquamatum: dentes numeroſi, conferti, aceroſi: nares geminae, oculis vicinae, poſticis foraminibus majoribus oblongis, anticis rotundis: oculi ſuperi, antici, maximi, dimidia capitis magnitudine, irides viridi-lucentes, beryllinae. Opercula br. triphylla, ſquamoſa, lamina antica rhombea, excurrens in angulum acutum cuſpidatum, margine ſerrata, ciliata, poſtica angulo obtuſo ſupra P. P. membranae br. radii 6, linea lateralis arcuata, dorſo parallela, anus poſticus.

P. 18. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{3}{20}$. C. integra 18. D. $\frac{10}{32}$.

Habitat oceanum Atlanticum, prope inſulam St. Helenae, ab incolis *the Bull-Eye* i. e. *boops* vocatus. Schn.

17. Grunniens. A. ore ſimo, cauda ſubintegra, pinnae analis baſi ſquamata, ſquamis corporis ovati argentei, in dorſo e nigro vinoſi magnis rhombeis, antice ciliatis. *Perca gr. J. R. Forſteri. MS. IV.* 10.

Caput obtuſum, corpore craſſius et anguſtius, undique ſquamoſum: rictus medius obli-

quus, arcuatus, ſimus, parvus: roſtrum breve, obtuſum: labium ſupra membranaceum, revolutum: maxilla ſuperior longior dentes utrinque minuti, aceroſi, conferti: lingua cum palato et labra: nares poſtremae, ſuperae, vicinae, foramine antico oblongo et majore: oculi ſupremi, remoti, magni, membrana nictitante anulari ſemitecti, iride aureo-rubicunda: opercula triphylla, ſquamoſa: lamina antica rhombea, poſtice ſerrata, poſtica deſinit ſupra P. P. in acumen muticum, membranaceum, obtuſum: membranae br. radii 7 gula ventricoſa, thorax cum ventre planus, dorſum arcuatum, carinatum: linea lateralis ſupera, dorſo parallela, anus remotus, cauda compreſſa. P. acuminatae 17 radiis, V. rotundatae $\frac{1}{6}$. A. ſubſquamoſa $\frac{3}{11}$. C. ſublunata 18. D. fere longitudinalis $\frac{12}{26}$.

Captus in portu Inſulae Tannae et in litus extractus ſonitum grunnitui quaſi ſimilem edidit. Schn.

Species dubiae.

18. Rabirrubia. *Parrae tab.* 20. *f.* 1.

Caput acutum, oculi laterales in medio capite, rubri, pupilla nigra, dentes bini utrinque majores ſupra, reliqui minimi, aciculares: maxilla inferior anguſtior, dentes aciculares. Dorſalis pinnae longi radii longi et acuti, analis aculei 3, caudalis magna, furcata. Color roſeus, laterum ſtria viridi ab oculis ad caudam ducta, dorſali pinna viridi. Caro in ciborum deliciis habetur.

An hujus varietas habenda, qui ibidem fig. 2. *rabirrubia de lo alto* audit, minor, carneo corpore coloris, dorſalis pinnae maculis viridibus ad caudam utrinque nigra?

Habitat maris profunda, ideo raro capitur in cibo caro aeſtimatur.

19. Cherna. *Parrae tab.* 24. *f.* 1.
Caput minutum, oculi griſei, pupilla caerulea, maxillae ſuperioris dentes quatuor magni, reliqui parvi, aciculares: inferioris dentes omnes parvi: pectoralium radii primi ſpinoſi, uti plurimi pinnae dorſalis, analisque priores 3 ſquamae parvae. Corpus obſcurum, maculatum, ſupra caudam macula nigra quadrata oblonga. Majores piſces audiunt *Chernas de lo alto*, quaſi dicas pelagii, minores *cherna chica*. Caro edulis.

20. Saponaceus. *Jabonſillla Parrae. t.* 24. *f.* 2.
Caput minus quam in praecedente, acutum, oculorum alborum pupilla nigra: initio pinnae dorſalis aculei 3 breves, pectorales multo breviores, analis radii non ſpinoſi: color obſcurior, pinnarum violaceus (*morado?*) Caro non editur.

21. Caballerote. *Parrae. t.* 25. *f.* 1.
Caput acutum oculorum luteorum pupilla caerulea: pinnae dorſalis radii plures ſpinoſi, analis 3, caudalis truncata; ſquamae luteae, medio nigricante, caput obſcurum, uti pinnae, coccineo colore reſplendentes: caro in cibo commendatur.

22. Jocù. *Parrae. t.* 25. *f.* 2.
Priori perſimilis, capite latiore, breviore et minus acuto, parumper declivi, oculorum pupilla caerulea. Color capitis et partim corporis fulvus. Eſus morbum *Siguatêra* vocatum efficere dicitur.

23. Ciliaris. A.' caeruleo-niger, abdomine carinato, operculo ciliato, pinnis ventra-

libus retro remotis. *Sciaena ciliaris. J. R. Forsteri MS. II.* 55.

Corpus ovatum, compressum, subtus carinatum, caput supra, dorsum ad lineam lateralem, et omnes pinnae caruleo-nigrae, latera caerulescentia, abdomen argenteum: caput breve, corpore angustius, squamosum: rostrum acutum, rictus parvus, labia duplicata, dentes minuti, obsoleti in utraque maxilla, nares superae, binae, priores oblongae, majores: oculi superi, medii inter rostrum et aperturam br. pupilla nigra, iris ex nigricante argentea: tubercula bina supra oculos ciliaria: opercula triphylla, squamosa, foliolo superiore margine ciliato, membranae br. radii 6 linea lateralis supera, dorso parallela: anus pone aequilibrium: duo folia squamea utrinque recondendis pinnis dorsali et anali. D. composita, pars spinosa cum mutica parum connexa: illa arcuata, spinis 16, in fossula condendis: haec declinata, radiis $\frac{1}{43}$, primo spinoso et radio postremo partis spinosae duplo majore: P. truncatae, 20. V. multo post P. positae, 5. A. $\frac{2}{38}$. C. carnosa; forsicata, 30. Habitat oceanum circa Novam Zeelandiam, captus hamo, longus $9\frac{1}{4}$ uncias, latus ante anum 3; latitudo caudae $2\frac{1}{2}$. Schn.

GEN. 67. CEPHALOPHOLIS.

Caput totum squamatum, operculum anterius margine laevi.

1. Argus. *tab.* 61. C. corporis castanei zonis obscurioribus, maculis rotundis albis, iridibus castaneis, operculis posterioribus trispinosis.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{9}{26}$.

Corpus oblongum compressum, caput declive, maxilla inferior longior, dentium parvorum acutorum unica series, 2 anteriores majores in utraque maxilla, ossa labialia lata, nares geminae parvae rotundae, oculi subverticales, cute communi supra fusca tecti, opercula posteriora magna, trisponosa, apertura branchialis ampla, squamae parvae, dentatae, linea lateralis dorso vicina, postice incurva, pinnae rotundatae, praeter pectorales omnes ocellatae, ventrales curtae, plerumque basi squamatae, anus medius.

Habitat in India orientali.

Branchiam spuriam operculo adnatam, membranam branchialem, radiatam, fuscam totam alboque guttatam, dentes utrinque 2 majores, plures series minorum, interioribus gradatim majoribus supra spatium vacuum in apice, nares priores lobatas, pinnas pectorales etiam in posteriore baseos facie guttatas, supra membrana squamata frenatas, pinnas omnes rotundatas in pisce pulcherrimo vidi. Schn.

GEN. 68. CALLIODON.

Caput totum squamatum, opercula nec serrata, nec spinosa.

1. Lineatus. *tab.* 62. *f.* 2. C. corpore oblongo, crasso, bruneo, lineis longitudinalibus 5 fuscis utrinque, pinnis muticis, caudali rotundata. *Colliodon Gronov. Mus. II.* 8. *n.* 156. *Zooph.* 244. *t.* 7. *f.* 4.

B. 4. P. 14. V. 6. A. 11. C. 15. D. 19.

Corpus compressiusculum, squamis magnis integris omnino tectum, caput obtusum, maxilla superior longior, dentes 2 triquetri

magni in ſuperiore maxilla, unicus latus in inferiore, nares binae lineares inter oculos et os ſitae, oculi magni, ſubverticales, pupilla ovalis, coeruleſcens, iris aurea, apertura, branchialis ampla, linea lateralis poſtice inflexa, anus pinnae caudali propinquior.

Var. differt lineis pluribus flexuoſo tramite decurrentibus. *Perca Sebae III. t.* 27. *f.* 8.

2. Gibbosus. C. corpore lato, compreſſo, pinnis inferioribus flavis, dorſali compoſita, pectoralibus longis, acuminatis, caudali bifida, linea laterali recta, unica ſerie dentium acutorum. *Perca chryſoptera Linn. n.* 17. *Gmel.* 1314. *P. marina gibboſa Catesby II. tab.* 2.

Habitat in Carolina.

GEN. 68. HOLOCENTRUS.

Caput antice nudum, opercula anteriora ſerrata, poſteriora ſpinoſa.

1. Virescens. H. corpore vireſcente, maxilla inferiore longiore, dentibus majoribus et parvis alternantibus, aculeis 3 operculi ſecundi, operculis ſtriatis, interſtitiis radiorum pinnae dorſalis ſquamatis, pinnis pectoralibus rotundatis, baſi pinnae caudalis lunatae ſquamata. *Bl. t.* 233.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{10}{24}$.

Rictus medius, dentes aceroſi, multi in maxillis, palato et faucibus; oſſa labioſa lata; ſquamae ciliatae; apertura branchialis ampla, linea lateralis dorſo propinquior et parallela, anus pinnae caudali propinquior, pars poſterior pinnae dorſi alta, nares geminae.

Habitat ad Javam.

2. Ongus. H. fuſcus, maculatus, unica ſerie dentium acutorum, maxillis aequalibus, pinnis rotundatis, punctatis, ſquamis parvis, operculo ſecundo biſpinoſo, ano pinnae caudae viciniore. *Bl. t.* 234.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat cum antecedente.

3. Striatus. H. corpore nigro-faſciato, maxillis aequalibus, macula atra pinnae dorſalis, pinnis ventralibus fuſcis, caudali recta, aculeo unico operculi poſterioris. *Bl. t.* 235. *f.* 1.

B. 4. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15. D. $\frac{10}{22}$.

4. Argentinus. H. corpore albo, maxilla inferiore longiore, aculeis 3 operculi poſterioris, ſquamis perparvis, pinna caudali recta. *Bl. t.* 235. *f.* 2.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15. D. $\frac{10}{25}$.

5. Auratus. H. corpore luteo punctis aurantiacis ſperſo, maxilla inferiore longiore, operculo poſteriore teraculeato, pinnis rotundatis, dorſi, ani et caudae ſquamatis, ano fere medio. *Bl. t.* 236.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20. D. $\frac{9}{24}$.

6. Tigrinus. H. corpore albo, guttis et faſciis fuſcis, pinna caudali lunata, ſquamis parvis operculo, poſteriore terſpinoſo ano pinnae caudali viciniore, linea laterali recta, dorſo vicina. *Bl. t.* 237.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15. D. $\frac{10}{21}$.

Habitat in India orientali.

7. Fasciatus. H. corpore luteſcente, faſciis plumbeis, maxilla inferiore, longiore, acuminata, ſerie unica dentium in maxillis, oper-

culo posteriore bispinoso, pinna dorsali fere recta, reliquis rotundatis, ano pinnae caudae viciniore. *Bl. t.* 240.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat cum antecedente.

8. Punctatus. H. corpore lutescente, punctis nigris rubrisque vario, maxilla inferiore longiore, unica serie dentium acutorum compressorumque in maxillis, pupilla coerulea, pinna dorsali recta, ceteris rotundatis operculi posteris, aculeo unico. *Pica-Piscanga P. Mauritii MS. Bl. t.* 241.

B... P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 17. D. $\frac{11}{13}$.

Habitat inter scopulos, maris Brasiliensis, carnis sapidae et salubris.

9. Lanceolatus. H. fasciis albis nigrisque varius, squamis minimis, ano medio, operculo posteriore biaculeato. *Bl. t.* 242. *f.* 1.

B. 6. p. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 13. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat in India orientali.

10. Coeruleo-Punctatus. H. corpore lutescente, maxilla inferiore longiore, pinnis coeruleo punctatis operculo posteriore unispinoso, squamis, minimis, pinna caudae rotundata. *Holocentrus. Bl. t.* 242. *f.* 2.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{3}{11}$. C. 13. D. $\frac{11}{26}$.

11. Maculatus. H. corpore nigro, albomaculato, maxillis aequalibus, pinna caudali rotundata, ano medio. *Holocentrus mac. Bl. t.* 242. *f.* 3.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat in India orientali.

12. SURINAMENSIS. H. rictu angusto, maxilla inferiore longiore, unica serie dentium, operculo anteriore profunde serrato, posteriore unispinoso, trunco lato, luteo-punctato, parte posteriore pinnae dorsi et ani lata, basi pinnarum ani caudae et dorsi squamata, pinnis rotundatis, radiis multum divisis. *Holocentrus S. Bl. t.* 243.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 17. D. $\frac{12}{28}$.

Habitat in Surinamo.

13. BENGALENSIS. H. lineis coeruleis longitudinalibus nigro-marginatis, operculo anteriore in angulo tantum dentato et in medio exciso, operculo posteriore superius dentato, in medio unispinoso, squamis magnis, pinna caudali lunata. *Holocentrus B. Bl. t.* 246. *f.* 2.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{11}{25}$.

Habitat in Bengalia.

Cum hoc pisce et Grammiste quinquelineato supra descripto comparabat *J. R. Forster MS. III.* 15. *Percam polyzoniam* a se in oceano pacifico, cum alibi tum circa insulam Ota haitee, ubi *Tàāpe* audit, repertam et his fere verbis descriptam.

Corpus compressum, oblongum, squamosum, supra sulphureum, abdomine albido, striis longitudinalibus 4 caelestibus, prima a margine superiore oculi ad medium baseos P. D. spiniferae; altera a medio fere oculo per angulam aperturae branchialis, et inde ad basin priorum radiorum muticorum P. D. tertia a superiore parte aperturae branchialis ad postremum baseos P. D. quarta circa labium superius sub oculo supra P. P. ad medium fere caudae ducta.

Caput compreſſum, corpore anguſtius, ſquamoſum; os rictu horizontali, obliquo: roſtrum acutangulum, maxilla ſuperiore longius: maxilla ſuperior brevior, dentata, extractilis: labia carnoſa: dentes utrinque et in palato: in maxillis ſubulati, breves, ſparſi, in palato minuti: nares geminae mediae, remotiuſculae, anteriores minores, poſteriores ovatae: oculi ſupremi, vicini, mediocres, iris argenteo flava: opercula triphylla, oſſea ſquamoſa: lamina anterior ſerrata, emarginata, infra rotundata ac dentato-ſerrata: poſterior ſupra baſin P. P. excurrente in membranam acuminatam, impoſitamque ei ſpinam adpreſſam, planam; tertia ima, anguſta, ſupra, ad commiſſuram cum poſtica, tuberculo oſſeo notata, recipiendo intra emarginaturam laminae anterioris: membranae br. 7 radii: dorſum arcuatum monopterygium, abdomen ſubrectum; linea lateralis ſupera, curva, parallela dorſo anus poſticus: cauda anguſta, compreſſa, ſquamae minutae, confertae, imbricatae. P. D. intra foveolam condendae radii $\frac{10}{25}$. P. P. acuminatae 15. P. V. rotundatae $\frac{1}{6}$. P. A. inaequalis $\frac{3}{11}$. P. C. bifidae 14 omnes pinnae flavicant. longit. 9 unciarum, latitudo $2\frac{1}{8}$.

Equidem utrumque Gram. quinquelineati exemplum ſiccum cum Holocentro Bengalenſi multo minore in liquore vinoſo ſervato, diligentiſſime comparavi, et utramque ſpeciem cum notitia Forſteri congruere vidi, niſi quod Gr. quinquelineatus 5 lineis caeruleis notatum gerit corpus, in utraque ſpecie 7 radios membranae br. numeravi. In notis Blochianis quae ſpectant opercula, falſae ſunt, rectius ab ipſo antea in deſcriptione piſcium annotatae. Is etiam in utraque ſpecie tuberculum infimae opercu-

lorum laminae vidit, et in Holoc. Bengalensi usum ejus conjectura persecutus est, cum aperto ore operculi priorem laminam statim recedere et posteriorem per tuberculum istud crenae suae insertum aperturae branchiali claudendae apprimere vidisset.

Eundem operculorum laminae anterioris sinum recipientem tuberculum infimae in pluribus percis et sciaenis obscure annotavit Forskael, manifestissime in Sciaena Bohar. no. 47. operculi anterioris sinum medium dicens, recipientem lobum osseum operculi posterioris. Est vero lobus iste vel tuberculum in supremo fine laminae tertiae et infimae operculorum. Schn.

14. Fulvus. H. capite declivi, rostro flexuso, dentibus superioribus anterioribus magnis, incurvis, corpore supra fulvo, infra rubescente, caudali pinna lunata. *Perca fulva J. R. Forsteri MS. II.* 118.

Corpus ovato oblongum, fulvum, abdomine et operculo inferiore rubescente: caput amplum, declive squamosum, rictus terminalis, obliquus amplus: rostrum obtusum, flexuosum, ab oculis descendens circa labia elevatum: maxillae subaequales, labiatae; labium superius duplex: dentes in maxillis, palato, faucibus 4 antice supra remoti, incurvi, magni, reliqui minores in eodem ordine: post hunc plurimi minuti, acerosi conferti: infra antici minores, reliqui minores ejusdem ordinis majores remoti: post eos plurimi, minuti acerosi conferti: lingua glabra: palatum supra antice denticulatum: nares mediae, remotae, anticae minores, rotundae; posticae majores, ovales: oculi ampli, laterales, remoti, medii, convexi,

ovati, membrana anulata ſemitecti, pupilla nigra, iride flavo-argentea, opercula triphylla, ſuboſſea, ſquamoſa: lamina antica ſerrata, arcuata, medio emarginata; poſtica appendice membranacea acuminata; tertia ima anguſta, ſupra ad commiſſuram cum poſtica tuberculo oſſeo notata, recipiendo intra emarginaturam laminae anticae: membranae br. 7 radii, apertura lateralis, operculata: nuchae ſquamae minimae, ante et pone ſeries transverſa majorum: dorſum arcuatum carinatum, ſulcatum: linea lateralis primum arcuata, in cauda compreſſa iterum recta: anus ſubmedius; ſquamae imbricatae, tenaces, pone nucham una ſeries transverſa ſerrato-ciliata, reliquae margine integro P. D. rubeſcens, $\frac{11}{27}$ ſpinis in foſſa recondendis, P. P. flavae, ſubfalcatae, radiis 16, P. V. ſtrictae, flavae, 6, P. A. flavo rubens $\frac{3}{11}$. P. C. lunata, 22 radiis, rubicunda, apice albo-marginato. Habitat mare pacificum circa inſulam Ota-haitee. Schn.

*15. Bimaculatus. H. operculo poſteriore biſpinoſo, pinna caudali lunata, bimaculata, pinnis luteis, pectoralibus longis, acuminatis, ano medio, linea laterali arcuata, maxillis aequalibus.

B. 6. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat in India orientali.

*16. Malabaricus. *tab.* 63. H. faſciis bruneis, punctis nigris et coeruleis, maxilla inferiore longiore, operculo poſteriore triſpinoſo, ſquamis minutiſſimis, filamentis ad ſpinas dorſales, ano pinnae caudali rotundatae propinquiore.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20. D. $\frac{11}{27}$.

Habitat ad Tranquebariam.

*17. MAROCCANUS. H. faſciis cinereis et plumbeis, latis, varius pinna dorſali poſtice lata, et coeruleo-lineata, maxilla inferiore longiore, operculo poſteriore biſpinoſo, baſi pinnarum ani dorſi et caudalis rotundatae ſquamoſa, ano pinnae caudali viciniore.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{10}{20}$.

Habitat ad regnum Maroccanum.

18. ERYTHRAEUS. H. ruber faſciis latis albidis, ſubquaternis, capite magno, dentibus ſetaceis, ſubulatis, in inferiore maxilla unica ſerie, in ſuperiore pluribus, binis utrinque inciſoribus majoribus, oculis magnis, propinquis, operculo poſteriore biſpinoſo, ramentis ad aculeos dorſales, ſquamis parvis, pinna caudae integra, radiis muticis pinnarum pectoris, dorſi et ani bifidis, radio ſecundo analis robuſto. *Perca faſciata. Forskael* 40. *n.* 39. *Gmel.* 1316. *n.* 47.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{11}{28}$.

Habitat mare rubrum.

19. GATERINA. H. corpore nigro-guttato, maculis ſparſis palato rubro, operculo poſteriore uniſpinoſo, ſquamis magnis, pinna cauda bifida, aculeis 4 pinnae analis latioribus et craſſioribus. *Gaterin Arabice, Sciaena gaterina Forskael* 50. *n.* 59. *Gmel.* 1303. *n.* 20.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{13}{33}$.

Habitat inter Corallia maris rubri.

20. SCHOTAF. H. corpore fuſco nigro-guttato, ore intus rubro, in mediis maxillis dentibus nullis, operculo poſteriore uniſpinoſo, pinnis nigricantibus, cetera praecedenti ſimillimus. *Gmel.* 51. *n.* 59. *Sciaena Schotaf. Forskael* 51. *n.* 59.

Habitat

Habitat in mari rubro.

21. Tauvina. H. corpore oblongo, gracili, fuſco, ferrugineo-nigro guttato, capite cuneato, maxilla inferiore longiore, operculo poſteriore, triſpinoſo, ſquamis parvis, denticulatis. *Arab. Tauvina, Perca Tauvina, Forskael n.* 58. *Gmel.* 1316. *n.* 46.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat rarior ad Arabiae littora inter corallia.

22. Marinus. H. capite acuto, ſtriis miniaceis et coeruleis ornato, maxillis et palato denticulato, ſtriis 6—7 nigris transverſalibus trunci, operculo poſteriore biſpinoſo pinna caudae lunata. *Perca marina Linn. n.* 9. *Gmel.* 1313. *Brunnich. P. M. no.* 80.

P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 14. D. $\frac{15}{29}$.

Habitat in mari Galliae auſtrali, Italiae et Norwegico.

In Muſeo A. Fr. membranae br. radios 7, P. D. $\frac{10}{24}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16. edit, opercula denticulata, dentes inaequales, corpus lituris flavis et violaceis variegatum, ſtatura Cabrillae. Brunnich contra Br. 6. D. $\frac{10}{26}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15. refert, dentes laterales 5 molares magnos acutos maxillae inferioris. Varietatem aliquam coloribus differentem Percae Cabrillae Lin. ſimilem eſſe ait. Ceterum hunc ipſum piſcem Itali piſcatores *Perſico*, *Perca* et *Perchia* vocant; hermaphroditum eſſe docuit *Carolini* de Generat. Piſcium p. 82. verſ. germ. Schn.

23. Argenteus. H. corpore argenteo, figura cyprini aurati, naribus tubuloſis, operculo poſteriore uniſpinoſo, dorſo antice carinato,

macula nigra in parte anteriore pinnae dorsalis, pinnae caudae bilobia, obtusa. *Perca argentea Linn. n.* 32. *Gmel.* 1322. *Sullupaugak Islandicis Fabricii* 167. *Uer Norwegicis. Ascanii. t.* 16

B. 6. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{12}{22}$.

Habitat mare Americanum et septentrionale Europaeum.

24. GIGAS. H. corpore ovato, compresso, ocherareo-fusco nebuloso, capite subtus rubro, maxillis aequalibus, dentibus anterioribus 4 majoribus, conicis in maxilla superiore, reliquis minoribus plurium ordinum, operculo posteriore trispinoso, ano pinnae caudali integrae, viciniore, dorsalis ramentis brevibus. *Meru massiliensibus Brunnich P. M.* 65. *Du Meru, Du Hamel III.* 38. *t.* 9. *f. r.? Perca gigas Gmel.* 1315. *n.* 43.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15. D. $\frac{11}{26}$.

Habitat in Mediterraneo mari, tripedalis.

25. UNICOLOR. H. corpore subfusco, maxilla inferiore longiore, operculo posteriore trispinoso, dorso subacuto, macula nigra inter nares et rostrum, macula atra ad basin caudae, pinnis pectoralibus longis, caudali lunata. *Perca unicolor. Sebae III.* 76. *n.* 10. *t.* 27. *f.* 10.

P. 13. V. 6. A. $\frac{3}{11}$. C. . . D. $\frac{10}{25}$.

26. FUSCUS. H. maculis nebulosis, macula fusca oblonga sub pinnis pectoralibus et ventralibus, opercula posteriore trispinosa, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva, obsoleta, pinnis fuscis, caudali rotundata. *Perca fusca Thunberg in Nya Handl. XIV.* 297. *t.* 9.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 19. D. $\frac{9}{15}$.

Habitat Japoniam cum ſequente ſemi pedalis.

27. Fario. H. corpore cinereo, maculis fuſcis, pinnarum omnium ſtriis transverſis fuſcis, abruptis, capite laevi, dentibus parvis multis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva, pinna cauda rotundata. *Perca fario Thunberg in Nya Handl. XIV.* 296. *t.* 9.

B. 5. P. 19. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 19. D. $\frac{12}{15}$.

28. Hexagonatus. H. corpore maculis hexagonis hysginis aſperſo, ad angulos macularum punctis ex viridi albis, caudali pinna integra pinnis ventralibus adnatis. *Perca hex. J. R. Forſteri II.* 113.

Corpus oblongum, puncta quibus macula quaelibet eſt incluſa, pallide ex caeruleo viridescentia: nonnunquam a puncto polygonali ad alterum linea excurrit tenuiſſima aeque pallida ex caeruleo virideſcens, quaedam paucae maculae ſunt heptagonae, aliae octogonae, pauciores pentagonae: praeterea his ſunt interſperſae maculae magnae irregulares ſanguineae. Caput ſquamoſum, cuneatum, rictus amplus, roſtrum breve, maxilla ſuperior brevior, labia ampla, dentes in maxillis, palato et oſſiculis palati: in maxilla ſuperiore dentes 2 validiores, in margine externo diſtantes, reliqui aceroſi, retro flexi: inferioris dentes 4 validiores, quorum 2 vicini, totidem diſtantes, nares geminae vicinae: oculi ampli, ſuperi, vicini, ſemitecti, pupilla nigro caerulea, iride ſubaurea opercula tryphylia ſquamoſa, anterius ſerratum, poſtici tribus aculeis: membranae br. radii 6: linea lateralis ſupera, obſoleta: anus medius: ſquamae oblongae, ciliatae, apice obtuſae, baſi truncatae. P. D. longitudinalis, coalita, $\frac{11}{27}$ ra-

diis, ſpinoſis ramento auctis, P. 16. V. $\frac{1}{6}$. ventri adnatae ope membranulae; A. $\frac{3}{11}$. C. ſub rotunda 15.

Habitat mare pacificum, incolis inſulae Otaheitee *Terão* audit.

GEN. 70. LUTIANUS.

Caput antice nudum, opercula anteriora ſerrata, poſteriorum ſpinae nullae.

*1. Lutianus. L. maxilla inferiore longiore, lineis longitudinalibus luteis obſoletis, operculo poſteriore acuminato, ſuperius inciſo, pinna caudae lunata, ano pinnae caudali viciniore, pinnis rubris, baſi pinnae dorſi, ani et caudae ſquamata. *Ikan Lutjang Japonenſibus. Bl. t.* 245.

B. 6. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{9}{23}$.

Corpus compreſſum, rictus mediocris, dentes acuti, parvi, nares geminae, pinnae pectorales longae, acutae, ſquamae integrae, rotundatae, apertura branchialis ampla, pars posterior pinnae dorſalis humilior.

Habitat in mari Japonico.

*2. Hasta. L. capite magno, lineis longitudinalibus caeruleis, pupilla caerulea, aculeo ſecundo pinnae analis praelongo, pinna caudae lunata. *Bl. t.* 246. *f.* 1.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{12}{26}$.

Habitat cum antecedente.

3. Chrysops. L. corpore argenteo, iride aurea, maxillis aequalibus, pinnis brevibus, opercula tenuiter ſerrata, linea laterali dorſo vicina et interrupta, pinna caudali lunata. *Bl .t.* 248.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 18. D. $\frac{11}{25}$.

Hofpitatur in Mufeo Linkiano Lipfiae.

*4. Erythropterus. L. trunco argenteo, maxillis aequalibus, pinnis fanguineis, fquamis parvis, interftitiis aculeorum pinnae dorfi fquamatis, linea laterali lata, fere recta, pinna caudali lunulata. *Bl. t.* 249.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20. D. $\frac{11}{24}$.

Habitat in Japonia.

*5. Notatus. L. corpore albo, dentibus anterioribus 2 vel 4 majoribus, maxilla inferiore longiore, macula nigra in parte pofteriore dorfi filamentis ad pinnas dorfales, pinna caudae lunata, linea laterali poftice incurva.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat ad Tranquebariam.

6. Maenula. L. argenteus, radiis muticis pinnae dorfi bifidis, maxillis aequalibus, pinna cauda divifa, linea laterali recta. *Mendole Duham. III.* 41. *t.* 6. *f.* 3.

B. 5. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 15. D. $\frac{10}{22}$.

Habitat in Mediterraneo mari.

7. Bohar. L. corpore oblongo, maxillae fuperioris longioris dentibus majoribus, pinnis ventralibus cute anexis, radiis muticis pinnae dorfi et ani fquamatis, pinna caudali bifida. *Bohar. Arabice*, *Sciaena Forskael.* 46. *n.* 47. *Gmel.* 1300. *n.* 9.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat in mari rubro.

Corpus rubet, lineis nebulisve albidis: dentes maxillae fuperioris duo fubulati, promi-

nentes intra hos duo alii breviores: laterales una ſerie poſiti: in inferiore medii remoti invicem, laterales 3 utrinque minores: ultra unus minor, ultimus triplo major: cirrhi 2 breves ante nares, operculo anteriore pone dentato angulo, medio ſinu recipiente lobum (tuberculum ſpinam Forskolius in Sciaena nigra dicit) poſterioris: operculo poſteriore inermi: ſquamae ſtriatae lineae lateralis, glabrae corporis: maculae 2 magnae ad dorſum cum vita exoleſcunt. Mihi piſcis hic cum duobus ſequentibus ad Holocentros pertinere potius videtur, cum quibus tuberculo operculi poſterioris convenit. Vide annotata ad Bengalenſem. Schn.

8. Gibbus. L. corpore ovato, rubente, albo-guttato, dorſo valde gibboſo, dentibus anterioribus duplo majoribus, cetera antecedenti ſimilis. *Nagil, Sciaena gibba Forskael* 46. *n.* 48. *Gmel.* 1300. *n.* 10.

B. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat cum antecedente.

9. Niger. L. corpore toto nigro, capite obtuſo, lacuna dentibus vacua in medio maxillarum, aculeo analis pinnae ſecundo triplo longiore primo, ano poſt apicem pinnarum ventralium, baſi pectoralium ſquamata. *Arabice Gatie, Sciena nigra. Forskael* 47. *n.* 49. *Gmel.* 1300. *n.* 11.

B. 7. p. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17. D. $\frac{10}{25}$.

Habitat littora Arabiae.

10. Trifurcus. L. capite pulchre variegato, faucibus luteis, operculo anteriore ſubtiliſſime denticulato, corporis faſciis 7 coeruleis,

radio 3 et 4 ſpinoſo dorſalis pinnae ramento longitudine radii ipſius acuto, caudali bifida. *Perca triſurca Linn. n.* 36. *Gmel.* 1322.

P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20. D. $\frac{11}{22}$.

Habitat in Carolinenſi mari.

11. MEDITERRANEUS. L. corpore fuſceſcente, labiis craſſis, macula nigra ad baſin pinnarum pectoralium et prope caudam, pinna caudali flava, rotundata. *Perca Mediterranea Linn. n.* 18. *Muſ. Ad. Fr. II.* 85. *Gmel.* 1314.

B. 5. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13. D. $\frac{16}{25}$.

Habitat in Mediterraneo mari.

Linnaeus ipſe labia craſſa annotavit. Brunnich P. M. n. 82. corpus oblongum, compreſſum, caput ſupra nudum, poris raris pertuſum, maxillae ſuperioris dentes duos tantum inciſores validos lanceolatos prominentes, inferioris decem minores anteriores, quorum medii 2 majores, annotavit iris oculorum aurea, medio circulo caeruleo, color corporis viridis, lineae laterali parallelae ſupra 3, infra 7, his ſubjacent aliae 5 latiores caeruleae: caput ſupra lineis caeruleis transverſis et ſerpentinis caeruelis pictum: margo membranae br. et caput ſubtus caerulea: P. D. ramentacea cum anali et ventrali olivacea-coeruleo transverſim maculata: linea lateralis ſupra pinnata, ſub fine dorſalis pinnae deorſum flexa poſtea recta. Videtur igitur ad Labros potius pertinere, quod ipſum Brunnichii judicium fuiſſe videtur. Schn.

12. SCRIBA. L. corpore ſupra rufeſcente, ſtriis transverſis fuſcis, oculis prominentibus, lineolis undulatis fuſcis capitis, operculo ante-

riore parum ſerrato, pinna caudae integra. *Perca Scriba Linn. n.* 29. *Gmel.* 1315.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15. D. $\frac{10}{25}$.

13. FASCIATUS. L. albeſcens, faſciis 7—8 fuſcis, transverſis, maxilla inferiore longiore, dente unico operculi anterioris majore, pinna dorſi in medio ſinuoſa, caudali lunata. *Perca faſciata Sebae III.* 78. *n.* 14. *t.* 27. *f.* 14.

P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{11}$. C. .. D. $\frac{12}{26}$.

14. AURATUS. L. corpore albicante, vitta flava, ſpina reflexa ſub oculis magnis: iride flava dentibus parvis acutis, linea laterali poſtice parum curva, caudali pinna et pectoralibus flavis, reliquis fuſco-albicantibus. *Perca aurata, Parck in Tranſact. of the L. S. III.* 35.

B. 5. P. 18. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat littora Sumatrae.

15. SUMATRENSIS. L corpore obſcure argenteo, pinnis longitudinaliter ſtriatis, capite parvo roſtro cuneato cum fronte fuſco, ſquamis parvis denticulatis, fuſco punctatis, rictu parvo, maxilla inferiore longiore, pinna pectorali et ventrali flavis, reliquis fuſcis, flavoſtriatis, linea laterali poſtice leviter deorſum flexa. *Perca Sumatrensis Parck l. c.* 36.

B. 5. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{12}{21}$.

Habitat gregarius inter corallia litoris Sumatrenſis.

16. PERTUSUS. L. corpore compreſſo, capite declivi, rictu anguſto, dentibus parvis, maxilla inferiore paulo longiore, utraque poris 6 pertuſa, dorſo arcuato, linea laterali curva, pinnis albis apice fuſcis, caudali rotundata,

fuſco maculata. *Perca pertuſa Thunberg in Nya Handl.* 1793. 198. *t.* 7. *f. r.*

P. 6. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. B. $\frac{3}{9}$. C. 17. D. $\frac{10}{31}$.

Habitat in Japonia.

* 17. Brasiliensis. *tab.* 64. L. corpore luteſcente, immaculato, rictu anguſto, unica ſerie dentium acutorum, diſcretorum, macula fuſca magna pinnae ani et dorſi, baſi et interſtitiis pinnarum ſquamatis, caudali lunata.

P. 17. V. $\frac{3}{5}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18. D. $\frac{13}{28}$.

Habitat in Braſilia.

18. Lunulatus. L. rubeſcens, lunula caudali nigra, vertice convexo, nudo, maxillis aequalibus dentibus conicis, curvis, caninis ſupra validis, pinnis ventralibus auratis, reliquis rubeſcentibus. *Park in Tranſ. of the L. S. III.* 35. *tab.* 6.

B. 7. P. 16. V. 7. A, $\frac{3}{12}$. C. 17, D. $\frac{10}{24}$.

Habitat littora Sumatrae.

Species dubiae.

a) Perro. *Parrae* 4. *tab.* 5. *f.* 2. Capite tantum ſimilis piſci *Perro colorado f. r.* vocato, (Lutiano verti. Bl. tab. 255.) ceterum corpore latiore: pinnae dorſalis radii primi et poſtremi longiores, medii breviores et ſpinoſi, analis priores 2 ſpinoſi, ſquamae laeves: color margaritaceus corporis, pinna dorſalis maculae carneae, poſtrema nigra. Eſus carnis ſuſpectus habetur.

b) Lunulatus. L. dentibus binis majoribus utriusque maxillae corporis albicantis maculis lunatis rubris. *Cabrilla, Parra* 95. *t.* 36. *f. r.*

Habitat mare Americanum, edulis.

GEN. 71. BODIANUS.

Caput antice nudum, opercula anteriore margine laevi, poſteriora ſpinoſa.

1. GUTTATUS. B. dentibus caninis 2 in utraque maxilla, operculi poſterioris ſpinis 3, pinnis rotundatis, ſquamis parvis. *Bl. t.* 224.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{9}{25}$.

Corpus compreſſum, rictus amplus, dentes parvi in maxillis palato et faucibus, narium par duplex pone oculos, oſſa labialia lata, linea lateralis dorſo propinquior, anus pinnae caudali vicinior, apertura branchiarum ampla.

Habitat in Japonia.

In exemplo multo majore, ſicco ex India orientali miſſo, ubi Tamulice *Panniſutan* audit, membranae br. radios 7 manifeſtiſſimos numeravi, ſeries poſtrema ſeu intima dentium longiorum quam anteriorum. Piſcis anadromus longitudinem 1$\frac{1}{2}$ pedis attingere et edulis eſſe dicitur. Schn.

2. BOENAK. B. ſtriis capitis et faſciis, trunci fuſcis, maxilla inferiore longiore, dentibus 2 anterioribus majoribus, operculo poſteriore triſpinoſo, ſquamis parvis, faſcia nigra ad baſin pinnae caudalis rotundatae, ſquamis parvis denticulatis. *Boenak Japonice. Bl. t.* 226.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17. D. $\frac{9}{25}$.

Habitat cum antecedente.

3. RUBER. B. corpore lato, rubro, ventre albo dentibus 4 anterioribus majoribus in utraque maxilla, reliquis cuneiformibus, aculeo longo ad operculum poſterius, dorſo arcuato,

pinna caudali lunata. *Acara Aya P. Mauritii M. S. Bl. t.* 227.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{9}$. C. 15. D. $\frac{9}{27}$.

Habitat lacus Brasiliae, tripedalis, edulis.

4. MACULATUS. B. corpore coeruleo-maculato, capite obtuso declivi, dentibus anteriobus majoribus linea laterali antice parum curva, caudali lunata, operculo anteriore trispinoso, posteriore bispinoso, squamis minimis, denticulatis. *Bl. t.* 228.

B. 7. P. 15. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 21. D. $\frac{7}{19}$.

Habitat in Japonia.

5. MARGINATUS. B. corpore rubro, supra lineam lateralem nigro-maculato, infra nigro punctato pinnarum rotundatarum margine nigro, spina magna operculi posterioris. *Pirati a pia P. Mauritii M. S. Apua. Bl. t.* 229.

Habitat ad Brasilia.

Piscis anadromus, aestate inter scopulos maris, hieme in aquis dulcibus degit; pinguis et in deliciis habetur; pondere libralis.

P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 17. D. $\frac{7}{23}$.

6. MACROLEPIDOTUS. B. capite parvo, rictu angusto, dentibus cuneiformibus, squamis ut cyprinoideis, operculo anteriore bispinoso, pinna caudali lunata. *Bl. t.* 230.

B. 4. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 22. D. $\frac{14}{22}$.

Habitat in India orientali.

7. STELLIFER. B. corpore albo, immaculato, capite brevi obtuso, maxilla superiore longiore, rictu obliquo, radiis argenteis pone oculos, operculis trispinosis, caudali pinna rotundata. *Bl. t.* 231. *f.* 1.

B. 4. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 18. D. $\frac{12}{33}$.

8. ARGENTEUS. B. corpore oblongo, argenteo, immaculato capite acuminato, dorfo arcuato, cauda gracili, maxilla inferiore longiore, pinna dorfi recta, humili, caudali furcata, ano medio. *Bl. t.* 231. *f.* 2.

B. 7. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 22. D. $\frac{9}{24}$.

*9. LOUTI. B. corpore oblongo, lanceolato, miniato, cauda bifalcata, margine pinnarum flavo, fquamis parvis, integris, operculo pofteriore trifpinofo, linea laterali in medio curvata interftitiis pinnarum caudae, dorfi et ani fquamatis, pectoralibus rotundatis. *Louti Arabice, Perca luti Forskael* 40. *n.* 40. *Gmel.* 1318. *n.* 52.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15. D. $\frac{9}{24}$.

Habitat inter corallia profunda maris rubri. (Vide annotationem fequentem. Diverfa est perca. *Luth. Hafelquifti* p. 402.)

10. MINIATUS. B. corpore coccineo-rubro, coeruleo-guttato, labiis craffis maxilla inferiore longiore, operculo pofteriore trifpinofo, pinnis rotundatis, ventralibus tantum acutis, fquamis parvis rotundatis, integris dentibus 2 conicis in utraque maxilla, linea laterali curva. *Zarbûn Arabice, Perca miniata Forskael* 41. *n.* 41. *Gmel.* 1317. *n.* 48.

B. 7. p. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 15. D. $\frac{9}{24}$.

Habitat in mari rubro inter corallia, pifcibus rictitans.

VAR. *a*) colore fufco, ocellis coeruleis, pinna ani margine albo. *Balâh Arabice.*

VAR. *b*) colore rubro, guttis caeruleis, margine fufco, dentibus aequalibus in maxilla in-

feriore, anterioribus majoribus in ſuperiore. *Nadjil Arabice.*

Eandem *maculatam* vocavit repertam in mari alluente Inſulam S. Chriſtinae ſeu Wàitàho J. G. R. Forſter MS. III. 11. ex cujus notitia has diverſitates excerpam. Lancarii in ſuperiore maxilla utrinque 2 in inferiore unus utrinque, cum Forsk. in utraque maxilla binos ponat. Palatum denticulum etiam. Nares geminae ovatae; cum Forsk. ſimplices et ante ſingulas cirrhum conicum in cavitate annotet. Opercula ſunt ſquamoſa P. D. $\frac{11}{27}$ radiis compoſita, rubra, ſupra ſpinas nigro marginata, ramentis breviſſimis pone ſpinas, quae Forsk. etiam annotavit ventralis rubrae et rotundatae $\frac{1}{6}$, analis rubrae $\frac{3}{11}$. P. C. rubrae integrae 19. Longitudo 12 unciarum, latitudo $3\frac{1}{4}$. Opercula anteriora integerrima, pone modice ſerrata ait Forsk. operculum primum perpendiculare ciliato ſerratum dicit Forſter.

Hujus varietatem eſſe ſuſpicior *Percam urodetam* Forſteri ibidem captam, 13 uncias longam, $3\frac{3}{6}$ latam, purpureo ſanguineam; quae his notis praeter colorem diſcrepat. Dentes longiores, iris purpurea, membranae branchioſtegae radii 6, pinnae dorſalis purpureae $\frac{9}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. arcuatae $\frac{3}{11}$. caudalis rotundatae 17 cauda purpurea lituris duabus apice convergentibus, obliquis, margine exteriore albis.

Huc pertinet etiam *Perca faſciata* Forsk. no. 39. alio relata a Blochio.

Affinem et prope varietatem tantum eſſe *Percam irroratam* putabat Forſter, quam cum *perca Louti* Forskalii comparavit, a qua tamen his notis eam diſcrepare video. Corpus oblongum ſpadiceum, punctis minutis in quavis ſqua-

mula, ſingulo angulato, ex caeruleo albido irroratum, colore verſus abdomen pallidiore ſpadiceo, longum 10, latum 5 unicas, caput 3 longum, ovatum: laniarii ſupra 2 infra 1 utrinque. Pinna D. ſpadicea, albo irrorata, in parte mutica margine albido extimo, $\frac{11}{28}$. P. P. rotundatae 18 radii, V. ovatae $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. caudalis integrae truncatae 20. Schn.

11. SUMMANA. B. corpore cinereo-fuſco, albo-guttato, cauda brevi ſupra macula nigra, pinna rotundata, macula nigra obliqua ſub oculis, iride fuſca, opercula poſteriora triſpinoſa, *Summan Arabice, Perca Summana Forskael* 42. *n.* 42. *Gmel.* 1317. *n.* 49.

B. 7. p. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 15. D. $\frac{11}{28}$.

Habitat cum antecedente.

VAR. *a*) corpore coeruleſcente, macula nigra ſupra caudam, guttis fuſcis, ſquamis parvis. *Kaſsjara Arabice, vel Koſchar.* P. 18. C. 18.

VAR. *b*) corpore cinereo, guttis fuſco flaveſcentibus, pinna caudae truncata. *Arabice Daba.* P. 18. C. 14. D. $\frac{11}{29}$.

12. ROGAA. B. corpore nigro-rufeſcente, membrana branchioſtega et capitis lobis obtectis, obſcure rubris, dorſo ab initio gibbo, pinnis nigris, caudali aequali, capite obtuſo, mandibula inferiore longiore, ante nares rotundas cirrhus utrinque in cavitate, ramentis pone ſpinas dorſales, interſtitiis radiorum et baſi pinnarum dorſi caudae et ani ſquamatis, pinnis rotundatis. *Perca Rogàa Forskael* 38. *n.* 36. *Gmel.* 1315. *n.* 44.

B. 7. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 14. D. $\frac{9}{28}$.

Habitat inter corallia maris rubri.

Var. Lunaria, differt vitta rubra juxta marginem ventralis pinnae dorſalis et analis in pinna caudali truncata, lunula alba hyalina. *Arabice Bint er robban, Perca lunaria Forskael* 59. *n.* 37. *Gmel.* 1316. *n.* 45.

B. 7. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 14. D. $\frac{9}{28}$.

13. Radula. B. corpore ovato-oblongo, livido, punctis albis lineato, oculis magnis. operculo poſteriore triſpinoſo, rictu amplo, dentibus parvis, linea laterali curva pinna caudali parum bifurca. *Perca Radula Linn. n.* 34. *Labrus Amoenit. I.* 599. *n.* 47. *Gmel.* 1322.

P. 12. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 17. D. $\frac{11}{20}$.

Habitat in Indiis.

14. Sebae. B. corpore terete, capite oblongo, depreſſo, zonis 8 vel 9 fuſcis variegato, operculo poſteriore biſpinoſo, linea laterali et pinna dorſali recta, caudali rotundata. *Perca oblonga Sebae III.* 78. 16. *t.* 27. *f.* 16.

* 15. Striatus. *tab.* 65. B. ſtriis albis luteisque transverſalibus varius, brunea longitudinali per oculos ducta, dentibus anterioribus majoribus, operculo poſteriore uniſpinoſo, baſi pinnarum dorſi ani et caudae lunatae ſquamata, linea laterali poſtice incurva, ano medio.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17. D. $\frac{10}{23}$.

Habitat in India orientali.

Partem ſpinoſum dorſalis et analis foſſula recondit: operculorum laminae poſterioris ſquamae multo majores generi Alpheſtae vindicant, piſcem quem primum inter Holocentros numeratum deinde huc retraxerat amicus.

Schn.

Species non definita.

GUATIVERE *Parra 7. tab. 5. f. 1. et 2.*

Caput acutum; maxilla superior brevior; dentem utrinque majorem, veteros aciculares habet; corpus colore rubro tinctum nigroque punctatum: maculae nigrae duae in dorso caudae. Caudalis pinna rotunda. Caro edulis.

GEN. 72. CICHLA.

Caput antice nudum, dentes parvi, opercula neque serrata, neque spinosa.

1. ERYTHRURA. C. corpore lato, argenteo, rictu angusto, dorso et linea laterali arcuatis, squamis magnis, pinna caudali furcata, radio tertio pinnae analis longiore. *Sparus Erythrurus. Bl. t. 61.*

P. 15. V. $\frac{I}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 20. D. $\frac{9}{20}$.

Corpus compressum, maxillae aequales, dentes parvi, multi, acuti, nares 4 ante oculos, apertura branchiarum ampla, anus pinnae caudali vicinior basis pinnae caudalis dorsalis et analis squamata, ventrales et pectorales acuminatae.

Habitat in Japonia.

In 3 exemplis liquore vinoso conditis radium secundum dorsalem praelongum omnes compressos, et ramento colorato auctos, pinnam dorsalem et analem squamis longis erectis, cinctam et maxillam superiorem protractilem in tubum longum vidi branchiam retro spuriam nullam. Schn.

2. CUNING. C. corpore argenteo, lineis luteis longitudinalibus, maxilla inferiore longiore rictu parvo, ano remoto, pinna caudali furcata. *Ikan Oewrae Cuning Japonici, Sparus Cuning. Bl. t. 263. f. 1.*

B. 6.

B. 6. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 19. D $\frac{9}{25}$.

Habitat Indiam orientalem.

3. Brama. C. corpore compreſſo, lato, argenteo, capite parvo, ore anguſto, dentium acutorum aequalium ſerie unica in maxillis, capitis ſquamis parvis, naribus ſuperioribus oblongis, inferiorioribus lobatis, ano medio, pinna caudae diviſa, fere tota ſquamata, linea laterali lata, arcuata, ſquamis denticulatis, ſuperioribus et inferioribus minoribus rhombeis mediis majoribus rotundis. *Sparus Brama Bl. t.* 269. *Du Hamel III.* 22. *t.* 4. *f. r.* 2.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 19. D. $\frac{10}{22}$.

Habitat fretum inter Galliam et Angliam.

Oſſicula duo denticulata rotunda palati extremi, ſed poſt branchias nulla vidi. Schn.

4. Macrophthalma. C. corpore lato, aureo, dorſo arcuato, oculis magnis, dentibus, 4 anterioribus majoribus ſupra, ano medio, pinna caudae diviſa. *Sparus macrophthalmus. Bl. t.* 272.

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20. D. $\frac{12}{22}$.

5. Dentex. C. copore lato, ſupra luteo, infra argenteo, dorſo arcuato, dentibus, utrinque 4 caninis incurvis, diſcretis, in utraque maxilla, radiis mollibus pinnarum dorſalis analis et pectoralium bifidis, pinna caudae lunata, baſi ſquamata. *Sparus Dentex Bl. t.* 268. *an Dentex Linnaei?*

B. 6. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15. D. $\frac{11}{22}$.

Habitat in Mediterraneo mari. (Vide inter Sparos n. 10.)

6. Japonica. C. corpore luteo, longitudinaliter lineato, capite declivi, maxilla infe-

riore longiore, linea laterali fere recta, pinnis rubris, caudali magna lunata. *Sparus Japonicus Bl. t.* 277. *f.* 1.

B. 5. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 18. D. $\frac{10}{19}$.

Habitat Japonicum mare.

7. SURINAMENSIS. C. corpore luteo, rubro-fafciato, linea laterali interrupta, maculis 3 nigris laterum, pinnis ventralibus acuminatis, radiis bifidis, caudali lunata. *Sparus S. Bl. t.* 277. *f.* 2.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16. D. $\frac{15}{28}$.

Habitat Surinamum.

8. CYNODON. C. unica ferie dentium acutorum, difcretorum, anterioribus majoribus pinnis fanguineis, caudali lunata, anali brevi, linea laterali dorfo vicina, fere recta. *Ikan Cacatoe Japonice. Sparus Cynodon. Bl. t.* 378.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 20. D. $\frac{11}{25}$.

Habitat in Japonia.

9. TETRACANTHA. C. corpore lato, albo, dorfo violaceo, ocello albo, iride nigra pone initium lineae lateralis, pinnis lutefcentibus, aculeis 4 in pinna ani, caudali lunata, pectoralibus longis, acuminatis. *Bl. t.* 279. *P. Plumier MS.*

P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{11}$. C. 22. D. $\frac{11}{18}$.

Habitat in mari ad Antillas.

10. BIMACULATA. C. corpore lato, albo, rictu angufto, macula rotunda nigra ad initium lineae lateralis et ad bafin pinnae caudalis, pinnis rotundatis, linea laterali fere recta. *Acara Brafilienfibus, Pr. Mauriti MS. Perca maculata Bl. t.* 310. *f.* 1.

P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 15. D. $\frac{15}{27}$.

Habitat in fluminibus Brasiliae.

11. BRASILIENSIS. C. corpore oblongo, argenteo, pinnis luteis, maculis oblongo-rotundatis nigris ad lineam lateralem rectam, pinna caudae rotundata. *Nhacunda Brasiliensibus, P. Mauritii MS. Perca Brasiliensis. Bl. t.* 310. *f.* 2.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 16. D. 25.

Habitat cum antecedente.

12. ARGENTATA. C. corpore argenteo, immaculato, radiis muticis pinnae dorsalis bifidis, caudali lunata, basi pinnae ani squamata, linea laterali fere recta. *Bl. t.* 311. *f.* 1.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 18. D. $\frac{11}{27}$.

Habitat in Japonia.

13. MACROLEPIDOTA. C. corpore lato, squamis magnis, lineis longitudinalibus luteis, obsoletis, pinna caudae lunata, basi squamata. *Perca Japonica Bl. t.* 311. *f.* 2.

B. 5. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{8}$. C. 16. D. $\frac{10}{20}$.

Habitat cum antecedente.

14. GUTTATA. C. corpore sanguinolento, guttato, operculis magnis, pinnis rotundatis, ano medio. *Plumier MS. Perca guttata Linn. n.* 21. *Gmel.* 1315.

P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 15. D. $\frac{9}{19}$.

Habitat ad Antillas.

* VAR. MACULATA. C. corporis argentei guttis ruberrimis. *Bl. t.* 313.

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 12. D. $\frac{14}{24}$.

Habitat cum antecedente.

15. PUNCTATA. C. corpore coeruleo-punctato, lateribus argenteis, dorſo purpureo, operculo poſteriore in medio exciſo, ano capiti propinquiore, pinna caudae rotundata. *Plumier MS. Perca punctata Bl. t.* 314. *Linn. n.* 20. *Gmel.* 1315.

P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 14. D. $\frac{10}{22}$.

Habitat cum antecedente.

*16. ERYTHROPTERUS. C. argenteus, pinnis rubris, dorſalis et analis, baſi ſquamata, caudali lunata, linea laterali arcuata, maxilla inferiore longiore ano medio, ſquamis parvis, pinnis acuminatis.

Habitat in India orientali.

*17. OCELLARIS. *t.* 66. C. rictu amplo, obliquo, maxilla inferiore longiore, acuminata, dentium minimorum, unica ſerie, ſtriis transverſalibus fuſcis 2, macula magna nigra ad finem pinnae dorſi, ocellato nigro, iride alba initio pinnae caudalis rotundatae et ſquamatae, linea laterali verſus pinnam ani deſcendente deinde recta, pinna dorſali in medio ſinuoſa, baſi ſquamata, ſquamis parvis, ano remoto.

B. 5. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 20. D. $\frac{15}{32}$.

Habitat cum antecedente.

Branchia ſpura nulla, nec maxillae branchiales, ſed oſſa duo aſpera in palato extremo. Schn.

18. ARGENTIMACULATA. C. maxilla inferiore longiore, dentibus faſtigiatis, inferioribus lateralibus ordine majoribus retrorſum, infra illos dentes aliis ſetaceis multis utrinque, litura coerulea ſub oculo verſus os ducta, oper-

culis ſquamatis, interſtitiis radiorum pinnae dorſalis ſquamatis, pinnis fuſco rufeſcentibus, ſquamis in dorſo nigricantibus, margine et apice argenteis, in ventre rufeſcentibus, margine pallidis. *Schaafen Arabice*, *Sciaena argentimaculata Forskael* 47. *n.* 50. *Gmel.* 1300. *n.* 12.

B. 7. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. D. $\frac{10}{24}$.

Habitat Arabiae littora.

19. Cinerascens. C. corpore ovato-oblongo, ſquamis integris, rhombeis, albidis, ad baſin utrinque gutta ferrugineo-flava, unica ſerie dentium ſiliformium, pinna caudae biſida. *Tahmel Arabice*, *Sciaena cineraſcens Forskael.* 53. *n.* 66. *Gmel.* 1305. *n.* 27.

B. 7. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 15. D. $\frac{11}{23}$.

Habitat in mari rubro.

*20. Pelagica. C. prima dorſi longitudinalis, pinnis muticis, fuſcis, pectoralibus et ventralibus parvis, caudali diviſa, ſquamis minimis lateribus argenteis, linea laterali fere recta et media, ano medio, naribus 2 pone apicem oris. *Scombar pelagicus Linn.* *n.* 10. *Muſ. A. F. I. t.* 30. *Sloane Jam. t.* 1. *f.* 3.

B. 7. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. 22. C. 20. D. 49.

Linnaeus pinnam dorſalem, radiis 40 compoſitam, a capite fere usque ad caudam protenſam, verſus caudam ſerratam, referre ait pinnulas partiales ſeu appendiciformes, ut in ſcombro vulgari, quamvis ſit continua P. P. 19. V. 5. A. 22. verſus caudam ſerratam, ut dorſalem caudalem valde bifurcam radiis circiter 20 compoſitam, imbricatim ſquamis alternis bifariam obtuſis, arcuato ſtrictis tegi: corporis compreſſi lineam lateralem rectam procedere.

Quem Gronovius Zooph. no. 306. cum pelagio Scombro Linnaei comparavit, is dorſalis pinnae radiis 24, quorum 7 anteriores longiores aculeati, reliqui vix dichotomi ſunt, ventralis aculeo primo longiſſimo et validiſſimo et analis tribus anterioribus aculeis validiſſimis differt. Mihi in uno exemplo Blochiano cauda rigida bifurca cum radiis extremis analis pinnae ramoſis, quos Linnaeus etiam annotaverat ſolam Scombrorum ſimilitudinem continere videntur. Schn.

21. LINEATA. C. flaveſcenti argentea, lineis 3 longitudinalibus fuſcis, pinnis flavis, roſtro acuto. *Sciaena lineata J. R. Forſteri MS. II. 52.*

Corpus ovato-lanceolatum, compreſſum: caput dorſum cum lateribus et pinnis fuſca, lineis dorſi et laterum 3 argenteis: jugulum pectus et abdomen argenteo-albida: ſquamae capitis, operculorum et corporis parvae: roſtrum acutum, rictus parvus, dentes maxillarum et palati minuti, acuti, conferti: nares geminae, ſuperae, anteriores oblongae, marginatae; opercula triphylla, linea lateralis ſubrecta, anus ultra medium ventrem, pinnae dorſalis et analis in foſſula condendae, caudalis forficata B. 6. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{27}$. C. 30. D. $\frac{18}{54}$.

Habitat mare pacificum locis ſaxoſis et inprimis in fretis anguſtis inter duos ſcopulos circa Novam Zeelandiam, carne ſapida: hamo captum nautae Xanthurum (*Yellow-tail*) vocabant, 24 pollices longum, 7 latum.

22. MACROPTERA. C. viridi argentea, maxilla ſuperiore longiore, radio decimo pinnae pectoralis ſimplice longiſſimo. *Sciaena Macropt. J. R. Forſteri MS. II. 54.*

Corpus ovatum, compreſſum; a nucha ad initium aperturae br. macula utrinque cuneata nigra: ſquamae magnae, adpreſſae. Frons depreſſa, plana, alepidota, labia craſſa, dentes minuti, aequales, nares geminae oculis vicinae, oculi ſuperi, oblongi, iride ex viridi argentea: opercula triphylla, ſquamoſa, linea lateralis ſuprema, arcuata, anus ultra medium ventrem, pinna D. in foſſa condenda, inaequalis, $\frac{17}{43}$. P. 15. quorum 9 ſuperiores aequales, dichotomi, 10 — 15 ſimplices cartilaginei, decimus quinque pollicaris. V. 6. A. $\frac{3}{17}$. C. 30. bifurca.

Habitat circa Novam Zeelandiam; ab incolis hamo capitur et comeditur.

Comparavit ipſe Forſterus Gronovii Cynaedum Zoophyl. no. 221 *cauda bifurcata, dentibus aequalibus minimis, radiis pinnarum pectoralium infimis ſubulatis, longioribus*, cujus exemplum ſiccatum, et ex oceano Indico allatum, hic in tabula X. f. r. pinxit. Habetis caput ſubacutum declive frontem et latera inter oculos et roſtrum alepidota, oculos magnos protuberantes, dentes minutiſſimos, aequales, acutos, labiis tectos: lineam lateralem dorſo parallelam: P. D. $\frac{21}{41}$. P. mediae, latiſſimae, 15 radiis, quorum ſuperiores 9 ſubramoſi, inferiores ſimplices ſubulati, inermes, longiores, in aequales, ita ut infimus ramoſis par ſit longitudine. V. ferme abdominales, radiis 6, parvae, vicinae, A. $\frac{2}{13}$. Veſtigia faſciarum transverſarum latarum et nigrarum 4 in ſicco piſce conſpicere ſibi viſus eſt Gronovius. Niſi plane idem eſt piſcis, ſexu forte diverſus, certe congener habendus eſſe mihi videtur. Schn.

25. Cultrata. C. corpore ovato, dorſo craſſo convexo, gula, pectore et abdomine ca-

rinatis, pinnis ventralibus parvis, ventri adnatis atque invicem connatis. *Sciaena cultrata J. R. Forsteri MS. IV.* 9.

Corpus compressum, dorsum caeruleum, reliqua argentea, squamae mediocres, argenteae; caput subrotundum cultratum, argenteum; rictus superus, parvus, obliquus, arcuatus; dentes minuti acutissimi, conferti, lingua obtusa, caerulea: oculi superi, mediocres: regio ocularis et vertex squamosa: nares geminae, superae, in rostro brevi; opercula triphylla, argentea, membranae br. radii 6, anus anticus, linea lateralis curva, P. D. brevis, composita, membrana laterali inclusa, $\frac{8}{32}$. P. 15. V. 5. A. brevis membrana laterali inclusa, $\frac{3}{29}$. C. bifurca 22. — Habitat circa insulam Norfolkiae capta hamo, 8 uncias longa, $2\frac{1}{4}$ lata. Schn.

24. ARGYREA. C. corpore ovato argenteo, squamis magnis, deciduis, semiorbicularibus: capite acuto, corpori aequali, ore simo, exiguo, superciliis canthoque oculi pellucido-argenteis. *Sciaena Argyrea J. R. Fosteri MS. IV.* 8.

Rostrum subdepressum, breve, denticuli acerosi, minimi, conferti, lingua glabra; ossiculum mystacinum (labiale?) utrinque ovale, magnum, argenteum: nares geminae, supremae, vicinae invicem, anteriore foramine minore: oculi superi, antici, amplissimi, membrana anulari semitecti, iride argentea: opercula triphylla, flexilia, squamosa, argenteo-lucida: membranae br. radii 6: thorax cum ventre planus, dorsum arcuatum linea lateralis dorso parallela, supera, cauda compressa, anus medius: P. D. fere longitudinalis, intra folia membranacea duo condenda, uti analis, $\frac{9}{19}$. P. 15.

V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. bifurca 17. — Habitat in Tanna infula maris pacifici. Schn.

GEN. 72. GYMNOCEPHALUS.

Caput nudum, offa labialia adfunt.

1. Cernua. G. corpore luteo, nigropunctato, capite cavernofo, maxillis aequalibus, operculo anteriore dentato, pinna dorfali finuofa, caudali lunata. *Perca cernua Bl. t.* 53. *f.* 2. *Linn. n.* 30. *Gmel.* 1320.

B. 7. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{7}$. C. 17. D. $\frac{15}{27}$.

Corpus compreffum, fquamae ciliatae, durae, cuti profunde immerfae, nares geminae, maxillae dentibus minimis afperae, linea lateralis dorfo vicina et parallela, anus in tertia parte pofteriore, pinnae pectorales rotundatae, nigro maculatae, apertura branchialis ampla.

Habitat in Europaeis aquis dulcibus, purioribus, menfibus Martio et Aprili ova ponens.

2. Schraetser. G. corpore luteo, lineis 3—4 nigris longitudinalibus capite craffo, pinna dorfali nigro-punctata, operculo pofteriore unifpinofo, anteriore vix ferrato. *Bl. t.* 332. *f. r. Porca Schraetfer Linn. n.* 31. *Gmel.* 1321.

B. 6. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 15. D. $\frac{18}{30}$.

Habitat in Europae auftralis aquis dulcibus.

3. Argenteus. G. corpore argenteo, pinna dorfi in medio excifa, ano fere medio operculo anteriore ferrato, pinna caudali divifa. *Bl. t.* 332. *f.* 2.

B. 5. P. 12. V. $1\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 14. D. $\frac{9}{19}$.

Habitat in India orientali.

4. Vermicularis. G. corpore lato, ar-

genteo, lineis vermiformibus luteis, rictu amplo, dentibus conicis, dorſo arcuato, pinnae dorſalis margine luteo, ano fere medio, pinna caudae diviſa. *Sargus argenteus Plumier MS.*

P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{7}{13}$. C. 16. D. $\frac{22}{0}$.

Habitat ad Antillas.

5. Unimaculatus. G. argenteus, capite parvo dentibus acutis, diſcretis, pinnis purpureis, dorſali in medio ſinuoſa, macula nigra caudali, pinna caudae bifida, linea laterali recta. *Pitangu Braſilienſibus P. Mauritii MS. Marcgraf.*

B... P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C... D. $\frac{17}{20}$.

Habitat in Braſilia.

6. Ruber. *tab.* 67. G. corpore toto ſanguineo, nigro-punctato, ſquamis magnis, ſpina poſt oculum et ad angulum operculorum, pinna caudae recta. *Carauna Braſilienſibus P. Mauritii. MS.*

Habitat in Braſilia.

7. Acerina. G. corpore oblongo, nigroguttato et punctato, capite producto, longitudine dimidii trunci, maxilla ſuperiore longiore, rictu anguſto, operculis integerrimis, ſpina ſecunda pinnae analis valde robuſto, pinna caudae biſurca, ſquamis ciliatis. *Bahis Ruſſis Güldenſtaedt in N. C. Petrop. XIX.* 455. *t.* 11.

B. 7. P. 25. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{7}$. C. 17. D. $\frac{17}{30}$.

Habitat in Ponto Euxino.

8. Pallidus. G. corpore oblongo, compreſſo, capite declivi, maxilla inferiore longiore, dentibus acutis, anterioribus majoribus, incurvis, ſquamis ciliatis, ventre prominente, ano capiti propinquiore, pinna dorſi longitudi-

nali recta, caudali rotundata. *Sciaena pallida Linnaei Muſ. Ad. Fr. I.* 65. *t.* 31. *f.* 1.

B. 5. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 14. D. $\frac{9}{20}$.

ORD. III. ABDOMINALES.

GEN. 74. ACIPENSES.

Os inferum cirrhi anteriores.

*1. Sturio. Ac. corpore pentagono, ſquamis aſpero inter ſeries ſcutorum 5, cirrhis in medio roſtro. *Bl. t.* 88. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1483.

P. 30. V. 25. A. 24. C. 24. D. 38.

Corpus oblongum, craſſum, infra planum ſeries quinque ſcutorum mucronatorum, caput roſtratum, cirrhi 4, os tubuloſum, retractile edentulum, opercula rotunda, oſſea, apertura branchialis ampla, ſemicularis *) nares binae ante oculos, anus remotus, linea lateralis inconſpicua, dorſalis pinna inter abdominales et analem oppoſita, caudalis lunata, lobo ſuperiore longiore.

Habitat in oceano et maribus Europaeis et Americanis, anadromus, ad 8—10 pedes et 180 libras excreſcit, ut ovarium ejus 800 libras ponderet, teſte Pallaſii Itinerario. Ex omnium acipenſeris ſpecierum ovis garum Caviar paratum in deliciis ciborum habetur.

*2. Ruthenus. Ac. ſcutis carinatis cirrhis parvis, ordinibus ſcutorum binis laterum, uno dorſali. *Bl. t.* 89. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1485.

P. 20. V. 23. A. 22. C. 76. D. 39.

Habitat in mari Caſpio, longus 2—3 pedes.

---

*) Non linearis, ut dicit immortalis Linnaeus.

*3. HUSO. Ac. corpore laevi inter ſeries carinatorum ſcutorum 5, cirrhis verſus apicem roſtri breviſſimis, operculis brevibus. *Bl. t.* 129. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1487.

P. 33. V. 30 A. 23. C. 40. D. 66.

Habitat in Danubio, Volga, aliisque imperii Ruſſici fluviis et mari Caſpio, etiam in mari ſeptentrionalis Americae.

4. LICHTENSTEINII. *tab.* 69. Ac. corpore pentagono, hiſpido, ſcutis lateralibus et ventralibus lobo oſſeo acutis, roſtro longo, reflexo, inferius carina longitudinali, cirrhis mediis inter apicem et os, ſpinis 2 poſt pinnam analem et dorſalem ſpatio inter ſeries ſcutorum majore quam in antecedentibus.

P. 32. V. 21. A. 25. D. 55.

Prof. *Lichtenſtein* Hamburgo miſit: habitat in mari germanico.

5. STELLATUS. Ac. Rutheno ſimilis ſed gracilior, roſtro ſpathulato, ſubrecurvo, ſubtus coſtato, cirrhis ori proprioribus, meatu auditorio inſigni, lunato. *Pallas Reiſ. I.* 460 *n.* 22. *Seusjurgae*, *Lepech. Reiſ. I.* 156. *t.* 10. *f.* 1. 2. *Güldenſt. in Nov. Act. Petrop. XVI.* 533. *Gmel.* 1486. *n.* 5.

Habitat in mari Caſpio,

6. SCHYPA. Ac. roſtro obtuſo ſubulato, cirrhis apici, roſtri propinquioribus, labiis biſidis. *Ibid. p.* 532. *Gmel.* 1484. *n.* 4.

Habitat cum antecedente.

Annot. Spiraculum ſingulare utrinque in ipſa junctura cranii et operculi parvum ad auditum non pertinere docuerunt Monro et Camper in Schriften der naturf. Fr. VII. p. 206.

In Cranio Sturionis pinxit Klein Miſſus I. tab. 2. ſig. A. 6. In Rutheno acipenſere branchiam quintam ſimplicem adhaerentem operculo extremo vidi; in ſturione branchia multo minor eſt quinta et fere immobilis: in Lichſteinii acipenſere rudimentum quintae immobile totum operculo extremo agglutinatum reperi. Schn.

GEN. 75. CHIMAERA.

Maxillarum oſſa denudata, margine crenata, cauda elongata, acuminata.

*1. Monstrosa. Ch. labio superiore plicato, inciſo, naribus per geminam labii ſuperioris inciſuram patentibus, cauda apterygia in filum elongata. *Bl. t.* 124. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1488.

Corpus oblongum, alepidotum, cartilagineum, compreſſum, caput acuminatum, rictus anguſtus, os ſimum, maxillae dentatae ſuperiores dentes figura inciſorum, oſſa 2 lata palati, inferior maxilla latior, caput pori concatenati ſuturarum inſtar pertuſum ad latera, proceſſus oſſeus cranii inter oculos ſine aſpero terminatur. Mas habet in capitis vertice cirrhum breviſſimum, apice penicilliformi, cincto aculeolis: oculi per magni, opercula cutacea cute annexa, apertura branchialis gularis intus quadripartita, aculeus magnus ad pinnam anteriorem dorſi, anus inter pinnas abdominales, capiti propinquior, cutis laxa; pinnarum baſis carnoſa, pectorales magnae, analis et dorſalis ſecunda humiles, linea lateralis recta, dorſo vicina; appendices maris ex ternis conſtant oſſibus longis, quorum bina ſerrata ſunt, pro pene falſo habentur ante pinnas ventrales oſſa duo latiuſcula, margine interiori uncinato, con-

dita in abdominis cute ferme tota latent, ceterum basi sua cum basi pinnarum et appendicum conjuncta; radii pinnarum numerosissimi et ita tenues, ut numerari non possint.

2. CALLORHYNCHUS. *tab.* 68. Ch. capite magno, lato, rostro plano, membranaceo, apice pendulo, recurvo, ore infero, cauda acuta, pinnata, linea laterali ab initio sursum curva, pinna anali nulla. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1489. *Callorhynchus elephantinus Gronov. Mus. I. n.* 130. *Zooph. n.* 141. *t.* 4. *La Chimère antarctique Cepede* 400. *planche* 12. *f.* 2. *ubi exemplum siccum, difforme pictum extat.*

Habitat in mari Aethiopico et Chilensi, longa 3 pedes.

3. AMERICANA. Ch. capite compresso, parvo, obtuso, ore terminali, rictu angusto, pinnis 2 dorsalibus longitudinalibus, anali nulla. *Callorychus americanus, Gronov. in Act. Helv. VII.* 49.

Habitat in Oceano Americano, fere sesquipedalis.

GEN. 76. PRISTIS.

Processus maxillae superioris horizontalis utrinque dentatus, spiracula infera 4 - 5 utrinque.

Hoc genus cum quatuor sequentibus habet corpus depressum nares et spiracula infera, oculos et foramina temporum supera, os transversum caret ossibus labialibus, maxillae sunt cartilagineae, nares oblongae geminae, divergentes, intus cellulosae, aperturae branchiales lineares, opercula membranacea, oculi approximati, oblongi, ante communi tecti, pone eos pinnae pectorales et foramina temporum satis

patula ventrales laterales, anus inter ventrales, pinna ani nulla.

*1. Pectinata. *tab.* 70. *f.* 1. Pr. dentibus longis, anguſtis, acutis, utrinque 23-24. *Latham in Transact of the Linn. Soc. II.* 278. *t.* 26. *f.* 2.

Corpus cartilagineum, oblongum, alepidotum, ſupra convexum, aſperiuſculum, os transverſum, maxillae aequales, dentes plani in ſeries plures digeſti, nares geminae, oblongae, divergentes, in plura ſepta diviſae, caput parvum et roſtratum, trunco anguſtius, oculi in latere ſuperiore, poſt eos foramina temporum 2, pinnae pectorales et ventrales a ſe invicem remotae, pinna dorſalis ſolitaria, ventralibus fere oppoſita cauda dipterygia, prima meſura, ſecunda apicem ambiens, anus inter pinnas ventrales. Exemplum meum a capite ad apicem caudae 3 pedes 5 pollices longum, ſerra 1 pedem 3 pollices. Sed piſcis excreſſit ad 15 pedum longitudinem.

Habitat in oceano.

*2. Cuspidata. Pr. ſerra fere aequali, dentibus latis, planis, apice cuſpidatis, utrinque 24—28. *Latham. l. c. f.* 3.

*3. Canaliculata. P. margine poſteriore dentium canaliculata. *Latham l. c. f.* 1.

4. Microdon. Pr. dentibus brevibus, cuſpidatis, utrinque 18, corpus 28 pollices longum, ſerra 10 pollices longa, ergo plus quam $\frac{2}{3}$ totius longitudinis, dentes $\frac{1}{4}$ pollices longi. *Latham l. c. f.* 4.

5. Cirrhata. *tab.* 70. *f.* 2. Pr. dentibus poſt oculos continuatis, utrinque circiter 20

longioribus acutis, modice incurvis, 3—6 brevioribus intermixtis; infra cirrho utrinque uno in media ſerra, ſpiraculis 4 utrinque dentium in ore acutorum parvorum ſeries 5. *Latham. l. c. t.* 27.

6. GRANULOSA. Pr. dentibus ſerrae utrinque 27 cuſpidatis, oris granuloſis, cute craſſa, aſpera, ex vinereo viridi, victitae mitulis marinis et herbis, quem cibum ſolum in ſtomacho reperit. Parra Tridente jactus capitur, et pugione per cerebrum trajecto occiditur, caro ſapida. *Parra* 75. *f.* 33. *Pez de Eſpada Hiſpanis.*

Habitat loca vadoſa Oceani.

GEN. 77. RHINA.

Corpus latum, aculeatum, caput rotundatum, pinnae pectorales, ventralibus approximatae.

*1. ANCYLOSTOMUS. *tab.* 72. Rh. oculis remotiſſimis, orbitis aculeatis, aculeis elevatis compreſſis, canaliculatis gemina ſerie in capite, 5 in dorſo, humeralibus minoribus, maxillis arcuatis, tuberculatis, rictu amplo, pinna dorſi ante pinnas ventrales, cauda bipinnata.

Corpus cartilagineum, caput magnum latum, depreſſum, foramine temporum magna, rictus amplus, baſis caudae craſſitie aequalis poſtremo trunco; pinna dorſalis alta, ventralibus oppoſita, meſura media inter dorſalem et caudalem bilobatam, lobus ſuperior major, pectorales anguſtae.

Habitat in mari indico ad Coromandeliam 2 foeminas examinavi long. ad ſinem caudae 21, lat. cum pinnis pectoralibus $5\frac{1}{2}$ pollices.

2. SINENSIS. Rh. corpore ovali, ſuperius bruneo, inferius roſeo, dorſo aculeato, cauda tripin-

tripinnata, ultima apicem ambiente rotundata, gemina ſerie aculeorum ad caudam, et aculeis 3 utrinque ad oculum. *Raie chinoiſe, Lacépède I.* 157. *t.* 2. *f.* 2. ex pictura Chinenſi deſcripta et delineata.

Habitat in Mari Sinenſi.

GEN. 78. RHINOBATUS.

Corpus oblongum, caput acuminatum, cauda fere conica, pinnae pectorales a ventralibus remotae.

*1. Rhinobatus. Rh. corpore granuloſo, aſpero, unico ordine tuberculorum oſſeorum acutorum in medio dorſo, apterygio; cauda tripinnata ultima pinna lanceolata. *Arabice Hal. Raja Rhinobatus. Forskael.* 19. *n.* 28. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1510. *Willugby t. D. f.* 1.

Corpus cartilagineum, ſuperius parum convexum, inferius planum, glabrum, album, caput roſtratum, oculi ſuperi ovales, pone eos temporalia foramina ovalia, maxillae aequales, latae, dentes parvi, plani, hexagoni, in plures ordines digeſti, roſtrum ſemipellucidum, pinnae pectorales graciles, pectus et partem ſuperiorem abdominis ambientes, ventrales laterales, inter quas anus, iisdemque in maribus 2 appendices annexae ſunt; baſis caudae vix anguſtior fine trunci, inter tubercula acuta in medio dorſi adſunt tubercula granuloſa carina in utroque latere caudae tripinnatae, quarum 2 meſurae, tertia ad apicem, membrana craſſa includit radios pinnarum, ut numerari non poſſint.

Habitat in mari Mediterraneo et Indico ad oram Coromandeliae, et in mari rubro. Examinavi duos mares et tres foeminas, nec

differentiam inveni nisi in appendicibus ad anum. Maximum exemplum meum 5 pedes longum, ubi latissimum vix pedale, cum pinnis pectoralibus $1\frac{1}{3}$ pedem latum.

*VAR. *a*) Rh. corpore latiore, rostro obtusiore, tuberculis minoribus, pinnis pectoralibus ventralibus magis approximatis.

Habitat Indiae ad oram Coromandeliam pedalis 10 poll. latus cum pinn. pector. 7 poll.

VAR. *b*) differt, aculeis mucronatis in medio dorsi, rostro pellucidiore.

Exemplum maximum foemineum, pinnas dorsales utriusque et caudales partem anteriorem dimidiam granis osseis satis magnis obsitam habet, quae in reliquis duobus minoribus minus sunt conspicua. Varietas prior est sexus masculus capite latiore, dentibusque fere conicis, cum in priore et varietate altera; qui sexus foemineus est, sint utrinque convexi, acie transversa secundum oris longitudinem sita. Praeter has diversitates nullam equidem agnoscere aliam potui. Schn.

*2. LAEVIS. *tab.* 71. Rh. corpore laevi, fuscescente, nigro alboque maculato, aculeis ad orbitas, et spinam dorsalem, ordinibus 2 brevibus aculeorum divergentibus ad humeros, dentibus planis, oblongis, sexagonis in 5 series dispositis, pinnis pectoralibus a ventralibus remotis, pinna dorsi unica, ventralibus opposita, cauda bipinnata, ultima pinna bilobata.

Habitat ad Tranquebariam: Foeminam examinavi longam 17 poll.

VAR. Rh. corpore subaspero, griseo, immaculato, foeminam examinavi ejusdem magnitudinis.

In literis Johnii accuratam hujus speciei reperio hic ante oculos lectorum ponendam. Exemplum hic describendum longitudine 16½ pollices aequabat, verum adultus piscis ad magnitudinem 7 pedem excrescere dicitur. Oculi dissident a capitis apice spatio 3½ pollicum, iride alba, pupilla nigra, rictus dissidet 2½ poll. Latitudo capitis per rictum mensi aequat 4 poll. pinnarum pectoralium 6½ poll. ventralium 3½ poll. Rictus ab ano dissidet 5½ poll. anus ab initio caudalis pinnae dissidet 7 poll. Pinna dorsalis prior a capite dissidet 9 poll. longa 2 poll. lata 1½ poll. a posteriore dissidet 3 poll. haec a pinna caudali 3 pollices longa et 2½ lata dissidet 1½ poll. maxillae asperae tactu, dentibus fere inconspicuis. A pinna dorsali priore versus caput medium dorsum occupat series aculeorum 14 plus quam lineam longorum. Color corporis supra cinereus, ab oculis ad rostri apicem hepaticus, ventris albus. Macula atra rotunda dorsum utrinque juxta pinnas pectorales ornat, 4 niveis minoribus cincta. Similis anterius versus oculos et ad basin pinnae dorsalis, plures per latera, pinnas pectorales et basin ventralium positae conspiciuntur. In ora Coromandelica raro captus esu jucundus et salubris traditur.

In literis serioribus varietas Blochiana descripta esse videtur, ubi piscis ad 4 pedes, excrescere et nomen Malaicum *Pharsra* gerere dicitur. Exemplum Johnii 1 pedem 10½ pollices longum erat, dorso ex fusco cinereo, capite ab oculis inde ad apicem rufescente, dorso granulis aspero a pinna dorsali priore ad oculos. Esus ejus Malabaricis incolis gratus, abjecto tamen capite a spiraculis temporalibus

usque, pellucido cartilaginis albae inſtar. Menſuras partium omitto. Schn.

3. Electricus. Rh. corpore laevi, trunco brevi, tuberculorum oſſeorum unica ſerie in dorſo, cauda tripinnata, ultima pinna lanceolata, radio primo harum pinnarum aſpero, pinnis ventralibus pectoralibus approximatis. *Puraque Pr. Mauritii. MS. Marcgrav.* 151.

Habitat in Braſilienſi mari.

4. Djidsensis. Rh. corporis cinerei, maculis albidis ovatis in dorſo et ad apicem pectoralium, poſt anum vittis fuſcis albisque, caudae pinna biloba, aculeorum ordine in intio dorſi triplice, dein ſimplice, pinna dorſi prima ſupra pinnas ventrales. *Djidſenſis, Forskael* 18. *n.* 17. *Gmel.* 1511.

Habitat in mari rubro, 2 ulnas longus, $\frac{3}{4}$ ulnae latus.

Genus rhinobati recte mihi a rajis ſeparatum eſſe videtur, ut pote inter ſqualos et rajas medium: verum rhinae genus rhinobatis adjungendum cenſeo, quippe capite rotundiuſculo tantum diſcrepante. Quae quidem nota ſectionem primam Blochianam rajarum a reliquis genere etiam ſeparare debuiſſet, ſi valeret. Reliqua in rhina plane cum corporis forma rhinobatorum conveniunt, quam bene Graecia nomine ex ſqualo ſquatina (rhina graece vocato) et raja rubi inſtar aſpera compoſito ſignavit. Corporis enim partem anteriorem rajam aſperam, poſteriorem ſquatinam referre teſtatur Ariſtoteles h. a. 6, 11. Similitudinis cauſam fabula piſcatorum graecorum ab Ar. tradita ad generis utriusque coitum referebat.

Belonius obiter hoc genus çum nomine Ge-

nuensi *Squatrolino* memoravit. Salvianus notitias scriptorum antiquorum de pisce sibi non viso collegit. Primus piscem accurate descripsit, pinxit, dissecuit et nomen Neapolitanum *Cetola* edidit F. Columna, ex cujus Phytobasano notitiam cum pictura repetiit Willughby. Squatinam refert rhinobatus Columnae, longiore tamen rostro et corpore. Corpus alepidotum, subfuscum supra, albicans infra, medium dorsum occupat series brevium aculeorum: post oculos juxta foramina temporalia adstant aculeo bene. In pisce 30 pollices longo pinnarum ventralium appendices masculae 5 pollices longae erant.

Auctoritatem Columnae secuti sunt Artedi, Willughby et Klein, quorum hic postremus genere a reliquis rajis rhinobatum nominatum separavit eique speciem a Marcgrafio memoratam cum nomine *Puraque* addidit congenerem.

Gronovius rajam aliquam descriptam a se retulit ad rhinobatum Columnae et Linnaei, uti contra Linnaeus ipse postea Gronovianam notitiam cum rhinobato comparavit. Verum ipsi notitiae insunt argumenta aliqua diversitatis hic breviter commemoranda. Primum caput produci in rostrum rotundiusculum et totum esse laeve dicitur. Deinde cauda subtus plana, margine utrinque acuta, corporis longitudine protensa aculeorum serie armata dicitur: contra caput omne cum corpore et pinnis inerme et laeve esse affirmatur. Postea pinna caudalis ouata traditur, quae forma haud scio an in nulla plane raja reperta fuerit. Deniqne Gronovius ipse secum miro modo pugnat, dum in speciei notis rostrum trigonum productius

et caudam latam pinnatam inermem ponit, quas deinde in descriptione tacitus refutavit.

Gallus Du Hamel acceptum sub nomine squatinae oblongae piscem masculum rectius pinxit quam enarravit. Omnia fere cum notitia Columnae conveniunt. Praeter aculeorum dorsalium seriem orbitam et foramina temporalia cingunt aculei, per reliquum etiam corpus bini ternique dispersi.

Forskalius duas rajas invicem comparavit notisque suis utramque distinxit, cum Linnaei rhinobatum in brevi notitia agnoscere non posset. Quod is caudae limbum vel marginem a pinnae dorsalis anterioris regioue exordiri ait, in Blochianis exemplis contra est. Statim enim post ventrales, multo igitur spatio ante dorsalem anteriorem limbus iste incipit apparere.

GEN. 79. RAJA.

Corpus latum, cauda tenuis, pinnae pectorales thoracem abdomen ambientes.

*1. Torpedo. R. ordine terno dentium acutorum, in basi latiorum, dorso impenni, trunco lato, pinnis pectoralibus angustis, cauda corpore breviore, tripinnata, ultima pinna apicem ambiente. *Bl. t.* 122. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1504.

Habitat in mari Mediterraneo, Britannico et sinu Persico.

Historiam naturalem torpedinis bene enarravit Steph. Lorinzini in libro edito Florentiae 1678 in Germanicam sermonem verso Lipsiae 1795 unde traducam, quae huc pertinere mihi visa sunt. Dentes dicit parvos, duros, uncinatos; parere foetus vivos refert aequinoctio verno, uterum ferre per 3 fere menses. Vulgo corpus cinereum supra maculis 5 nigris

oculatum esse, varietatem maculis, albis multis: quasdam cum maculis 5 nigris simul plures albas gerere: immaculatas corpore ferrugineo conspici: denique quasdam limbum foraminum temporalium simbriatum gerere. Negat etiam appendices pinnarum ventralium masculo sexui proprias esse, utpote repertas in gravidis foeminis torpedinum aliarumque rajarum. Schn.

*2. Timlei. R. dentibus parvis, planis, in multas series digestis, rictu angusto, pinnis pectoralibus a ventralibus discretis, corpore bruneo, nigro maculato, latere inferiore capitis poris pertuso, oculis parvis, foraminibus temporum transversalibus, amplis, ovalibus, dorso impenni, cauda tripinnata longitudine fere corporis.

Habitat ad Tranquebariam Timlei Malais dicta.

In Museo Blochiano geminum exemplum masculum vinaceo liquore conditum cum tertio siccato, foemineo, maculato, vidi, in quo quidem rictum parvum non agnovi, sed potius dentes fere rhombeos planos in utraque maxilla per plures series dispositos, quorum tamen latitudo multo minor et fere dimidiata maxillae, fere ut in raja flagello dicetur. Hanc speciem Malaice *Pulli Timilei* i. e. rajam electricam maculatam vocari narrat Johnius in literis ad Blochium, ejusque viribus electricis aegrotos Indos uti ad membra paraplectica curanda. Inprimis in morbo Indico *Almoreyn*, genere diarrhoeae haemorrhoidalis; carnibus ejus vesci Indos non sine prospero effectu. Schn.

*3. Dipterygia. R. corpore bruneo, immaculata, dorso apterygio, cauda dipterygia,

foraminibus temporum longitudinalibus: ceterum cum antecedente convenit.

Habitat cum praecedente.

4. Capensis. R. dorſo monopterygio, apertura branchiarum 4 utrinque, radio ultimo pinnarum ventralium rigido, ceterum torpedini ſimilis. *Gronov. Zooph.* 35. *n.* 152. *Gmel.* 1512. *n.* 19.

Habitat ad Promontorium bonae ſpei.

Quibus notis a praecedente differat, excogitare non poſſum: neutram vidi: ſed Gronovii exemplum foemineum fuiſſe videtur. Schn.

*5. Aquila. R. capite ſubroſtrato, oculis prominentibus, dentibus obtuſis, aculeo longo ſerrato fere in medio caudae unipinnis. *Bl. t.* 81. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1508.

Habitat in Mediterraneo, rarior in mari ſeptentrionali, interdum 300 libras pondere aequans.

In pictura Bl. aculeus ſerratus non eſt: et Linnaeus in M. A. F. poſt pinnam unicam in baſi caudae teretis ſpinas duas acutas retrorſum ſerratas ponit, contra in Syſt. N. aculeum longum ſerratum. Schn.

*6. Pastinaca. R. foraminibus temporum amplis, lunatis, dentibus obtuſis, aculeo ſerrato in medio caudae impinnis, longae. *Bl. t.* 82. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1509.

Habitat in oceano Europaeo et mari Mediterraneo.

7. Micrura. R. capite obtuſiſſimo, pinnis pectoralibus latiſſimis ventralibus parvis, cauda brevi tenui, nigro alboque faſciata.

Habitat in Surinamo, in muſeo Vaillanti Pariſiis hoſpitatur.

8. Guttata. R. corpore cinereo, nigro guttato et punctato, capite cordiformi, cauda pinnata, duplo longiore corpore. *Jabebireba Brasiliensibus, Pr. Mauritii MS. Marcgrav.* 175.

Habitat Americae australis, maria, usque ad 5—6 ped. lata, cauda 11 ped. longa.

9. Orbicularis. R. corpore orbiculato, coeruleo, tuberculis duris dorsalibus, aculeis 2 serratis in medio caudae impennis plusquam duplo corpore majoris. *Aireba Pr. Mauritii MS. Marcgrav. l. c.*

Habitat cum antecedente, eadem magnitudine.

*10. Flagellum. *tab.* 73. R. corpore duplo latiore quam longo, capite et pinnis pectoralibus acuminatis, pinna dorsali brevi, aculeo uno vel gemino, utrinque serrato in basi caudae flagelliformis, quadruplo longioris corpore.

Habitat mare Indicum ad oram Coromandeliae.

11. Narinari. R. corpore laevi chalybeo, maculis albis numerosis, aculeis, binis, oblique compressis, retrorsum serratis inaequalibus post pinnam dorsalem minimam sub triangularem in basi caudae setiformis, compressae, corpore triplo longioris sitis. *R. nar. Euphrasen N. S. A. XI.* 205. *tab.* 10. *Narinari - pinima Bras. Marcgraf Bras.* 175. 176. *Willoughby* 66. *tab. C. I. f.* 5. *Pr. Mauritii MS. Lusitanis Raja, Belgis Pylstaert. Otahaitensibus E, whaî.*

Caput prominens, compressum, supra apicem foveola transversa notatum, os inferum dentibus exiguis confertissimis obsitum, oculi laterales mediocres foramina temporalia rotunda, oculis paulo majora: corpus depressum, la-

tiſſium, angulis lateralibus acutis, pinnis marginatum, ſupra chalybeum, maculis albis rotundis pollicis diametro, ſubtus album.

Habitat oceanum Americanum; in inſulis Caribaeorum caro alba comeditur.

Cum hac raja Blochius comparaverat ſimilem, cujus notitiam a J. R. Forſtero acceptam cum eo communicaveram, Inter dapes Otahaitenſium non ultimum piſcis locum occupat, ubi aculei hamati veluti venenati ſtatim evelluntur e cauda capti. In Atlantico mari ad magnitudinem ingentem creſcit in pacifico niſi minorem non vidit Forſter. Corpus rhombeum, nudum, glabrum, depreſſum, ſupra colore plumbeo ſeu ferreo, maculis albis rotundis magnitudine piſi adſperſum, ſubtus album, cauda nigra. Caput corpore anguſtius ſubtrigonum, roſtratum, obtuſum, medio ſupra ſulco longitudinali lato exaratum. Rictus parvus: labium inferius rectum transverſum ad angulos inciſum retrorſum verſus: ſuperius bilobum medio diviſum ad palatum fraenatum, margine crenatum, lateribus rotundatis: ad inciſuram lateralem ſunt duo lobuli in orificio ſinus roſtrum antrorſum intrantis, unus utrinque. Dentes inferiores oſſei, figura ſpatulata conjunctim, at ſeparatim ex oſſibus pluribus lunatis imbricatis, membrana conjunctis, ſuperioribus multo longiores. Superiores quoque ex oſſibus pluribus imbricatis ac membrana conjunctis latioribus, quam oſſa dentium inferiorum. Lingua nulla: oculi laterales, remoti prominuli parvi, pupilla perpendicularis oblonga, nigra, iris flava; nares nullae: ſed adeſt pone oculos foramen ovale amplum per capitis medium pervium, infra cum ore conne-

xum per orificium valvula vel lobo tectum. Cauda longiſſima attenuata, teres, tripla corporis longitudine et ultra. Spinae geminae pone p. d. utrinque hamatae vel biſerratae, ſerraturis hamatis, acutiſſimis. Hucusque Forſter. Pictura maxillae, qualem antea apud doctiſſimum Blumenbachium Goettingae videram, apposita ſpeciem teſtae octovalvis gigantis chitonis, interius viſae aliquo modo refert, mihique fere perſuadet rajam Forſteri ab altera Sueci ſexu ſaltim, niſi ſpecie, diverſam eſſe.

Haec poſtquam ſcripſeram, exemplum rajae flagelli dimidiatum ſiccumque curioſius rimatus hanc ipſam dentium formam in ſolutis maxillis reperi. In ſuperiore aderant 8 in formam literae V effícti et ſibi invicem membrana juncti, in inferiore 12 literam ζ ſinguli imitati, omnes baſi crenata maxillis juncti, et maxillarum medium locum occupantes, lateribus utrinque nudis. Comparemus nunc Willughbei locum de rajae Narinari dentibus, de quibus ille haec, ſecutus Marcgrafium noſtrum: loca dentium os habet linguae figura inferius in ore, 4 digitos longum, ſesquidigitum latum ad fauces usque pertingens et ſiimile os ſuperius transverſum, 2 digitos longum et totidem latum. Inferius os conſtat ex 17 oſſibus albis, duris, literae V figura, qui arcte per membranas conjunguntur, hiſce alia 17 ſubjacent ſingula ſingulis, ſpongioſa ad aſpectum nec ita dura. Superius os conſtat 14 oſſibus literae ζ figura, quae eodem modo per membranas ſibi invicem agglutinantur, iisque alia etiam 14 oſſa ſuperjacent (ſubjacent?) Duo autem illa oſſa per membranas annectuntur aliis oſſibus capitis: huc usque Willughbejus,

qui basin crenatam vel aliam quamcunque partem dentibus subjectam pro alteris dentibus numerasse videtur, cui simile quid in maxillis Blochianis equidem non video, quae plane similes sunt illis, quas ex pisce Jamaicensi in histor. Jam. 2. p. 674. sub nomine Pastinacae marinae laevis ex atro caeruleae, albis maculis notatae descripto pinxit Sloane in Vol. 19. Actorum Angl. Societ. p. 673. no. 232.

12. Manatia. R. corpore trapezioformi, oculis lateralibus, pinnis capitis 2, dorso impenni, medio gibbero, pinna caudae furcata. *Raje manatie*, *Lacépède I.* 160. *t.* 7. *f.* 2.

Habitat circa aequatorem Americae, longa usque ad caudam $15\frac{2}{3}$ pedes, lata tantundem.

Equidem vix dubito, quin eadem sit cum cephaloptera, ex pictura et brevi notitia descripta a Gallo. Schn.

13. Sephen. R. corpore suborbiculato, dentibus graniformibus, planissimis, pinnis pectoralibus latissimis quadriformibus, naribus fere longitudinalibus, caudae duplo longioris corpore, subtus pinna longa nigra, lanceolata supra aculeis 2 longis, utrinque serratis. *Forskael* 17. *n.* 16. *Gmel.* 1508. *n.* 11.

Var. priori similis, sed tota maculata, spina una vel duplice in cauda apterygia. *Ibid.* 18.

Habitat mare rubrum.

14. Nichofii. R. corpore fasciato, capite obtuso, pinnis pectoralibus latissimis, cauda flagelliformi, apterygia. *Willughby Append. t.* 10. *f.* 3.

Habitat mare Indicum.

15. Arnak. R. dentibus granulosis, corpore orbiculato, argenteo, cauda terete. apte-

rygia, ſpinis duabus. *Forskael IX. n.* 13. *Gmel.* 1512. *n.* 14.

Habitat mare rubrum.

16. Lymna. R. corpore ovali, teſtaceo, maculis ovatis, coeruleis, oculis prominentibus, dentibus granuloſis, aculeo in medio caudae pinnatae corpore parum longioris. *Forskael* 17. *n.* 15. *Gmel.* 1511. *n.* 13. *Lacépède I.* 32. *t.* 4. *f.* 2. 3.

Habitat in mari rubro ad urbem Lobajam, vix pedalis.

*17. Batis. R. cinerea, nigro-punctato, dentibus acutis, aculeis ad marginem orbitae et unico ordine in cauda gracili, verſus finem bipinnata, apice apterygio. *Bl. t.* 79. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1505.

Habitat in Europaeo oceano.

*18. Oxyrynchus. R. dentibus acutis, unica ſerie tuberculorum mucronatorum in medio dorſi et caudae bipinnatae, in apice apterygiae. *Bl. t.* 80. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1506.

Habitat in mari Mediterraneo et oceano Europaeo.

19. Cephaloptera. R. capite anterius bipinnato, oculis lateralibus, cauda impenni, ſpiraculils 6 utrinque. *Mobular i. e. Diable de Caraibes, où raje Cornue des Açores, Du Hamel Pêch. III.* 293. *pl.* 17. *Cepede I.* 151.

Habitat in mari Pacifico, rariſſime in Mediterraneo ad Maſſiliam. Sceleton capitis tantum conſervo, quod ex Muſeo meo delineatum dedit Schneider in Promtuario Lipſienſi.

Haud ſcio ad hanc an ſimilem ſpeciem pertineant quae narrat Gallus in Libro: *Tableau*

de Cayenne où de la Guiane françaiſe, Paris 1799. p. 132. de raja aliqua quam incolae *Raje-Diable* vocant.

*20. Imbricata. R. pinnis pectoralibus roſtrum ambientibus, dentibus parvis, planis, ſerie unica ſquamarum oſſearum imbricatarum in medio dorſi, aculeis 2 magnis utrinque ſerratis in baſi caudae longae attenuatae.

Habitat ad oram Coromandelicam Indiae. In exemplo maſculo paulo plus quam pedem longo, tubercula minima oſſea, plana, fere conica in cranio et per totam dorſi ſpinam mediam diſpoſita, in occipite et ante aculeos ſerratos majora et fere imbricata, cum conis oſſeis longioribus aliquot, planis, incumbentibus video, dentes etiam depreſſos, in apicem exeuntes. Cauda eſt abrupta. Schn.

*21. Clavata. R. dentibus acutis, aculeis clavorum forma ad roſtrum, oculos et ſpinam dorſi, in cauda unica ſerie, pinnis 2 brevibus in poſtrema cauda. *Bl. t.* 83 *). *Gronov. Zooph. n.* 154.

Habitat in mari germanico.

*22. Rubus. R. capite ſubroſtrato, dentibus conicis acutis in baſi dilatatis, in ſeries 7 digeſtis, in latere inferiore et ſuperiore hinc inde clavata, verſus marginem pectoralium aculeata, ordine aculeorum clavatorum in dorſo unico, terno in cauda verſus apicem bipinnata. *Bl. t.* 84. *Gmel.* 1507. *n.* 10.

---

*) Appendices marium ad pinnas ventrales non eſſe membra virilia, ut creditur, docet anatomia, unde derivari uſum earum in actis ſcrutatorum naturae, C. Schrift. der Geſellſchaft N. F. VI. 377. Antea de iisdem tractaverat. Battara in *Atti de l'Académ. di Siena* T. IV. p. 354. tab. VIII.

Habitat in oceano Europaeo.

Vefcitur pifciculis omnis generis ét fquillis, non facile fundum maris relinquens: pinnas ventrales et caudam horizontaliter flectendo locum mutat: editur fubputrida tantum.

Vereor ad haec a praecedente fpecies aliter nifi fexu ejusque notis difcrepet. Schn.

*23. Africana. R. aculeis conicis mucronatis, clavatis, denfiffimis, cauda impenni duplo longiore corpore

Habitat in mari Africano ad oram Guineae. Corpus 4, cauda 8 ped. longa.

*24. Asperrima. R. corpore ovali, afperrimo, aculeis conicis duriffimis, denfiffimis, cauda impenni longitudine corporis.

Habitat in mari Indico ad oram Bombay, $1\frac{1}{3}$ pedem longa.

25. Cuvieria. R. pinna brevi medii dorfi, capite fubroftrato, corpore afpero, guttato, ordine unico aculeorum medii dorfi, 3 ad caudam, in apice bipinnatam, dentibus rotundiufculis. *Raje Cuvier, Lacépède I.* 141. *n.* 15. *t.* 7. *f.* 1.

26. Fullonia. R. dentibus acutis, dorfo lato aculeato, aculeorum ordine fimplice ad oculos, duplice in cauda. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1507.

Habitat in mari Europaeo.

27. Miraletus. R. dorfo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1507.

Habitat in mari Mediterraneo.

*28. Maroccana. R. cute tenui laevi, capite roftrato, in medio et margine afpero, ordinibus dentium 6 acutorum, conicorum in

utraque maxilla, ſuperficie inferiore glabra, in ſuperiore ad orbitam, et in medio pinnarum pectoralium ſpinoſa, ordine unico aculeorum in dorſo, triplice in cauda bipinnata, appendicibus pinnatis.

Habitat ad oram Maroccanam, longitudo et latitudo pedalis, caudae eadem longitudo.

In exemplo ſicco maxillas in roſtrum productas video, dentes conicos, baſi latiori in ſiſtentes, in lateribus vero utrinque planos rotundiuſculos: Aculei in margine capitis compreſſi retro verſi, in baſi vero anteriore pinnarum pectoralium introrſum verſi, cranii ſtellati depreſſi. Schn.

Species non determinandae.

a) GRANULOSA. R. ſeriebus 2 aculeorum in roſtro longo, acuto, et in cauda, unica ad oculos, ſpatio a roſtro ad pinnas pectorales tuberculato, dentibus gracilibus acutis. *Shagreen Pennant B. Z. III.* 87. *n.* 34.

Habitat in mari Angelicano ad Sharborouh, magnitudine Rajae Batidos.

b) DIABOLUS MARINUS. R. roſtro biſido, laterum pinnis anguſtis, lituris fuſcis verſus caput. *Willughby app. t.* 9. *f.* 5.

Habitat in mari Indico, longus 7 pedes.

c) OMMESCHERIT. R. cauda terete, maculata, paſtinacae et Arnak ſimillimus. *Forsk. IX. n.* 12. *Gmel.* 1512. *n.* 15.

d) TAJARA. R. cauda terete, ventre niveo *l. c. n.* 14. *Gmel. l. c. n.* 16.

e) SCHOUKIE. R. aculeis remotiſſimis, *Forskael l. c.* 15. *Gmel. n.* 17. (*Ex pelle hujus Rajae*

jae conficiuntur in urbe Suaken vaginae gladiorum.

f) Mula. R. cauda terete variegata, ventre niveo. *Forsk. ibid. n.* 16. *Gmel. n.* 18.

Habitat in mari rubro. Noctu ad littora accedit.

g) Hispanica. R. capite aculeato, ore terminali, pinnis pectoralibus alaeformibus in uno tantum angulo adhaerentibus, dentium acutorum crassorum gemina serie in utraque maxilla. *Osbeck in N. A. N. C. IV.* 99.

Habitat mare mediterraneum circa Hispaniam.

h) Barbata. R. cirrhis 6 oris, ordine aculeorum clavorum forma ad spinam dorsi, lobulis setaceis ad margines pinnarum alaeformium, dentibus latis, acutis. *Poisson appellé Diable. Des Marchais Voyage I.* 176. *Leipziger Magazin* 1788. *p.* 85. *tab.* 1. *f.* 3.

Habitat in mari Africano.

Annot. Video in paucis speciebus rem ad liquidum perductam esse, quamvis errores Linnaeani, in nuperrima editione repetiti, velut in raja clavata, omissi sint, quos cognitio penitior structurae inprimis osseae, docere poterat. quam totam cum omni historiae antiquitate enarravi in duabus dissertationibus insertis Promtuario Lipsiensi anni 1783. P. III. p. 265 — 282 et 1788. p. 73 — 90. Praecipue vero accuratam dentium notitiam desidero. Ita exempli causa, rajae clavatae cinereae, Parisiis edulis, maxillas utrasque (in tab. 4 fig. 13 et 14 egregie pictis, unde earum articulatio et utriusque mobilitas apparet) tessellatas musivi operis instar dentibus planis rhombeis: Gallus Jussieu in Mémoires de l'Acad. des Sc. 1721. p. 73. compa-

rata raja clavata Rondeletii 1. p. 353. quam Linnaeus ad clavatam ſuam retulit. Huic ipſi Artedi dentes tuberculoſos tribuit, ejusque varietatem retulit rajae clavatae ſpeciem alteram Rondeletii p. 354. multo magis glabram vel laevem, quae mihi ſexu tantum differre videtur. De dentium forma teſtimonium Rondeletii fruſtra poſtulavi, item Gronovii. Itinerarium Linnaei Weſtgothl. p. 203. os ſcabrum ſimpliciter refert; ſed recte ibidem contra Artedium annotatur, cartilaginem abdominis transverſam nullam eſſe, ſi demas arcum diſtiguentem abdomen a pectore. Ipſe tamen Linnaeus notam falſam in Syſtemate repetitam poſuit, quanquam jam olim obnitente Moehringio. Willughbejus os cancellatum tuberculis rhomboidalibus p. 74. Sexus diverſitatem nullam retulit, nec ipſe Rondeletii rajam clavatam alteram vidit. Pennantus clavatae Linnaei dentes granulatos tribuit, contra planos rhomboidales rajae aſteriae aſperae Rondeletii p. 352. Willughbei p. 78. quam hic tamen ipſe agnoſcere ex notis Rondeletii non potuit. In picturis Galli Du Hamel Tab. 8. rajae cinereae aſperae foeminae multo aſperiores ſunt, quam mares. Itaque hoc etiam argumento conjectura noſtra nititur, ſexum foemineum in genere hoc praeter magnitudinem etiam aſperitate diſcrepare, quod confirmat obſervatio Liſteri et Willughbei. Dentium formam ſingularem Belonius p. 69. in aquila marina ea, quam Aquitani *Taraſranca*, Romani *Aquilone*, Genuenſes *Peſceratto*, Illyrii *Roſpo* vocant, his annotavit verbis: *dentibus eſt ſic in ore diſpoſitis ut totum ejus palatum tam ſuperne quam inferne iis veluti latericribus tabellis ordine transverſo di-*

ſpoſitis conſtratum prae ſe ferat. Quam notitiam in Rondeletio et Salviano fruſtra quaeres. Dignam tamen memoratu dentium formam annotavit in raja oxyryncho Rondeletius, ubi ait dentes in os vergere, ſquatinae dentibus ſimiles, non in lateribus ſed in medio maxillarum poſitos.

Maxillas rajae flagelli ſupra deſcripſi. Superſunt formae aliquot ſingulares dentium in maxillis rajae Chinenſis aliarumque: quarum primam ex maxilla ut videtur ſuperiore pinxit Juſſieu in Mémoires de l'Acad. 1721. tab. 4. f. 12. minorem ipſe deſcripſi et pinxi ex Blochiano exemplo in Annotationibus ad Monroanam Piſcium Phyſiologiam p. 174. tab. 34. f. 2. 3. 4. Conſtat tribus oſſium planorum hexagonorum, parallelogramorum ſeriebus, quorum media longiſſima: quibus utrinque binae ſeries minorum oſſium planorum polygonorum adjacent. Alteram formam dentium cum utraque maxilla deſcripſit et pinxit idem Juſſieu ibid. p. 323. tab. 17. ubi oſſa hexagona, plana, parallelogramma longa medium locum utriusque maxillae occupant; utrinque vero adjacent ternae ſeries oſſium minorum quadratorum. Singuli dentes baſi crenata adhaerent maxillis, quarum tamen latitudinem omnem non explent, ſed ſpatium utrinque vacuum relinquunt. Poſtea idem vir doctus in Mémoires de l'Acad. 1723. p. 206. narravit medicum Barrere ex Cajenna Gallica Americanae terrae rajae picturam attuliſſe, ad quam dentes priore loco deſcripti ſint referendi.

Denique in Catalogo Gallice ſcripto Gazophylazii naturalis Davilae T. I. p. 477. ſcriptum reperi: *Le Palais d'une eſpece de raje de*

la Chine, composé d'osselets de diverses formes, les uns épineux, les autres granuleux, et contourné de manière à représenter deux especes de buccins: Pictura in tab. 22. proposita ostendit maxillam, nescio utram, in rostri formam productam, cujus anteriorem partem arcuatam occupant dentes ex basi lata in acumen exeuntes: versus posteriorem vero partem seu crura sensim magnitudine increscunt, plani angulatique fiunt; series quinta continet ossa omnium maxima parumper curvata, quadrata, oblonga: abhinc sequuntur 3 series ossium planorum, quadratorum gradatim versus extremum minorum. Nisi fallor, maxilla haec pertinet ad speciem rajae, quae maxillam utramque in rostrum productum et os terminale habet. In sicco exemplo rajae batidis foeminae, quae dicebatur, vidi dentes fere lenticulares in mucronem parumper erectum et versus os conversum, desinentes, pedunculo insistentes et maxillis haerentes, versus latera utrinque gradatim minores. In sicco exemplo rajae rubri maris, quae dicebatur, vidi dentes planos fere rhombeos. In raja aspera dentes conicos basi latiori insistentes, in lateribus vero utrinque planos rotundiusculos.

GEN. 80. PLATYSTACUS. *Tab.* 74.

Caput cum trunco depressum, cauda elongata, attenuata compressa.

1. Cotylephorus. Pl. cirrhis cotylephoris ventris, pinna dorsali brevi, ventralibus opposita, caudali divisa, cirrhis oris 6. *Bl. t.* 372.
B. 6. p. $\frac{1}{6}$. V. 6. A 56. C. 9. D. 5.

Corpus alepidotum, caput breve nudum, glabrum, antice obtusum, os terminale, ma-

xillae denticulatae, ſuperior prominens; cirrhi 2 ad labium ſuperius, 4 mentales, oſſa labialia nulla, oculi exigui, verticales, nares ſimplices, apertura branchialis anguſta, anus in tertia parte corporis anteriore, radius primus pinnarum pectoralium robuſtus, planus, utrinque dentatus, linea lateralis media, pori elevati multi in 3 ordines longitudinales utrinque digeſti.

Habitat in fluminibus Americae meridionalis, 1$\frac{1}{4}$ pedem longus.

*2. Laevis. Pl. cirrhis 8, lateralibus baſi latis, maxillis denticulatis, poris plurimis in 5 ſeries longitudinales digeſtis. Deſcriptio exſtat poſt cotylephorum T. XI. *Silurus Aſpredo Linn. n.* 3. *Gmel.* 1355.

B. 6. p. 8. V. 6. A. 56. C. 9. D. $\frac{1}{5}$.

Habitat cum antecedente.

3. Anguillaris. *tab.* 74. Pl. dentium conicorum gemina ſerie, in maxilla ſuperiore longiorum palatinis haemiſphericis, cirrhis 8, dorſo dipterygio, pinna ani et dorſali ſecunda longitudinalibus, caudali, connatis, radio primo, pinnarum pectoralium et dorſalis prioris oblique ſtriato et utrinque ſerrato, pinna caudae lanceolata, linea laterali recta, media, foramine ſupra P. P. *Bl. t.* 373. *f.* 1. 2.

B. 11. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. C. et D. 268.

Habitat in Tranquebaria.

Vix equidem dubito hunc cum praecedente piſcem ab Artedio ad Sebam III. t. 29. f. 9. et 10. deſcriptum fuiſſe. Priorem ex Muſeo Sebano emtum deſcripſit etiam Gronovius Muſei I. n. 26. Artedi P. D. $\frac{1}{5}$. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 54. vel 55. Caudalis furcatae 9 radios ponit, dorſi-

que carinam exiguam humilem, acutam, duram fere osseam, a pinna dorsali ad caudalem extensam memorat cum Gronovio omissam, qui Br. 4. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 53. C. 9. D. 5. similiter annotat. Contra in altero Artedi caput planius maxillamque superiorem longiorem, os amplius, oculos exiliores, cirrhos 8, caudam minus furcatam, cetera simillima praecedenti annotavit. Carinam dorsalem in priore, pictor bene reddidit, alterum supinum pinxit: cujus abdomen papillis minimis raris tectum annotavit Gronovius Zooph. n. 326. in ceteris notis minus diligens Artedio.

Linneana notitia in Museo A. F. 1. p. 73. monstrosa aut potius verbis aliquot omissis mendosa est. Melior exstat in Amoenit. Acad. 1. p. 593. (ed. Lugd.) in qua recte annotantur pro dentibus verrucae osseae infra labium superius longius inferiore latera thoracis ossea, cirrhi 8, P. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 55. C. bifidae radii 11, D. $\frac{1}{5}$. membranae br. 4.

In utraque specie, cujus plurima exempla examinavi, exstat carina dorsalis composita ex processibus spinosis dorsalibus in parietem osseum, pro numero vertebrarum divisum et quasi articulatum connatis. Cauda in cotylephoro multo longior, quam in laevi, labium vero laevis superius notabiliter longius, etiam ossa duo cuneiformia muricata inter labium superius inserta et dentium locum obtinentia in utroque. Ossa claviculae in cotylephoro supra et infra P. P processum porrigunt, atque ita motum pinnae horizontalem regunt: contra in laevi processus uterque ab initio divaricatus in fine rima angustissima divisus est, ita ut obiter inspicienti totum os integrum

videatur, intra quod pinna moretur. Vesica urinaria biloba transversa jacet. In cotylephoro membranae br. radios 6 in laevi 5 tantum explicavi. Exempla plura laevis per totum caput et thoracem subtus minutissimis papillis obsita vidi. Sceleti memorabilis notitiam cum pictura alibi dabo. Silurum verrucosum comparare cum his non potui: exemplum enim unicum liquore conditum ad manus erat, nimis minutum et mutilum: manifesto tamen aderant conspiciendi processus duo clavicularum supra et infra P. P. Videant igitur, quibus majorum et integrorum exemplorum inspiciendorum copia est, num ad hoc genus is Silurus pertineat. Schn.

GEN. 81. SILURUS.

Corpus nudum, caput tantum depressum.

A. Ore imberbi.

* 1. Militaris. S. ossibus 2 serratis erectis in capite, radio primo pinnae dorsi robusto, elongato, antice serrato, linea laterali arborescente, pinna caudae lunata, dorsali pone caput. *Bl. t.* 362. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1356.

B. 9. P. 16. V. 8. A 35. C. 24. D. $\frac{1}{7}$. adiposae o.

Corpus oblongum, crassum, glabrum, caput magnum, trunco latius, rictus amplus, maxillae dentibus acerosis minimis armatae, lingua brevis, cartilaginea, glabra, arcus dentatus in palato; oculi parvi laterales, nares simplices, ante cornua, apertura branchialis ampla, pinna dorsi secunda cutacea, anus fere medius, abdomen ventricosum.

Habitat in Surinamo, sesquipedalis, ova magna in ore excludere videtur.

*2. Inermis. S. corpore maculato, radiis muticis, linea laterali ſerpentiformi, naribus geminis, pinna caudae diviſa. *Bl. t.* 363. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1356.

B. 10. P. 14. V. 7. A. 40. C. 26. D. 7. 0.

Habitat in Surinamo, long. $9\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ poll.

Annot. *In Catalogo Muſei Petropol. ſupra laudato haec reperio annotata: Silurus Buſo, cirrhis nullis, maxillis plagioplateis hiantibus; ante ſcabris, pinnis inermibus, dorſali poſtica adipoſa, cauda bipertita, lituris corporis fuſcis. Muſ. Dalberg. Myſtus cirrhis duobus exilibus pinnis pectoralibus aculeo deſtitutis Seba III. t.* 29. *n.* 8. *ſed quadruplo major noſter, nec cirrhos video; quamvis adſit ſulcus maxillae ſuperioris verſus oris angulos. Oculi in capitis margine laterali pone oris angulos. Linea lateralis anfractuoſa ramoſa, dorſum ad pinnam priorem, pone cervicem adſurgens.* (*Dalberg*) *inermis Linnaei.* Schn.

3. Cornutus. S. roſtratus, dorſo bipinnato, aculeo primo pinnae anterioris praelongo, antice ſerrato, pectoralibus inermibus, ventre antice carinato. *Chardonneret Maſſilienſibus Forskael* 66. *n.* 96.

Habitat prope Maſſiliam, ſpithamaeus.

Miror amicum quanquam dubitatione Gmelini n. 23. admonitum de genere piſcis non accuratius diſpexiſſe. Corpus enim ovale, a roſtro ad caudam ſpithamale, roſtrum rectum, compreſſum, apice parum recurvum, obtuſum, dimidii corporis longitudine ab oculis inde menſum, venter ante P. V. carinatus oſſe acuto, P. D. prima 3 radiis pungentibus armata et

poſt medium dorſum collocata, radio primo ad P. C. mediam pertingente, cultrato, recto, ſtriato, acuto, ſubtus ultra dimidium duplice ſpinularum ordine dentato, pinna dorſalis altera in declivi anguli fere recti, quem dorſum format, poſita, plane a forma ſilurorum communi aliena, potius Chaetodontem aliquem, aut baliſten arguere mihi videntur. Forskolius piſcem ſiccatum Maſſiliae viderat. Accidit in hoc, quod in raja torpedine Forsk. n. 14. accidiſſe primus eſt ſuſpicatus Brouſſonet. Ea enim potius ad ſilurum electricum quam ad rajarum genus pertinet. Schn.

B. Cirrhis 4.

*4. Bimaculatus. S. capite brevi, maxilla inferiore longiore, dorſo unipinnato, radio primo pinnarum pectoralium interius dentato, ventralibus brevibus, anali longitudinali, dorſo violaceo, ventre argenteo, ano capiti vicino, cirrhis 2 labii ſuperioris longis, 2 gularibus breviſſimis, lobis pinnae caudae diviſae nigris. *Bl. t.* 364.

B. 12. P. $\frac{I}{14}$. V. 6. A. 67. C. 16. D. 5.

Habitat ad Tranquebariam pedalis, Tamulice *Sewâlei* vocatus.

Oculos cute communi tectos ſpinamque primam pectoralium radium mollem, pinnam avium referentem, intus includentem, apice exſtante vidi in 3 exemplis. Schn.

5. Bagre. S. radio primo pinnae dorſi anterioris longo, arcuato, exterius ſerrato, ſeta praelonga aucto, radio anteriore pectoralium robuſto, utrinque ſerrato, ſecundo ſeta longa aucto, linea laterali arboreſcente, pinna caudae

furcata, ventre argenteo ano fere medio. *Bl. t.* 365. *Gmel.* 1360. *Linn. n.* 17. *).

B. 6. P. $\frac{I}{12}$. V. 8. A. 24. C. 18. D. $\frac{I}{8}$. 0.

Habitat in aquis dulcibus Americae. *Bagre Parra t.* 3. *f.* 1. qui plures ſpecies cirrhorum numero diverſos confudiſſe videtur.

6. ASOTUS. S. pinna dorſali unica, inermi, ſpina ſerrata pectoralium, pinna ani longa, caudali annexa. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1353.

B. 16. P. $\frac{I}{14}$. V. 13. A. 82. C. 16. D. 5.

Habitat in Aſia.

7. CHILENSIS. S. corpore bruneo, abdomine albo, capite magno, roſtro obtuſo, pinna dorſali poſtica adipoſa, caudali lanceolata. *Chilenſibus Lurur Molina Chili* 199. *Gmel.* 1359.

B. 4. P. 8. V. 8. A. 11. C. 13. D. $\frac{I}{7}$. 0.

Habitat in regni Chilenſis aquis dulcibus.

*8. ATHU. *tab.* 75. S. rictu per amplo, maxilla inferiore longiore, pinna dorſi unica, alta, inermi, radiis quatuor altis, anali longitudinali, caudali lanceolata, brevi, radio primo pectoraliam gracili, exterius ſerrato, ano capiti vicino.

B. 12. P. 11. V. 7. A. 85. C. 18. D. 4.

Habitat in lacubus Malabariae, Tamulice *Attu Culvu* dictus.

Radius primus pectoralium a medio inde articulos furcatos gerit, unde ſpeciem ſpinarum praebuit amico et pictori; idem ſterno appoſitus ſimpliciter nec per ginglymum articulatus. Unicum exemplum ſiccatum vidi. Schn.

---

*) Etiam hujus piſcis ova excludenda in ore obſervavi.

C. Cirrhis 6.

9. Ocellatus. S. ocello pinnae adipofae, cirrhis capite brevioribus 2 labii fuperioris, 4 inferioris, oculis magnis remotis, orbitae angulo acuto elevato, maxilla fuperiore longiore, dentibus minutiffimis maxillarum majoribus obtufis palati, fpina valida pone opercula, pinna caudali furcata. *S. maculatus Thunberg in Nye Handl. XIII.* 1792. 31. *t.* 1. *f.* 2. 3.

P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 22. C. 24. D. $\frac{1}{7}$. 0.

Habitat in Japonia.

*10. Verrucosus. S. corpore verrucofo, pinna dorfi inermi, ventralibus oppofita, caudali rotundata, ano medio. *Patyftacus verrucofus. Bl. t.* 373. *f.* 3. *Afpredo Gronov. Mus II.* 5. *n.* 153. *t.* 5. *f.* 3.

B. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 6. C. 10. D. 5.

Longitudo vix tripollicaris.

*11. Glanis. S. pinna dorfi unica, inermi, 5 radiata ventre brevi, craffo, pinna ani longitudinali, caudali rotundata. *Bl. t.* 34. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1353.

B. 16. P. 18. V. 13. A. 90. C. 17. D. 5.

Habitat in Europaearum et orientalium aquarum dulcium profundis, etiam in Nilo.

*12. Callarias. S. chirrhis fuperioribus longitudine corporis, dorfi pinna fecunda cutacea, caudali furcata, anali brevi, ano medio. *Bl. t.* 35. *f.* 1. 2. *Linn. n.* 15. *Gmel.* 1358.

B. 6. P. $\frac{1}{11}$. V. 7. A. 11. G. 18. D. $\frac{1}{5}$. 0.

Habitat in fluviis Americae auftralis et Nilo.

Itinerarium Scanicum cirrhos 2 fuperiores longitudine corporis, 4 inferiores capitis, pin-

nae dorſalis prioris radios 7, primum integrum, ceteros ramoſos, alteram longiorem, pectoralium radios 9, primum utrinque retrorſum ſerratum, ventralium radios 7, analis 10, caudalis, non diviſae, 16 edit.

Muſeum A. Fr. II. 98. capitis ſubſtantiam oſſeam ad pinnam dorſi tendentem ibique emarginatam, infra vero pone aperturam br. oſſe acuminatam narrat, dentes maxillae inferiores pauciores, rubros; membranae br. radios vix numerandos, P. $\frac{I}{15}$. radios, primum extus antrorſum, intus retrorſum ſerratum. V. 7. A. 11. C. 17. D. $\frac{I}{7}$. 0.

Muſeum A. F. I. 73. lineam lateralem totam ſubtus ſtriatam, membranae br. radios 9, D. $\frac{I}{7}$. 0. P. $\frac{I}{11}$. V. 7. A. 16. C. 16. refert.

Haſſelquiſt dorſum inter caput et pinnam cultratum, foſſulam longitudinalem inter oculos ad verticem capitis tendentem, narium anteriorum lobulum, maxillam ſuperiorem duplo longiorem inferiore, rictum anguſtiſſimum, maxillae ſuperioris dentes breves, et oſſicula 7 longiuſcula, compreſſa, ſurſum arcuata, apice uncinata, membranae br. radios 6, os robuſtum ſupra P. P. extenſum ſub angulo anteriore membranae br. exortum et margine inferiore robuſtius, ſuperiore in lamellam triangularem extenſum, P. P. $\frac{I}{9}$, quorum radium primum robuſtum, compreſſum, apice aculeatum, margine utroque aculeatum, ſerraturis in margine interiore deorſum, in exteriore ſurſum ſpectantibus, D. [illegible]. V. 7. A. 12. C. bifurca, 25, lineam lateralem elevatam, punctis nigris diſtinctam deſcribit.

Gronovius Muſei I. no. 83. maxillam inferiorem parum breviorem ſuperiore dentes mi-

nimos confertos in utraque, nares unico foramine patentes membrane br. radios 4, P. D. $\frac{I}{7}$. primo radio aculeiforma, D. posteriorem humilem, longam, P. $\frac{I}{9}$, radio primo crassissimo, acutissimo, lateribus uncinulatis, V. 6. radio primo simplice, A. 11 primis duobus simplicibus, C. bifurcae 19 annotavit. Unde apparet Hasselquisti et Gronovii silurum utrumque a se invicem et a Linnaeano diversum esse.

Exemplum Blochianum liquore conditum plane cum Hasselquistiana notitia convenit. Gronovianus silurus cum quadrimaculato Blochii congruere videtur. De Linnaeano pisce dubius adhuc haereo; geminum enim et utrumque specie diversum exemplum egregius vir descripsisse mihi videtur.

13. Ascita. S. pinna dorsi postica adiposa, radiis 18 pinnae ani. *Linn. n.* 18. *M. A. Fr. t.* 20. *f.* 2. *Gmel.* 1360.

P. 13. V. 6. A. 18. C. 18. D. 9.

Habitat in India.

Annot. In Catalogo MSto Musei Petropolitani haec annotata reperio: *Silurus ascita Linnaei, species* 18 *mihi saepius visa, sed minime distincta species, sed foetus, abdomine a retracto vitello turgido.* 387. Quae mihi suspicio eo magis vero similis videtur, quod specimen a Linnaeo descriptum a Blochiano in tab. 35. f. 5—7. picto plane diversum est, ipse confitente Blochio; deinde utrumque exemplum minutum foetus majorem similitudinem quam piscis absoluti speciem gerit; denique ova a Blochio picta ad piscem, quo cum missa ex Belgio migraverant huc, non pertinere ipse amicus meus suspicatus erat, l. c. Super est, ut anatomiae

peritus aliquis ſpeciem Linnaeanam inveſtiget an vere *ovarium globoſum intumeſcat, et abdomen longitudinaliter rumpatur, ut dimidia pars ovarii extra abdomen protuberet.* Radios pinnarum Linnaeus edit D. $\frac{1}{8}$. o. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 18. C. 18. Schn.

*14. FASCIATUS. S. corpore faſciato, capite longo, antice valde depreſſo, ſpatulae formi, pinnis nigro punctatis, pinna anali ab ano remoto, dorſali poſtica adipoſa, caudali diviſa. *Bl. t.* 366. *Linn. n.* 16. *Gmel.* 1359.

B. 12. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 14. C. 14. D. 7. o.
Habitat in Surinamo.

Supra pinnam pectoralem utrinque foramen, per quod abdomen inflari poteſt: magnitudo fere pedalis.

Foramen ſupra P. P. infra brevem, claviculae, uti Artedi vocat, in pictura omiſſum, proceſſum reperi et per id abdomen inflavi: radium primum dorſalis et pectoralis pinnae reliquis craſſiorem in ſuperiore parte in latere poſtico leviter ſerratum vidi, contra ac Blochiana notitia et pictura docet. Nec Gronovius Zoophyl. n. 386. proceſſum oſſeum claviculae aculeumve dorſalis et pectoralis pinnae ſerratum commemorat, multo minus foramen ſupra P. P. Sebanus myſtus III. tab. 29. f. 6. nares utrinque geminas, noſter ſimplices tubuloſas gerit; os claviculae ille magnum ſupra P. P. extenſum. Ceterae aculeorum ſerratorum dorſalium et pectoralium notae conveniunt. Forte Sebanus piſcis ſexu tantum a noſtro diſcrepat. Schn.

*15. HERZBERGII. S. corpore argenteo,

narium exteriore foramine obliquo, rictu angusto, linea laterali arborescente, radio primo dorsalis antice pectoralium utrinque serrato, caudali furcata, ano medio. *Bl. t.* 367.

B. 6. P. $\frac{1}{10}$. V. 8. A. 15. C. 16. D. $\frac{1}{8}$. o.

Habitat cum praecedente: ex orientali India sub nomine Tamulico *Warik attan Kutru* accepi.

Narium foramina gemina membrana media satis alta divisa vidi: rima longa pone cirrhum inter oculos et nares ducta alio pertinet. Schn.

*16. Nodosus. S. capite brevi, radii primi dorsalis pinnae basi nodosa, foramine branchiali utrinque supra pinnas pectorales, minore quam in no. 14. apertura br. parva propter operculum supra infraque adnatum, linea laterali serpentiformi, ano medio, pinna adiposa parva, radio primo pinnarum pectoralium et dorsalis primae postice tantum serrato. *Bl. t.* 368. *f.* 1.

B. 5. P. $\frac{1}{7}$. V. 8. A. 20. C. 20. D. $\frac{1}{5}$. o.

Habitat ad Tranquebariam.

*17. Quadrimaculatus. S. capite brevi, pinna adiposa longa, pectoralium radio primo postice serrato, maculis 4 nigris in operculo et pectore, cirrhis, 2 superioribus longitudine corporis, ano pinnae caudali viciniore. *Bl. t.* 368. *f.* 2.

B. 5. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 9. C. 19. D. 7. o.

Habitat in America.

Caput non depressum sed fere quadratum, oculos pro portione corporis magnos laterales gerit, foramine infra claviculae processum caret. Schn.

*18. GALEATUS. S. corpore ventricoſo, capite galeato, naribus geminis, apertura branchiali anguſta, foramine minimo ſupra pinnas pectorales, pinna caudali rotundata, ano medio, linea laterali ſerpentiformi, radio primo pinnae dorſi anterioris poſtice pectoralium utrinque ſerrato. *Bl. t.* 369. *f.* 1. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1357.

B. 2. p. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 24. C. 21. D. $\frac{1}{6}$. o.

Habitat in America auſtrali, 8 poll. longus.

19. ELECTRICUS. S. pinna dorſali unica, adipoſa, anali oppoſita, pinnis brevibus, pectoralibus inermibus, caudali rotundata. *Le Trambleur, Brouſſonet in Mémoires de l'Acad. d. Sc.* 1782. *t.* 62. *f.* 245. *Gmel.* 1354. *n.* 22.

B. 6. P. 9. V. 6. A. 12. C. 18. D. 10.

Capite toto oſſeo inaequaliter excavato, infra oculos oblique ſinuato, ante dorſalem dorſo lato, foramine ſupra pectoralem utrinque. *Raasch Arab. Raja Torpedo Forsk.* 15. *n.* 14.

Habitat Africae fluvios et Nilum 10 poll. lat.

20. FELIS. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, analis radiis 23, caudali bifida, pinnis ventralibus analique rubeſcentibus, dorſo coeruleſcente. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1356.

B. 5. P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 23. C. 31. D. $\frac{1}{8}$. o.

Habitat in Carolina.

*21. LIMA. S. corpore maculato, pinna dorſi ſolitaria, capite valde depreſſo, rotundato oblongo, maxilla ſuperiore, duplo longiore, antice latiore, denticulis limae inſtar aſpera, ore infero ſemiculari, radio primo pectoralium longo, arcuato, interius ſerrato, dorſali et ventrali primo aequalibus et ſimplicibus, pinnis acuminatis, rubris, caudali diviſa, ano medio, oculis in angulo oris, foramine ſupra P. P.

B. 15.

B. 15. P. $\frac{I}{8}$. V. 6. A. 18. C. 20. D. $\frac{I}{7}$.

Habitat in flumine Maranham Brasiliae, longus 1$\frac{I}{2}$ ped., latus 5 poll.

*22. Hemiolipterus. S. corpore supra bruneo, infra albo capite crasso, galeato, scabro, nigro maculato, lateribus pone oculos sinuatis, pinnae dorsalis secundae parte superiore radiata, radiis integris; ossea inferiore adiposa, radio primo pectoralium antice et postice serrato, dorsalis rigido, foramine supra pinnas pectorales, ano pinnae caudali rotundatae propinquiore.

B. 9. P. $\frac{I}{10}$. V. 6. A. 7. C. 28. D. $\frac{I}{8}$. 27.

Habitat cum antecedente, 4 ped. longus, 3 poll. latus.

23. Schall. S. Galea nuchae ossea juxta dorsalis pinnae basin utrinque bifurcata, cute rufa obtecta, cirrhis 2 superioribus paulo longioribus capite, quatuor inferioribus brevioribus inaequalibus, narium limbo cutaceo prominente, linea laterali recta, punctis interstincta, colore ex griseo bruneo, semicirculo rubro ante initium pinnae caudalis, radio primo dorsalis et pectoralis pinnae denticulato utrinque, pinna adiposa longa, caudali furcata.

Habitat Nilum, carne insipida, *Schall* dictus. Exemplum a Sonnino II. 279. descriptum et in tabula 21 fig. 2. pictum erat 11 poll. 8 lineas longum, 4 poll. latum; vesicula pneumatica simplex membrana flava composita erat: ventriculus repletus seminibus holci Durra Lin.

D. Cirrhis 8.

*24. Erythropterus. S. pinnis rubris, lobis caudae elongatis, radio primo dorsalis

leviter, pectoralium interno margine magis ſerrato, pinna adipoſa longa, ano capiti propinquiore, cirrhis 2 labii ſuperioris longitudine corporis. *Bl. t.* 369. *f.* 2.

B. 5. P. $\frac{1}{9}$. V. 6. A. 9. C. 19. D. $\frac{1}{8}$. 0.

Habitat in America.

Exemplum unicum ſiccatum comparavi: alterum liquore conditum cirrhos 6 tantum gerebat. Ex India orientali 9 pollices longum, ſub nomine *Solle Kulei* acceptum annotaverat amicus. Schn.

*25. BATRACHUS. S. pinna dorſali ſolitaria, longitudine fere dorſi, inermi, rictu anguſto, pinnis ventralibus parvis, caudali rotundata, radio primo pectoralium poſtice ſerrato, foramine proceſſuve claviculae nullo ſupra P. P. ano capiti propinquiore. *Bl. t.* 370. *f.* 1. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1355.

B. 7. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 45. C. 16. D. 67.

Habitat ad Tranquebariam et in Africa.

*26. FOSSILIS. S. inermis, capite galeato, ano capiti vicino, pinna dorſi unica, brevi, ventralibus brevibus oppoſita, anali longa caudali rotunda, rictu anguſto, radio primo pectorali utrinque ſerrato, nullo foramine proceſſuve claviculae ſupra P. P. *Bl. t.* 370. *f.* 2.

B. 8. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 70. C. 19. D. 6.

Habitat ad Tranquebariam, longus 8 poll.

*27. ATHERINOIDES. S. capite parvo, dorſo bipinnato, radio primo dorſalis et pectoralium poſtice ſerrato, pinna caudae diviſa. *Bl. t.* 371. *f.* 1.

B. 6. P. $\frac{1}{6}$. V. 6. A. 36. C. 20. D. $\frac{1}{5}$. 0.

Habitat aquas dulces Tranquebariae.

*28. Vittatus. S. capite galeato, vittis 2 longitudinalibus, foramine ſupra pinnam pectoralem, pinna ani brevi, adipoſa longa, ano pinnae caudali diviſae, cum radio primo, ut in antecedente, propinquiore. *Bl. t.* 371. *f.* 2.

B. 5. P. $\frac{I}{6}$. V. 6. A. 8. C. 20. D. $\frac{I}{9}$. 0.

Habitat cum antecedente.

29. Mystus. S. ventricoſus, capite antice ſemicirculari, naribus ſimplicibus pone angulum maxillarum, ano capiti viciniore, linea nigra longitudinali, dorſi fuſci, et altera cana ſupra lineam lateralem, pinnae dorſalis unicae radiis 6, primo poſtice ſerrato, cauda bifurca. *Schilbe Haſſelquiſt* 419. *n.* 88. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1355. *Sonnini II.* 295. *tab.* 23. *f.* 1.

Haſſelq. B. 10. P. $\frac{I}{12}$. V. 6. A. 62. C. 20. D. $\frac{I}{7}$.

B. . . P. $\frac{I}{9}$. V. 6. A. 57. C. 19. D. $\frac{I}{5}$.

Habitat in Nilo circa Cairam.

30. Catus. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, analis radiis 20 caudali pinna bifurca, dorſali et pectorali inermi, omnibus obſcure rubentibus. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1357. *Catesby Carol. II.* 23. *t.* 23. *figura mala.*

B. 5. P. $\frac{I}{11}$. V. 8. A. 20. C. 17. D. $\frac{I}{6}$. 0.

Habitat in America et Aſia: in Aſiatico P. V. 6. vidit Linnaeus.

31. Cous. S. maxilla inferiore multo breviore, oculis minimis, corpore ſupra argenteo cinereis maculis, cirrhis capite brevioribus, pinna dorſali poſtica cutacea, ovata, radio primo pinnarum pectoralium tantum ſerrato. *Linn. n.* 13. *Gmel.* 1357. *Gronov. Zooph.* 126. *n.* 387. *t.* 8. *f.* 7.

Habitat fluvios Syriae.

Pectoralem aculeum ſerratum nec Linnaeus nec Gronov. memorat, hic vero P. 6. V. 9. A. 8. C... D. $\frac{I}{5}$. o. ponit Schn.

32. Undecimalis. S. pinna dorſali unica, radiis 11, radio primo pinnarum pectoralium utrinque ſerrato, cauda valde biſurca. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1356.

P. $\frac{I}{II}$. V. 6. A. 11. C. 17. D. $\frac{I}{II}$.

Habitat Surinamum.

33. Docmac. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, analis radiis 10, cirrhis 2 extimis labii ſuperioris longitudine dimidii corporis, ſupra cinerei, infra albi, radio primo dorſali et pectorali poſtice ſerrato. *Forskael* 65. *n.* 94. *Gmel.* 1357.

B. 2. P. 11. V. 6. A. 12. C. 18. D. 10.

Habitat in Nilo inferiore.

34. Bajâd. S. maxilla ſuperiore longiore. arcubus 2 transverſis denticulorum palatinorum, pinna dorſali poſtica adipoſa, cirrhis 2 ſuperioribus lateralibus longiſſimis, aculeo retro ſpectante ſupra pinnas pectorales ſubcutaneo cavernis capitis utrinque ante oculos. *Bajád, Forskael* 66. *n.* 95. *Gmel.* 1359. *n.* 26.

B. 5. P. $\frac{I}{II}$. V. 6. A. 12. C. 20.

Habitat in Nilo.

Species non definiendae.

Gurgu. S. capite galeato, radio primo lato, pinnarum pectoralium et dorſalis primae, ſecunda adipoſa, caudali biſida, cirrhis 6 brevibus. *Cuſix Cairé, Gurgu in Aegypto ſuperiore dictus. Pocoks Reiſ. I.* 362. *edit. anglic.* 202. *t.* 70.

Habitat in Nilo.

MINUTUS. S. pinna dorſi anteriore biradiata, radio priore majore, poſtice deorſum hamato, ſecundo membranulae adnexo, ſimpliter aculeato: pinna dorſi ſecunda parum remota, usque ad apicem extenſa, radiata. Pinna ani ſimilis, a pinnis ventralibus ad caudam: cauda indiviſa: pinnae pectorales inermes: cirrhi 2 àd nares, 4 ſub mento: linea alba longior ſupra aliaque infra oculos parallelae. *Catalogus MSS. Muſei Petropolitani.* Schn.

Genus piſcium alepidotum, capite depreſſo, cirrhato, pectoraliumque pinnarum radio primo ſerrato piſcatores Indici Tamulice *Külvrou.* Silurum vero europaeum *Walei* vocare admonuit Johnius in literis ad Blochium datis. Idem narravit piſcatoribus Indicis non inauditum ſed bene cognitum eſſe ſiluros foetus vivos et quidem per os edere, adeoque non ſolum ova ſed foetus etiam vivos ſaepenumero in ore ſilurorum reperiri. Schn.

GEN. 82. ANABLEPS.

Oculorum pupillae membrana transverſa diviſae.

*TETROPHTHALMUS. *tab.* 76. *f.* 1. 2. A. oculis verticalibus prominentibus cirrhis 2 oris. *Bl. t.* 361. *Cobitis anableps. Linn. n.* 1. *Gmel.* 1348.

B. 5. P. 22. V. 7. A. 9. C. 19. D. 7.

Corpus oblongum, carnoſum, ſquamoſum, ante pinnas ventrales depreſſum, abhinc compreſſum, os terminale, maxillae aequales, dentes acuti, minimi, multi, orbitae oſſeae; venter planus, apertura branchialis ampla, lineae nigrae longitudinales, ſquamae laeves imbricatae, etiam ad baſin pinnarum, anus remotus, pinna caudae rotundata. Eſt viviparus, uterus bi-

cornis, membranaceus ; maribus tubulus offeus ad pinnam analem prominet.

GEN. 83. ACANTHONOTUS.

Aculei dorfalis pinnae locum obtinent.

*Nasus. *tab.* 77. A. capite toto fquamato, roftro nafiformi. *Bl. t.* 431. *Skrivter* ...

B. 8. P. 16. V. $\frac{2}{10}$. A. C. $\frac{13}{149}$. D. $\frac{10}{10}$.

Corpus compreffum, enfiforme, oblongum, caput parvum, rictus anguftus, maxilla fuperior longior, dentes minimi multi, nares geminae utrinque, mediae inter apicem capitis et oculos, opercula monophylla, brevia, mollia, apertura branchialis ampla, linea lateralis recta, fere media, anus capiti vicinior, cauda attenuata, elongata, fquamae parvae, integrae, molles, pinnae parvae analis caudali connata latera et venter grifeae dorfum fufco-ftriatum, aculei breves, robufti verfus caudam flexi, pinnae ventrales in abdomine.

Habitat in mari Islandico, longus $2\frac{1}{2}$ pedes, latus 3 poll.

GEN. 84. ESOX.

Caput depreffum, pinna dorfi anali oppofita.

*1. Lucius. Es. corpore maculato, roftro depreffo, maxillis aequalibus. *Bl. t.* 32. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1390.

B. 15. P. 14. V. 10. A. 17. C. 24. D. 20.

Corpus compreffum, fquamatum, dorfum craffum, caput magnum, anterius depreffum, pofterius compreffum, dentibus acutis, magnis, fubulatis, difcretis, alternatim fixis et mobilibus, per feries 3 logitudinaliter difpofitis in palato, anus pinnae caudali divifae vicinus,

pinnae ventrales mediae inter pectorales et analem.

Habitat in Europae et Persiae borealis, aquis dulcibus. — Magnitudo usque ad 8 pedes; longaevus ut 267 annorum senex memoretur, voracissimus; vidi esocem, qui alterum majorem usque ad ventrem ingurgitaverat.

*2. Belone. Es. corpore gracili, argenteo, fere quadrato, pinna ventrali anali viciniore, capite parvo, maxillis elongatis, acuminatis, inferiore longiore, gracilibus dentibus subteretibus armatis. *Bl. t.* 33. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1391. *L'Anguisigola Verz. der Adriat. F.* 41.

B. 14. P. 13. V. 7. A. 23. C. 23. D. 24.

Quando coquitur, vel fumo siccatur medulla spinalis viridis apparet; inde a multis non editur.

Habitat omnia fere maria. Exempla ex Surinamo allata mihi crassiora et pallidiora sunt.

Var. *a*) *Marinus*, pinnae dorsalis radiis 9. *The Seasnipe. Schoepf. Schrift. der Berl. Gesell. naturf. Freunde VIII.* 177.

B. 11. P. 12. V. 8. 9. A. 14. C. 17. 18. D. 9.

Habitat in America septentrionali.

Var. *b. Houttuyni.* Corporis colore flavido, linea laterali argentea.

Var. *c*) *Maris rubri*, linea laterali juxta abdomen et pinnis pone excisis. *Forskael* 67. *n.* 98.

B. 14. P. 13. V. 7. A. 21. C. 15. D. 22.

Ad belonen retulit Blochius F. XII. p. 61. *quem sub nomine Tamulico Kockumin ex Tranquebaria missum acceperat. Sed is fluvios et lacus habitat,* 2 *pedes longus,* 4 *poll. crassus, victui aegrotantium etiam commendabilis. Oculorum pu-*

pilla nigra anulo lato argenteo cingitur; dorſi color ex griſeo albicans, infra lineam lateralem latam argenteus.

B. 9. V. 6. A. 16. D. 12. C. 14.

Pinnam caudalem macula nigra plerumque ornat, in ſpiritu evaneſcens. Schn.

3. HEPSETUS. Es. roſtro elongato, maxilla inferiore paulo longiore, corpore gracili, linea laterali argentea, ſquamis tenuibus, pinnis ventralibus ano propinquiore quam capiti, dorſo gemina linea longitudinali a lateribus diſtincto. *Linn. n.* 7. *Amoenit. Acad. I.* 603. *ed. Lugd. Gmel.* 1392. *Müller L. S. IV.* 342. *t.* 9. *f.* 2.

B. 10. P. 12. V. 6. A. 15. C. 14. D. 14.

Habitat in America.

4. GYMNOCEPHALUS. Es. maxillis aequalibus operculis obtuſiſſimis, capite denudato. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1393.

P. 10. V. 7. A. 26. C. 19. D. 13.

Habitat in India, magnitudine Ammodytae viſus Linnaeo.

*5. BRASILIENSIS. Es. capite parvo, maxilla ſuperiore breviſſima, inferiore in cuſpidem elongata, linea laterali abdomini vicina, lobo pinnae caudalis inferiore longiore. *Bl. t.* 391. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1393.

B. 14. P. 10. V. 6. A. 12. C. 18. D. 14.

Habitat in America auſtrali et India.

*6. OSSEUS. Es. maxillis elongatis, ſuperiore longiore, ſubulata, ſquamis oſſeis quadrangulis, ordine unico cordiformium in dorſo, longis gracilibus ad radios primos pinnarum omnium, pinna caudae rotundata. *Bl. t.* 390. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1389. *Chiſis Parra t.* 40. *f.* 3.

P. 12. V. 1. A. 9. C. 15. D. 9.

Habitare dicitur fluvios Havannae in mare effluentes. Habitat etiam in America feptentrionali et Afia. — Gemina pinna anali inftructum vidit Linnaeus.

7. Viridis. Es. fquamis tenuibus, quadratis, juxta fe pofitis, maxillis elongatis, inferiore longiore, dorfo viridi. *Linn. l. c. Gmel.* 1389. *Acus maxima fquamofa viridis, Catesby II. t.* 50.

P. 11. V. 6. A. 17. C. 16. D. 11.

Habitat in fluviis Carolinae, long. 3 pedes.

8. Marginatus. Es. vitta laterum argentea, maxilla inferiore fextuplo longiore, capite corpore anguftiore, linea laterali infima, pinna caudali bifurcata, lobo inferiore longiore fquamis latis, laxis integris, laterum craffioribus ftriatis. *Gambarûr Arabice, Forskael* 67. *t.* 98. *Gmel.* 1393. *n.* 13.

B. 13. P. 11. V. 6. A. $\frac{1}{10}$. C. 14. D. 13.

Habitat in mari rubro.

Var. differt. maculis nigris fupra vittam argenteam. *Forsk. l. c.*

Corpus lineare, utrinque attenuatum verfus caput et caudam, labium fuperius triangulare, planiufculum, inferius lanceolatum depreffum, planum, corneum; dentes in junctura numerofi, fetacei, erecti, rigidi, parvi, qui labiis conniventibus prominent ex inferiore: nares fimplices, magnae, reniformes, transverfae: venter rectus planus, linea laterali marginatus usque ad P. V. quae deinde elevata, oblique decurrit infra medium corporis et definit fub apice P. D. radius P. V. intimus longior. P. A. glauca, extus flavefcens: P. C. pectorali fesqui longior, bifida, lobo inferiore longiore,

ſuperiore pallide flavo, margine poſtice fuſco. Cum hepſeto Lin. in proprium genus, forma dentium et ſitu pinnarum ſeparandum Forskolius cenſuit. Schn.

9. Saurus. Es. *tab.* 78. *f.* 2. corpore anguillaeformi, roſtro ſubulato, maxilla ſuperiore longiore, incurva, pinnulis ſpuriis 6 ſupra et infra caudam. *Skipper Cornubiae, Ray* 165. *n.* 17. *Saurus Rondelet. I.* 232. *Acus altera minor Bellonii. Willoughby* 232. *tab. P. f.* 2. *Saury, Pennant B. Z. III.* 325. *n.* 155. *t.* 64. *Itinéris Scotici Edit.* 2. *p.* 298. *t.* 17. *f.* 2.

Habitat in mari Cornubiam alluente, et raro in Mediterraneo, longus 11 poll.

Eſt Eſox maxillis ſubulatis ſubaequalibus, pinnalis ſpuriis pone pinnam dorſalem analemque J. R. Forſteri MSS. II. 63. qui maris alluentis Novam Zeelandiam fluctibus poſt tempeſtatem ejectum vidit et deſcripſit. Corpus lineare lanceolatum, compreſſum, ſquamoſum, dorſum atro coeruleum, lateribus et abdomine argenteis, ſquamis minutis. Caput ſubquadratum, acuminatum, maxilla inferiore, paulo longiore, dentibus minutis, acutis, confertis, naribus amplis, oculis amplis, ſuperis, pupilla nigra, iride argentea, linea laterali infima, abdomini parallela, ano pone aequilibrium. P. D. 11. Spuriae 5 nigrae, oblongae. P. parvae 13. V. minimae, 6. A. parva 12 ſpuriae, albae 7. Caudae bifurcae viridi-caeruleae, punctis transverſis nigris ſtriatae, radii 14. Longitudo 12 latitudo 1 unica. Ad ſcombros referendum eſſe, quamvis pinnis ventralibus in abdomine poſitis praeditum, recte cenſuit Hermann ad Tabul. Aſſin. p. 160. qui ſub nomine *Gognet.* Edimburgo miſſum acceperat. Schn.

10. Tristoechus. Es. osseo similis, capite angusto, plano, naribus simplicibus, dentium ordine triplice, mediorum grandium et acutorum. *Manjuan Hispanis, Parra III. t. 40. f. 2.*

Habitat fluvios et paludes Havannae, captus editur, caro contra morbos cutaneos commendatur.

11. Chilensis. Es. maxillis aequalibus, dentibus minimis, confertis, linea laterali coeruleae, superne dentata, pinnis brevibus caudali aequali, squamis osseis, angulatis, supra aureis infra argenteis deciduis. *Molina* 196. *Gmel.* 1392. *n.* 4.

B. 10. P. 11. V. 6. A. 8. C. 22. D. 14.

Habitat in mari Chilensi, 2 — 3 pedes long.

Species non definiendae.

Argenteus. Es. corpore parvo, alepidoto, fusco flavicantibus, maculis litteris Asiaticorum similibus. *Americanis Trepoonder, Forster Reis. I.* 159. *II.* 282.

Est Esox alepidotus J. R. Forsteri MS. II. 62. dorso monopterygio, maxillis subaequalibus, qui habitantem in lacubus et rivulis insulae Australis Novae Zelandiae et hamo captum descripsit. Lapidum nautae Truffam vocabant. Corpus lanceolatum compressum, triquetrum, glabrum, supra fuscum, maculis litteratis sparsum flavo-aureis, abdomen flavescens; caput triquetrum, compressum, rostrum breve planum, depressum, rictus amplus, obliquus, maxilla superiore supra inferiorem fornicata: dentes immobiles minuti, acuti conferti, lingua dentata, palati 2 ordines dentium: nares geminae; oculi superi, pupilla nigra, iride

fufca, aureo anulata, membrana nictitans integra: opercula diphylla, alepidota: apertura branchialis ampla, membranae br. radii 9 vel 10. linea lateralis fubrecta, punctata. Longitudo 9 unciarum, latitudo 2. P. D. lumbaris 11. P. 14. V. 7. A. 16. C. truncatae 20.

Contra quem *argenteum* vocavit *J. R. Forfter* MS. II. 122. *maxilla fuperiore longiore, pinna in medio dorfo, laminis fupra pinnas pectorales ventralesque, membranae br. radiis* 14.

Corpus teres, argenteum, caput cuneiforme, alepidotum, glabrum, roftrum declive, rictus inferus, maxilla fuperior longior, dentes in maxillis lingua et palato, granulofi rotundi in lingua poftica et palato, nares fimplices, oculi fuperi magni, pupilla nigra, iris flava opercula triphylla, glabra argentea, fquamae femiorbiculatae, poftice truncatae, fubtrilobae, amplae, margine antico membranaceo, ciliato, Br. 13. vel 14. P. 16. V. 11. A. 6. C. 22. vel 24. D. 14 vel 15. Lamina magna fupra ventrales: cauda bifurca. Habitat mare ad infulam Otaheitee, ab incolis *Mòhee* vocatus.

Pertinet ad genus fequens ex Blochiana defcriptione. Schn.

GEN. 85. SYNODUS.

Pinna unica medii dorfi, os dentatum.

1. Synodus. S. rictu amplo, maxillis aequalibus, dentibus acutis, multis, oculis anterioribus, fupremis, vicinis, operculis in medio fquamofis, cauda bifida. *Efox Synodus. Gronov. Muf. II.* 4. *n.* 151. *Zooph.* 112. *n.* 351. *t.* 7. *f.* 1. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1390.

B. 15. P. 12. V. 8. N. 6. C. 8. D. 11.

Corpus oblongum, ſubcompreſſum, caput magnum, nudum, nares geminae utrinque, ſquamae magnae, integrae, imbricatae, linea lateralis recta, media, anus remotus, pinna caudalis diviſa, dentes in maxillis, palato, lingua et faucibus.

Habitat in America.

Membrana 5 radiatam branchiorum poſuit Linnaeus, 15 radios numeravit Gronov.

*2. Vulpes. S. maxillis unica ſerie dentium ſubulatorum armatis, ſuperiore prominente, membranae branchioſtegae radiis 3, pinna caudali bifida. *Eſox vulpea Linn. n.* 3. *Gmel.* 1390. *Catesby* 11. *t.* 1. *f.* 2.

B. 3. P. 14. V. 8. A. 6. C. 8. D. 14.

Habitat in Carolina Seſquipedalis.

*3. Malabaricus. S. capite nudo, maxilla inferiore longiore, dentibus ſubulatis, alternatim, majoribus et minoribus, pinnis rotundatis, maculatisque. Eſox malabaricus. *Bl. t.* 392.

B. 5. P. 11. V. 8. A. 10. C. 17. D. 14.

Habitat in Tranquebaria, pedalis.

Palati pectinem ſimilem pectini colubrorum, oſſa labialia ante finem profunde ſinuata, operculum primum quadrifariam carinatum et ſquamas ſtriatas video in 3 exemplis. Schn.

4. Erythrinus. S. corpore ſubcylindrico, maculis rotundis fuſcis, dentium parvorum multorum contiguorum unica ſerie, capite ſquamato, maxilla inferiore ſublongiore, macula nigra rotunda ad operculum poſterius, cauda rotundata nigro ſtriata. *Erythrinus Gronov. Muſ. II.* 6. *n.* 154. *t.* 7. *f.* 6. *Cyprinus ce-*

phalus Linn. n. 6. *Gmel.* 1417. *Muſ. Tr. Ad.* 77. *t.* 30. *f.* 1., quoad figuram, uti cenſuit Gronov. Zooph. 114. a quo numeri radiorum translati huc ſunt.

In Muſeo Vaillanti Pariſiis delineandum curavi. Habitat Surinamum, 4 poll. longus.

5. TAREIRA. *tab.* 79. S. corpore nudo, dentibus caninis 2 inferioris maxillae longioris, 4 in ſuperioris cauda attenuata, pinnis rotundatis, nigro faſciatis. *Tareira Pr. Mauritii. MS. Marcgrav.* 157.

P. 11. V. 7. A. 10. C. 15. D. 13.

Habitat in fluviis Braſiliae. Longus 15 — 16 poll.

6. PALUSTRIS. S. capite nudo, duro, maxilla inferiore longiore, dentibus parvis, pinnis nigris, caudali fere recta, ſquamis magnis. *Maturaque Braſilienſibus. Pr. Mauritii MS. Marcgrav.* 169.

P. 10. V. 6. A. 15. C. 13. D. 12.

Habitat in lacubus et paludibus non item in fluminibus Braſiliae, boni ſaporis. Longus 6, latus $1\frac{1}{2}$ poll.

7. ARGENTEUS. Vide Annot. generi praecedenti ſubjectam.

GEN. 86. SALMO. *Tab.* 81.

Caput compreſſum, truncus ſquamoſus, pinna dorſi ſecunda membranacea, ventrales multiradiatae.

A. Dentibus acutis magnis, diſcretis, in maxillis lingua et palato.

*1. SALAR. S. corpore nigro-guttato, capite acuminato, maxilla ſuperiore longiore,

pinna caudali lunata. *Bl. t.* 20. *Foem. t.* 98. *Mas. Linn. n.* 1. *Gmel.* 1364.

B. 12. P. 14. V. 10. A. 13. C. 21. D. 14.

Corpus craſſum, argenteum, ſquamae laeves, dorſum rotundatum, caput acuminatum, os terminale, rictus amplus, dentes acuti diſcreti in maxillis et lingua unica ſerie, 4—6 in lingua gemina ſerie, maxilla inferiore maris adunca, foſſam ſuperioris intrans, oſſa labialia lata, nares ſimplices ante oculos, apertura branchialis ampla; ſquamae orbiculatae, integrae imbricatae, linea lateralis dorſo vicina, recta, parallela, anus prope pinnam caudalem, lamina ſquamoſa ſupra pinnas ventrales, pinnae muticae.

Habitat in oceano potiſſimum ſeptentrionali fluviisque oſtio praeſertim anguſtiore in illum redundantibus.

In diverſis regionibus magna copia capitur: Caro in deliciis habetur.

Var. *a*) *Eriox.* differt, capite majore, maculis cinereis, pinna caudae ſere aequali. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1366.

Habitat cum praecedente.

Var. *b*) Narka. S. differt, capite minore, lingua ſubcoerulea, dorſo nigro maculato, pinna caudae furcata, carne ruberrima. *Kamtſchadalis Narka. Kraſcheninikof.* 181.

Ad 250 (15 pud.) libras exreſcit. (Vide infra no. 58. Nerkam.)

*2. Trutta. S. maxilla ſuperiore ſublongiore, ocellis nigris, iridibus lucidioribus, appendice ſupra pinnas ventrales, caudali pinna lunata. *Bl. t.* 21. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1366.

B. 12. P. 14. V. 10. A. 11. C. 20. D. 14 0.

Habitat alternatim in mari et fluviis Europae.

*3. FARIS. S. maxillis aequalibus, ocellis rubris, iridibus coerulefcentibus, pinna caudae lunata. *Bl. t.* 22. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1367.

B. 10. P. 10. V. 13. A. 11. C. 18. D. 14 0.

Habitat in Europae, Sibiriae aliarumque terrarum, mari cafpio finitimarum, rivis, torrentibus et montanis frigidis, vix pedalis.

*Var. *a) Foreftenfis.* S. ocellis rubris, iridibus bruneis. *Bl. t.* 23.

Habitat cum antecedente.

Var. *b) Salmulus.* S. areolis 7 coeruleis fupra lineam lateralem, cauda bifurca. *The Samlet. Penn. B. Z. III.* 303. *n.* 148. *t.* 59. *Willughby* 192.

P. 15. V. 9. A. 10. C. 19. D. 12. 0.

Fundus definitionis Artedianae, a Linnaeo fimpliciter transfcriptae, eft notitia plenior Willughbei p. 195. negligenter excerpta ab Artedio. Pifcis Britanno vifus erat 20 digitos longus: pinna dorfi anterior a fummo roftro $9\frac{3}{4}$ digitorum fpatio, pofterior $14\frac{1}{4}$, pectorales 4, ventrales 10, anus $15\frac{1}{2}$, oculi $1\frac{1}{4}$, nares $\frac{3}{4}$ diftabant. P. radii 15. V. 10. A. 12. D. 15. Caudalis forcipata: lineae in lateribus punctatae furfum recurvae funt praeter aliorum pifcium morem: latera infra lineam et venter flavefcunt; fupra lineam punctatam maculae neque nigrae neque rubrae, fed albidae. Caput coerulefcit, cranium fere pellucidum eft: fub oculis tria aut quatuor foraminula: nares duplices: dentes in lingua 6, utraque etiam maxillla dentata, fuperior duplice interius ferie: in medio palato dentes nulli. Ventriculus ingens, renes

magis

magis carnosi quam aliis plerisque piscibus. Piscem hunc in Germania alicubi visum descripserat Willughbejus, in cujus notitia nihil est, quod cum Umbla priore lacus Lemani apud Rondeletium aut Du Hamalium II. p. 220. tab 3. f. 3. conveniat.

In pisce liquore condito membranae br. radios 10 numeravi, nares geminas vidi, intermedia membrana foramen anterius et majus operculi instar claudente: fulcrum ventralium pinnarum pictura recte reddidit: sed dentes rari conici acuti simplice serie positi adsunt in utraque maxilla: praeterea maxilla interior seu palatina similes sed breviores unica serie positos habet, maximos lingua: omnes sunt immersi carnibus, et vix apicibus exstantes conspici possunt. Mihi igitur Willughbeianus piscis plane diversus esse a nostro videtur: contra idem sequenti forma capitis, maxillarum dentium, numeroque pinnarum radiorum tam similis est, ut dubitatio mihi aliqua de speciei diversitate sit subnata. Schn.

*4. Salvelinus. S. rictu peramplo, trunco rubro guttato, pinnis dorsalibus et caudali fuscescentibus, ceteris rubris, radio primo pinnarum ventralium et analis albo, ventre aurantiaco, appendice supra pinnas ventrales. *Bl. t.* 99. *Linn. n.* 9. *et Salmarinus n.* 10. *Gmel.* 1370 *et* 1371. *Schrank Itinerarii Bavarici p.* 90.

B. 10. P. 14. V. 9. A. 12. C. 24. D. 13. 0.

Habitat in Germaniae australis lacubus frigidioribus, bipedalis.

*5. Hucho. S. squamis minimis, trunco et pinnis nigro-punctatis, appendice supra ventrales. *Bl. t.* 100. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1369.

B. 12. p. 17. V. 10. A. 12. C. 16. D. 13. o.

Habitat in Danubio, Bavariae et Auſtriae lacubus majoribus, 4 — 6 ped. long.

*6. Umbla. S. corpore argenteo immaculato, capite parvo, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis minutiſſimis. *Bl. t.* 101. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1371.

B. 10. P. 15. V. 9. A. 11. C. 18. D. 11. o.

Habitat in Helvetiae et Italiae lacubus.

*7. Goedenii. S. rictu obliquo, trunci ocellis rubris, viridibus albis, ſquamis minimis, argenteis, pinna dorſali nigro guttata. *Bl. t.* 102. *Gmel.* 1368.

B. 10. p. 15. V. 10. A. 11. C. 18. D. 12. o.

Habitat in mari baltico, ad Rügenwalde, ſesquipedalis.

*8. Schiffermülleri. S. maxilla inferiore longiore, trunci maculis lunatis, parvis. nigris, ſquamis mediocribus argenteis. *Bl. t.* 103. *Gmel.* 1365. *Mayſerche, Schrank Naturhist. Briefe* 1. 4.

B. 12. p. 18. V. 10. A. 13. C. 19. D. 15. o.

Habitat in mari baltico ad Rügenwalde ſub nomine *Silberlachs* (S. argenteus) et in Auſtriae lacubus ſub nomine *Maiforelle* (S. fario majalis) bipedalis, pondere 40 libras aequat *).

*9. Alpinus. S. corpore puncteis aureis, rubris, nigris eleganter variegato, ſquamis minimis, pinna caudali fere recta. *Bl. t.* 104. *Linn. n.* 8. *Itin. Weſtgoth.* 298. *Gmel.* 1370.

B. 10. P. 14. V. 8. A. 12. C. 13. D. 13.

*) Notandum hunc piſcem et mari et lacubus communem inveniri. An per diluvium?

Habitat in Laponiae, Sueciae, Angliae et Germaniae auſtralis lacubus.

*10. Friderici. S. maculis 3 nigris magnis rotundis ad lineam lateralem, dentibus ſubulatis, contiguis maxillae inferioris, diſcretis et minoribus ſuperioris, ſquamis magnis, dorſo acuto, capite obtuſo, rictu anguſto, pinnis ſuperioribus inferioribus oppoſitis, dorſo violaceo, ventre argenteo. *Bl. t.* 378.

B. 4. P. 12. V. 9. A. 10. C. 20. D. 11. 0.

Habitat in Surinamo.

Dentes ſimillimos ſequenti, labia item intus plicata ſeu rugoſa, ſed ſquamas et oculos majores reperi in exemplo liquore condito. Schn.

*11. Fasciatus. S. corpore nigro faſciato, labiis intus denſiſſime plicatis, baſi pinnae dorſalis et caudalis ſquamata, rictu anguſto, dentibus acutis, recumbentibus anterioribus duobus maxillae inferioris longioribus, naribus anterioribus lobatis. *Bl. t.* 379.

B. 4. P. 15. V. 10. A. 10. C. 22. D. 13. 0.

Habitat cum antecedente, 11 poll. longus.

*12. Argentinus. S. capite parvo, rictu anguſto, maxilla inferiore longiore, vitta argentea longitudinali, linea laterali deorſum flexa, dentibus tricuspidatis. *Bl. t.* 382. *f.* 1. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1372. *N. C. Petrop.* 8. 413. *tab.* 14. *f.* 4.

B. 4. P. 12. V. 8. A. 43. C. 20. D. 9. 0.

Habitat in America auſtrali.

Ventrem inter P. P. et V. arcuatum et carinatum, analis pinnae radios 3. 4. 5. 6. 7. utrinque uncino paulum ſupra baſin auctos, dentes

latos, ſupra convexos, margine ciliato omnes vidi in exemplo liquore condito. Schn.

*13. Rhombeus. S. latus, dentibus validis, maxilla inferiore longiore, dorſo acuato, ventre carinato, ſerrato, ut in clupeis, ſquamis parvis, pinna anali longa, ſquamata, caudali lunata, nigro marginata, ano medio. *Bl. t.* 383. *Linn. n.* 28. *Gmel...*

B. 4. P. 15. V. 8. A. $\frac{2}{32}$. C. 18. D. $\frac{3}{17}$. o.

Habitat in fluviis Surinami, longus 9, latus 4 poll.

*14. Saurus. S. corpore ſtrictiore, vario operculis ſquamatis, maxillis aequalibus, dentibus maxillarum exteriorum et interiorum longis acutis, rictu peramplo, oculis ſupremis, vicinis, radiis pinnarum ventralium dichotomis, pectoralibus vicinis, caudali diviſa. *Bl. t.* 384. *f.* 1. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1376.

P. 12. V. 8. A. 11. C. 18. D. 10. o.

Habitat in Oceano Europaeo.

*15. Foetens. S. corpore anguſto immaculato, capite parvo, obtuſo, operculo anteriore ſquamato, oculis ſupremis et anterioribus, rictu amplo, maxilla inferiore longiore, dentibus maxillarum exteriorum et interiorum ſeu palatinorum gradatim longioribus, pinnis ventralibus pone thoracem, radiis intimis longiſſimis. *Bl. t.* 384. *f.* 2. *Linn. n.* 24. *Gmel.* 1385. *Lagarto, Parra* 36. *t.* 18. *f.* 2.

B. 12. P. 12. V. 8. A. 16. C. 25. D. 12.

Habitat in Carolina et Havanna.

*16. Falcatus. S. capite acuminato, nudo, oculis ore poſterioribus, maxilla ſuperiore longiore, macula atra rotunda in initio et fine

lineae lateralis deorſum ſlexae, pinna dorſali prima inter pinnas ventrales et analem oppoſita, anali falcata, caudali diviſa, pectoralibus acutis. *Bl. t.* 385.

B. 5. P. 16. V. 8. A. 26. C. 20. D. 11. 0.

Habitat in Surinamo.

In exemplis duobus majoribus pinnas pectorales et ventrales nigro punctulatas vidi. Schn.

*17. Odoe. S. corpore bruneo, capitis plani figuris ſtellatis, linea laterali deorſum flexa, pinnis inferioribus nigris, ano pinnae caudali diviſae vicino, dorſali remota, oſſibus labialibus longis, dentatis. *Bl. t.* 386.

B. 4. P. 14. V. 9. A. 11. C. 28. D. 9. 0.

Habitat ad oram Guineae, vix pedalis.

Priori ſimillimus maxilla ſuperiore arcuatim emarginata et oſſibus labialibus ſerratis, ſed maxilla ſuperior aequalis est. Schn.

*18. Tumbil. S. capite oblongo, acuminato, rictu ampliſſimo, maxilla inferiore longiore, ordinibus plurimis dentium acutorum tenuium, ſquamis magnis, pinnis ventralibus thoraci vicinis, caudali divisa, ſtriis latis transverſalibus rubro violaceis. *Bl. t.* 4[illegible]0.

B. 7. P. 15. V. 8. A. 11. C. 20. D. 12.

Habitat ad Tranquebariam, pedalis, Tamulice, *Tumbili* dictus.

Dentes maxillae exterioris et interioris vel palatinae gradatim majores, ſquamas baſi pinnae dorſalis accubantes acuminatas longas, fulcrum ventralium praelongum vidi in exemplo ſiccato. Schn.

19. Lacustris. S. cauda ſubbifurca, maculis ſolum nigris parvis, crebris, ſulco longi-

tudinali ventris, maxillis aequalibus. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1369. *Willughb.* 198.

Habitat in Helvetiae, Norwegiae et Sibiriae aquis dulcibus.

20. Carpio. S. corpore argenteo, maculis laterum albis, dentium ordinibus 5 palatinorum iride oculorum argentea, pinnis inferiobus, nigricantibus. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1570. *Willughb.* 197.

Habitat in lacu Benaco, fluviis Angliae et Valesiae.

Willughb. numerat P. D. 15. P. 13. V. 9. A. 11. Schn.

21. Pulverulentus. S. corpore compresso, squamis parvis albis, pinnis P. V. A. quasi pulvere fusco aspersis, linea laterali descedente, oculis rubris radiantibus, maxilla superiore sublongiore, dentibus validis inaequalibus, lingua laevi. *Linn. n.* 27. *Gmel.* 1586.

B. 5. P. 16. V. 8. A. 26. C. 18. D. 11. 0.

Habitat in America.

22. Taimen. S. capite elongato, rostro depressiusculo, maxilla inferiore longiore, pinna ani ruberrima, trunco terete, microlepidoto, pinna caudali bifurca, obscure rubra, guttis fuscis per dorsum et opercula sparsis. *Pall. Reis. II.* 716.

P. 15. V. 10. A. 10. C... D. 12. 13.

Habitat in torrentibus alpium et fluviis Sibiriae mare glaciale influentibus: magnitudine maxima sesquiulnaris pondere 10 — 15 librarum: carne alba.

23. Stagnalis. S. supra fuscescens, infra albus corpore subterete, maxilla superiore longiore, dentibus validis in maxillis lingua et

palato. *Fabricii F. Grl.* 175. *n.* 126. — Ex ſiccato exemplo deſcriptus.

B. 12. P. 14. V. 10. A. 10. C. 21. D. 14. o.

Habitat in aquis montanis Groenlandiae.

24. Striatus. S. corpore argenteo, nigro ſtriato, compreſſo, roſtro conico, pinna caudali, leviter furcata. *Siberis Milktschitsch Kraſchaninikow.* 181.

P. 14. V. 10. A. 13. D. 11. o.

Habitat in fluviis Kamtschatkenſibus.

25. Kysutsch. S. corpore argenteo, dorſo maculato, maxillis longis, obtuſis, dentibus magnis. *Penn. A. Z. introd.* 208. *Bjelaya ryba* (piſcis albus) *Ruſſis.*

P. 14. V. 10. A. 14. D. 11.

Habitat aeſtate in fluviis Kamtſchatkenſibus, verſus hyemem revertitur in mare.

26. Tschawytscha. S. corpore lato, argenteo, roſtro acuto, maxilla ſuperiore longiore, operculis longis, anguſtis, dorſo ſubcoeruleo, nigro punctato, pinna caudali lunata. *Kraſcheninikow.* 178.

P. 16. V. 10. A. 15. C... D. 12. o.

Habitat in fluminibus Kamtſchatkenſibus.

27. Keta vel Kayko. S. corpore immaculato, capite depreſſo, oblongo, inflexo, lingua acuta, dorſo atro viridi, ſquamis argenteis, pinna caudali lunata. *Kraſcheninikow* 187.

P. 15. V. 11. A. 18. D. 14. o.

Habitat cum antecendentibus; carne alba.

28. Dentex. S. capite oblongo, acuminato, maxillis aequalibus, dentibus robuſtis in maxilla inferiore majoribus, exertis, acutis, in-

terioribus obtuſis, gemina ſerie, linea laterali abdomini propinquiore, ſquamis magnis, deciduis, lineis 3. 4. longitudinalibus fuſcis. *Cyprinus dentex Linn. n.* 27. *Gmel.* 1383. *Salmo Forskael* 66. *n.* 97. *Roſchal Arabibus, Salmo dentex. Haſſelquiſt. Reiſ.* 437. *n.* 89.

B. 4. V. 9. A. $\frac{1}{14}$. D. 10. 0.

Linnaei deſcriptio in Muſeo A. F. II. 108. haec erat: Corpus Rutili Cyprini figura, colore, magnitudine; naribus, membrana branchioſtega: dentes in utraque maxilla craſſi, paralleli, approximati, molarium canis ſimiles, tridentati, intermedio majore, in ſuperiore 6, in inferiore 8, praeter interiores lingua glabra, opercula aurea. P. D. 10. P. 14. V. 9. A. 26. C. 19, bifurca. Hinc in ſyſtemate caracterem poſuit: *Pinna anali radiis* 26, *ore undique dentibus molaribus*: et comparavit *Salmonem denticem* Haſſelquiſti Itiner. p 437, qui dentes 8 inferioris maxillae robuſtos convexos, acie tricuspide, ſerie ſimplice diſpoſitos, anteriores vero duplicatos, ſuperioris anteriores 2 ſimiles, reliquos integros, obtuſos, ſubtus planos, alteram ſeriem pone hos dentium craſſorum, brevium, obtuſorum, inaequalium, ſubtus tuberculatorum annotavit, narium anteriorem marginem lobulo auctum, membranae br. radios 5, fulcrum ſquameum ſupra P. V. lineam lateralem anterius ſurſum flexam, deinde rectam, ventri quam dorſo propiorem, elevatam, lineolis diſtinctis compoſitam, lineolas 3 vel 4 longitudinales, obſcuras, fuſcas, per partem glaucam laterum decurrentes; Arabice audit *Kalb el Bar*, i.e. canis marinus.

B. 5. P. 15. V. 10. A. 24. C. 25. D. 10. 0.

Pinnam adipoſam, quam Haſſelq. brevem,

apice inciso-crenato esse dicit, Linnaeus vidisse se negat, forte in pisce siccato.

Postea Forskalius Cyprinum denticem ad Salmones referendum esse censuit, Arabicum nomen *Roschal* referens, radiorumque numerum a Bl. supra positum. Sed is dentes subulatos maximos, et post dorsi fusco alboque lineati mentionem iterum dentes prominentes vel exsertos commemorat. Schn.

29. Lepechini. S. maxilla superiore sublongiore, rictu amplo, oculis magnis, ocellis nigris exiguis, iride flava, abdomine flammeo, squamis parvis, maculis quadratis nigris pinnae dorsalis. *Salmo Palja Lepechin Reis. III.* 229. *t.* 14. *f.* 2. *Gmel.* 1374. *n.* 52.

B. 11. P. 14. V. 9. A. 12. C. 20. D. 9. 0.

Habitat in Russiae et Sibiriae fluviis calculosis: 8 pollices raro superat.

30. Gibber. S. argenteus, immaculatus, ante pinnam dorsalem admodum gibbosus capite parvo, maxilla superiore longiore adunca, dentibus parvis, dorso nigro guttato, pinna caudali divisa. *Gorbuscha Kraschenínikow* 181.

P. 15. V. 10. A. 15. D. 12. 0.

Habitat in Kamtschatka, carne alba, ingrata.

51. Malma. S. corpore cylindrico, coeruleo maculis coccineis sparso, squamis minutis, abdomine albo, pinnis inferioribus rubris, caudali lunata. *Malma Kamtschadalis*, *Gattla Russis*, *Kraschaninikow*. 183.

Habitat in fluviis Kamtschatkensibus, bipedalis.

32. Albus. S. maxilla superiore sublongiore, gemina serie dentium, unica inferioris,

pinna dorſi nigro maculata, caudali atra, valde bifurca. *The Whiting. Penn. B. Z. III.* 302.

P. 13. V. 9. A. 9. D. 11.

Fluvium Eſk in Britannia habitat, 2½ ped. longus.

33. AMERICANUS. S. capite parvo, obtuſo, oculis magnis, maxillis aequalibus, dentium ſerie utrinque unica ſquamis magnis, dorſo obſolete carinato, abdomine ſubcurvato carinato, linea laterali curva, infera. *Charax Gronov. Zooph.* 123. *n.* 377. *n.* 3.

A. 27. C... D. 11. o.

Habitat in America.

* 34. EPERLANUS. S. corpore anguſto, argenteo, capite diaphano, maxilla inferiore longiore, lingua dentata, ſquamis deciduis, pinnis dorſalibus ventralibus et anali oppoſitis.. *Bl. t.* 28. *f.* 2. *Linn. n.* 13. *Gmel.* 1375.

B. 7. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19. D. 11. o.

Habitat in Europaeorum lacuum fundo arenoſo.

*Var. MARINUS. Corpore majore, dentibus ſubulatis ex ſertis in maxilla, et lingua. *Bl. t.* 28. *f.* 1.

Habitat in oceano ſeptentrionali: verno tempore pruriens copioſe in fluvios adſcendit, odorem ingratum ſpirat.

B. Dentibus parvis.

35. THYMALUS. S. capite nigro punctato, rictu anguſto maxilla ſuperiore ſublongiore, pinna dorſi elevata, nigro faſciata, radiis 23, ſquamis magnis, pinna caudali bifida. *Bl. t.* 24. *Linn. n.* 17. *Gmel.* 1379.

B. 10. P. 16. V. 12. A. 14. C. 18. D. 23. o.

Var. Thymalus latus. Corpore latiore, ſquamis majoribus, ventre carinato, pinnis pectoralibus minoribus, dorſo antice carinato. *Bl. t.* 25. *Klein M. P. v.* 20. *t.* 6. *f.* 1.

B. 9. P. 16. V. 18. A. 14. C. 20. D. 15. 0.

*36. Lavaretus. S. capite parvo, roſtro naſiformi, rictu anguſto, lingua alba, aſpera lamina ſupra pinnas ventrales, ſquamis magnis, linea laterali, recta dorſo vicina, pinna caudali bifida, maxilla ſuperiore longiore, apice carnoſo, nigro. *Bl. t.* 25. *Linn. n.* 15. *Gmel.* 1376.

B. 8. P. 15. V. 12. A. 14. C. 20. D. 15. 0.

Habitat in oceani Europaei ſeptentrionalis profundis.

Var. Schokur. S. corpore majore latiore, bipedali, capite obtuſiore, oſſibus labialibus latioribus. *Oſtiacis Schokur, Samojedis Hirdſcha. Pallas Reiſe III.* 705. *n.* 42.

B. 9. P. 17. V. 11. A. 14. D. 12. 0.

*37. Maraena. S. corpore argenteo, capite parvo, obtuſo, maxilla ſuperiore longiore ore edentulo, oſſibus labialibus latis, linea laterali recta, media, ſquamis magnis, lamina ſupra pinnas, ſquamis magnis, lamina ſupra pinnas ventrales, dorſali oppoſitas, pinnis violaceis caudali bifurca. *Bl. t.* 27. *Gmel.* 1381. *n.* 43.

B. 8. P. 14. V. 11. A. 15. C. 20. D. 14. 0.

Habitat in lacu Madui Pomeraniae aliisque Marchiae novae, bipedalis.

*38. Albula. S. argenteus, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta, dorſo vicina, pinna dorſali prima ventralibus oppoſita, ore edentulo, ano remoto. *Linn. n.* 16. *Gmel.* 1379. *Salmo macoenula Bl. t.* 27. *f.* 3.

B. 7. P. 15. V. 11. A. 14. C. 20. D. 10. 0.

Habitat in lacubus Marchiae Brandenburgiae, Silesiae, Sueciae et Obum fluvium, teste Pallas It. III. 80., carne alba, in deliciis habita.

*39. Wartmanni. S. corpore coerulescente immaculato, edentulo, capite parvo, obtuso, maxillis aequalibus, ossibus labialibus latis, pinnis margine coeruleis, caudali lunata, dorsali anteriore ventralibus. *Bl. t.* 105. *Gmel.* 1382. *n.* 45.

B. 9. P. 17. V. 12. A. 14. C. 25. D. 15. o.

Habitat in lacubus Helvetiae, *Blaufelchen* dictus.

*40. Edentulus. C. corpore lato, rictu angusto, rostro obtuso, oculis magnis, pinna ad dorsum arcuatum elevata, falcata, ano remoto. *Bl. t.* 380.

B. 4. P. 13. V. 10. A. 11. C. 23. D. 11. o.

Habitat in Surinamo, long. 8, lat. $2\frac{3}{4}$ poll.

*41. Melanurus. S. corpore argenteo, macrolepidoto, ano medio, linea laterali curva, infera. *Bl. t.* 381. *f.* 2.

B. 4. P. 12. V. 8. A. 30. C. 20. D. 9. o.

Habitat cum praecedente, longus 8 pollices.

In exemplis 5 liquore conditis, paulo plusquam biuncialibus dentes inferiores pro ratione magnos, triangulares et tricuspidatos, superiores similes, sed minores, utrosque simplice serie positos, analis pinnae radios primores in uno exemplo uncinulis recurvis asperos reperi. Schn.

*42. Unimaculatus. S. corpore argenteo, ore angusto, maxilla superiore longiore, macula nigra rotunda in medio lineae lateralis, pinna caudae furcata. *Bl. t.* 381.

B. 4. P. 14. V. 11. A. 10. C. 20. D. 11. 0.

Habitat in America auſtrali, long. 4½ poll.

*43. Groenlandicus. S. corpore argenteo, ſquamis minimis, dorſo recto, maxilla inferiore longiore, pinna ani rigida, ſquamata, prominente, arcuata. *Bl. t.* 381. *f.* 1. *Clupea villoſa Gmel.* 1409. *n.* 14. *S. arcticus*, *O. Fabric.* 177. *n.* 128. *Capelan d'Amérique Duham II.* 149. *t.* 26.

B. 6. P. 19. V. 8. A. 22. C. 28. D. 14. 0.

Habitat in mari Islandico, Groenlandico et Norwegico, Americae ſeptentrionalis et Kamtſchatkenſi. A Groenlandis magna copia captus ſiccatur et ſervatur. Mas pruriens fere totus villis efflorefcit.

*44. Bimaculatus. S. corpore lato, ore anguſto, maxilla inferiore longiore, ano capiti propinquiore, pinna anali longa, macula ovali nigra ad ſcapulam, rotunda in fine caudae. *Bl. t.* 3 2. *f.* 2. *Linn. n.* 22. *Gmel.* 1385.

B. 4. P. 10. V. 8. A. 32. C. 16 D. 11. 0.

Habitat fluvios Surinamenses, longus 4½, latus 2 poll.

Dentes Linnaeus minimos, Artedi acutos, Gronovius magnos, latos, acutos, dicit; equidem inferiores acutos, tricuſpidatos, quales pictura oſtendit, reperi: ſupra anterior ſeries breves conicos dentes, altera interior tricuſpidatos, ſed obtuſiores et breviores oſtendit. Schn.

45. Oxyrynchus. S. maxilla ſuperiore longiore, conica linea laterali recta, cauda bifurca. *Linn. n.* 18. *Gmel.* 1383.

P. 17. V. 12. A. 14. D. 13. Willugh.

P. 13. V. 10. A. 15. D. 14. Gronov.

Habitat in mari ſeptentrionali, Belgis *Houting.*

46. Anastomus. S. ore ſimo Anaſtomus. *Gronov. Muſ.* 2. *n.* 165. *t.* 7. *f.* 2. *Salmo Anaſtomus Gmel.* 1387. *n.* 29.

B. 4. P. 17. V. 7. A. 10. C. 25. D. 11. o.

Habitat in America auſtrali et India.

47. Silus. *tab.* 81. S. capite planiuſculo, oculis permagnis, rictu anguſto, linea laterali dorſo propinqua, ſquamis magnis, ano pinnae caudali vicino. *Aſcanii t.* 24.

B. 6. P. 17. V. 13. A. 14. C. 40. D. 12. o.

Habitat ſemper pelagius in mari Norvegico, *Var. Sil.* appellatus, interdum bipedalis.

48. Nelma. S. capite producto, maxilla inferiore longiore, oſſibus labialibus magnis, latis, ſquamis magnis, pupilla oblonga. *Lepechin Reiſe II.* 192. *t.* 9. *f.* 1. 2. *Pallas Reiſe II. Append. no.* 34.

P. 16. V. 11. A. 16. C. 22. D. 13

Habitat in fluviis Sibiriae, longus 1 — 2 ped. pondere 20 – 25 librarum.

49. Niloticus. S. facie cyprini albumi, corpore toto albo, pinnis baſi flaveſcentibus, caudali valde furcata. *Arabice Neſaſch. Haſſelquiſt.* 422. *n.* 89. *Linn. n.* 26. *Gmel.* 1386.

P. 13. V. 9. A. 26. C. 19. D. 9 – 10. o.

Habitat in Nilo, Arabice *Rai,* ab Aegyptiaco diverſiſſimus, judice Forſkalio p. 66.

50. Cyprinoides. S. pinnae dorſalis radiis anticis elongatis ſetaceis. *Salmo cyprinoides. Linn. n.* 25. *Gmel.* 1385. *Gronov. Zooph. n.* 378.

P. 10. V. 9. A. 10. C... D. 10.

Gronov. B. 5. P. 15. V. 10. A. 11. C. 22. D. 11. o.

Habitat in Surinamo.

51. Omisco-Maycus. S. duplice ſerie macularum nigrarum ſtellatarum ſupra lineam lateralem, ventre albo, cauda bifurca. *Pennant A. Z. introd.* 298.

B. 5. P. 13. V. 8. A. 7. D. 11. 0.

Habitat in ſinu Hudſonis anadromus, longus fere ſpithamam.

52. Sphyraena. S. corpore ſubterete, argenteo, pellucido, taenia longitudinali argentea, pinnis parvis, capite ſupra plano, maxilla inferiore edentula, linguae dentibus 5 — 6 validis hamatis, ventre ſulco longitudinali canaliculato. *Pei d'Argen, Argentina ſphyraena, Brunnich P. M.* 79. *n.* 96.

B. 6. P. 14. V. 11. A. 13. C. 19. D. 10. 0.

Veſicula aerea utrinque conica, velut argenti folium reſplendens, manus contactu argento quaſi obducit.

Maſſiliae ſatis frequens, ſpithamalis.

Eundem piſcem ſub nomine *Peis argent* ad Salmones referendum, cum Sphyraenae ſecunda ſpecie apud Rondoletium 8°. 2. comparavit recte Poujet apud Du Hamel II. 536. Schn.

53. Inghaghitsch. S. argenteus, facie cyprini, maxillis fere aequalibus oculis et ſquamis magnis argenteis, dentibus minimis. *Pennant A. Z. Introd.* 210.

P. 12. V. 10. A. 12. D. 8. 9. 0.

Longitudinem 5 unciarum, vix ſuperat, vere et autumno fluvios Kamtſchatkenſes ingreſſus.

54. Lenock. S. ſubaureolus, maxillis denticulatis, ſuperiore longiore, pupilla antice angulata, ſquamis magnis, pinna anali intenſius

rubens, dorſales maculoſae maribus cum punctis fuſcis dorſi. *Pallas Reiſ. II.* 216.

P. 16. V. 16. A. 12. D. 12. 13 o.

Abundat in fluminibus calculoſis rapidiſſimis Sibiriae, maximus ulnaris, carne alba ſapidiſſima.

55. AUTUMNALIS. S. capite conico, acuto, maxillis edentulis, inferiore longiore, trunco carnoſo, linea laterali recta, punctis nigris notata, ſquamis majuſculis argenteis, appendice longa ſupra pinnas ventrales. *Ruſſis Omul. Pall. Reiſe III.* 705. *t.* 14. *Lepechin Reiſe III.* 228. *Gmel.* 1378. *n.* 42.

B. 9. P. 16. V. 16. V. 14—15. A. 13. C. 36. D. 11. o.

Habitat mare glaciale, anadromus ſesquipedalis.

56. NASUS. S. capite corpore craſſiore, maxilla ſuperiore longiore, usque ad oculos gibba, convexa obtuſa, appendice breviſſima triquatra, ſupra pinnas ventrales, dorſo verſus pinnam angulato. Samojedis *Chychalle*, *Pallas Reiſe III.* 705. *Ruſſis* TSCHIR *Lepechin Reiſe III.* 227. *tab.* 13. *f.* 1. *Gmel.* 1378. *n.* 41.

Lepech. B. 8. P. 13—14. V. 12. A. 14. C. 24. D. 11—12. o.

B. 8—9. P. 18. V. 11—13. A. 13. C... D. 12. o.

57. MIGRATORIUS. S. argenteus ſupra griſeus, capite compreſſo, maxillis edentulis, ſubaequalibus, pinnis ſuperioribus griſeis, inferioribus ex albo rubentibus. *Georgi Reiſe I.* 182.

B. 9. P. 11. V. 12. A. 15. C. 20. D. 12. o.

Habitat in lacu Baikal Siberiae, longus 16 uncias ad 2 pedes, carne alba.

58. NERKA.

58. Nerka. S. corpore compreſſo, capite perparvo, roſtro acuto, brevi, ſquamis magnis, dorſo coeruleo, nigro maculato, caudali pinna bifurca. *Nerka Kamtſchadalis, Kraſcheninnikow* 181. *Pennant. A. Z. introd.* 207. (Vide ſupra no. 1.)

P. 16. V. 10. A. 15. D. 11.

Poſtquam in flumina adſcendit, dentes increſcere et roſtrum incurvari ſimul dicitur: caro tum purpurea: pondus 16 librarum raro ſuperat.

59. Pelcot. S. capite conico, punctis bruneis adſperſo, ore edentulo, dorſo arcuato, anterius craſſo, poſtice carinato. *Lepechin Reiſ. III.* 226. *t.* 12. ſesquipedalis.

B. 12. V. 13. A. 14. C. 22. D. 10. o.

60. Vimba. S. pinna adipoſa ſubſerrata, radiis 12 pinnae dorſalis primae. *Salmo vimba Gmel.* 1383. *Linn. n.* 19. *Gothland. Reiſ. II.* 268.

P. 16. V. 10. A. 10. C... D. 12. o.

Habitat in lacu Anim Sueciae, longus $\frac{1}{4}$ ulnae.

61. Cylindricus. S. corpore cylindrico, ore anguſto, ſquamis magnis, argenteis, pinnis inferioribus rubicundis. *Walok Ruſſis. Pennant A. Z. introd.* 175.

Habitat in fluminibus Siberiae Lena, Kowyma et Indigirska.

62. Curimata. S. corpore argenteo oblongo, gracili, capite roſtrato, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis parvis, linea laterali media recta, macula rotunda atra laterum, radiis anterioribus pinnae dorſalis longiſſimis. *Curimata Braſilienſibus, Markgraf* 156. *Charax Gronov. Zooph.* 125. *n.* 379.

Habitat in lacubus Brasiliae: sesquipedalis, 4½ poll. latus, caro in deliciis habetur.

63. Aegyptius. S. corpore oblongo, teretiusculo, lineis glauco albidis laterum, rostro obtuso, rictu parvo, dentium capillarium in maxilla inferiore unica, insuperiore gemina serie dorso arcuato, abdomine convexo, pinna caudali squamata, squamis parvis, asperis, apice serratis. *Nesasch Arabice, S. niloticus Hasselquist Reis.* 422. *Forskael.* 66. *n.* 97. *S. aegyptiacus. Gmel.* 1386.

B. 4. P. 17. V. 10. A. 16. C. 20. D. 23. 0.

In Nilo saepe ad 100 librarum pondus excrescit, in cibo plurimum aestimatus.

*64. Gastropelecus. S. corpore lato, valde compresso, ore simo, angusto, dorso recto carinato, pinnis ventralibus minimis, pectore prominente, arcuato, carinato, pinnis dorsalibus caudali vicinis. *Bl. t.* 97. *f.* 3. *Salmo Gastropel. Gmel.* 1384. *Clupea sima Linn. n.* 7. *Steinicla n.* 3.

B. 3. P. 9. V. 2. A. 34. C. 22. D. 13. 0.

Habitat in Surinamo, vix bipollicaris.

65. Immaculatus. S. corpore lato immaculato, pinnae analis radiis 12. *Linn. n.* 23. *Gmel.* 1385.

B. 4. P. 14. V. 11. A. 12. C. 20. D. 11.

Habitat in America.

Quem sub nomine *Blankestenen* descripsit et pinxit *Stroem* in *Skrivter of N. S.* 3. P. 2. p. 12. tab. 1. f. 1. ab ipso non sine dubitatione fuit comparatus cum immaculato Linn. Obstat praecipue corpus oblongum in Linnaeano contra latam: squamae sunt permagnae, asperae tactu, nigro punctatae, quaternis juxta lateralem utrin-

que lineis elevatis quasi carinatae. Peritonaeum nigrum, fauces filis crassis obsitae, (*med. temmelig tykke traade flossede.*)

B. 5. P. 16. V. 12. A. 12. D. 11. C. 20. Schn.

66. Gibbosus. S. corpore lato, compresso, capite parvo, maxillis aequalibus, palato et lingua glabris, linea laterali recta, media, squamis magnis, pinna anali longa, ano capiti viciniore, macula nigra ad initium lineae lateralis, aculeo crasso ad basin P. P. *Salmo gibbosus Linn. n.* 20. *Gmel.* 1384. *Charax Gronov. Zooph. n.* 380. *t.* 1. *f.* 4.

B. 4. P. 11. V. 8. A. 55. C. 19. D. 10. 0.

Habitat in Surinamo.

67. Punctatus. S. maxillis edentulis, inferiore longiore, ventre punctato. *Mülleri Z. D.* 49. *n.* 415.

68. Muikisi. S. macrolepidotus, dorso nigro maculato, vitta longitudinali ruberrima in utroque latere. *Muikisi Kamtschadallbus Kraschenínnikow* 185. *Mykiss Pennant A. Z. Introd.* 209.

P. 14. V. 10. A. 12. D. 12.

Habitat in Kamtschatka, pisces, insecta mures adeoque vaccinium vitem idaeam in cibo appetens; carne sapida.

69. Erythrinus. S. maxillis aequalibus, dentium gemina serie, ocellis sordide rubris, pinnae dorsalis anterioris, secunda longa fusca, ceteris coccineis, caudali forcipata. *Georgi Reis. I.* 156. *t.* 1. *f.* 1. *Gmel.* 1368.

B. 12. P. 13. V. 9—10. A. 11. C. 19. D. 10—12. 0

Habitat lacus fluviosque Sibiriae, ad 2 pedes longus.

70. Rivalis. S. capite obtuſo, ſquamis minimis, corpore mucoſo, elongato, ſuperne nigricante, inferne rubente, nigro punctato. *O. Fabricii F. Groenl.* 176. *n.* 127.

Habitat in rivulis et ſtagnis minoribus limoſis Groenlandiae. Hieme in limo ſine motu jacere et indurari dicitur, vix 6 poll. longus, ⅔ poll. latus.

71. Kundscha. S. argenteus, albo guttato, pinna adipoſa parva, ſerrata, lateribus ſupra et infra lineam lateralem coeruleſcentibus, appendice ſupra pinnas ventrales, cauda bifurca coerulea. *Ruſſis Kundſcha Pall. Reiſ. III.* 706. *n.* 46. *Gmel.* 1373. *n.* 15.

B. 11. P. 14. V. 9. A. 10. D. 11 — 12. o.

In ſinubus oceani arctici abundat, flumina non intrat, vulgo bipedalis.

72. Pidschian. S. corpore lato, maxilla ſuperiore longiore, dorſo gibboſo, appendice triquetra ſupra pinnas ventrales longas. Oſtiacis Pidſchian, Samojedis Polcur. *Pallas Reiſe III.* 705. *n.* 43. *Gmel.* 1377. *n.* 39.

B. 10. P. 14. V. 11. A. 16. D. 15. o.

Habitat in alveo Oberſi, biſpithamalis.

Var. *Muchſan* Oſtiacis, *Sjumburga* Samojedis, differt corpore latiore et magis gibboſo. *Ibid.*

Habitat cum antecedente.

73. Leucichthys. S. corpore oblongo, dorſo recto, convexo latiſſimo, ore edentulo, roſtro obtuſiſſimo, maxillis inaequalibus, ſuperiore lata, inferiore conica, adſcendente, apices tuberculo prominente, ſquamis argenteis, nigro punctatis, appendice ſupra pinnas ventrales, caudali lunata, adipoſa nigro punctata. *Belaja*

Rybyza Russis, Güldenst. in N. C. Petrop. XVI. 531. *Gmel.* 1383. *no.* 46.

B. 10. B. 14. V. 11. A. 14. C. 27. D. 15. o.

Habitat in mari Caspico, ut plurimum tripedalis.

74. Cornubiensis. S. oculis magnis, dorso atro-purpureo, maculis hexagonis, coccineis, pinnis ventralibus, parvis, caudali lunata. *Lo Trout, Borlass Cornw.* 263. *t.* 76. *f.* 1.

B. 12. V. 9. A. 9. D. 13. o.

75. Digitalis. S. forma Thymali junioris, fronte plana, rugis 3 longitudinalibus, squamis minimis, argenteis, punctis fuscis in 4 utrinque series digestis, caudali pinna bifida. *S. arcticus Pallas Reise III.* 706. *n.* 47. *Gmel.* 1373. *n.* 36.

B. 9. P. 16. V. . . A. 10. C. . . D. 18. o.

Habitat in rivulis calculosis, digitalis.

76. Cylindricus. S. cylindricus, ore angustissimo, squamis magnis, argenteis, pinnis inferioribus rubicundis. *Russis Walock, Pennant A. Z. Introd.* 103.

Habitat in flumine Lena.

77. Parr. S. maxilla superiore longiore, maculis nigris ovalibus magnis et parvis alternantibus ad lineam lateralem rectam, pinna caudali divisa. *Gadus carbonarius junior* (*Joung. Coal- Fisch.*) *Penn. B. Z.* 3. 187. *n.* 78. *t.* 66. (Sed ea notitia non pertinet ad picturam, sero, ut videtur additam. Schn.)

Habitat in mari Britannico.

Species non definiendae.

a. *Myops.* Corpore oblongo, compresso, squamis magnis tecto, capite oblongo, squa-

mato, rictu antico, medio, obliquo, roſtro breviſſimo, oculis ſuperis, anticis, in ipſo roſtro et ſupra apicem oris poſitis, exiguis. *J. R. Forſteri MS. IV.* 82.

B. 14. P. 12. V. 8. A. 18. C. lunata 22. D. 12. 0.

Habitat in Atlantico oceano alluente inſulam St. Helenae, ab incolis ejus *Ground Spearing* vocatus. Schn.

b. *Namaycush.* S. dorſo coeruleo, ventre albo, lateribus ſubfuſcis, maculis albis et rubicundis ſparſis. *A. Z. Introd.* 298.

c. *Stroemii.* S. pinnis dorſalibus et ventralibus margine albis. *Gmel.* 1374.

d. *Trutta.* S. tota argentea. *Kleinii, Reidur Islandicis Olafsen* §. 684.

e. *Trutta* longa fuſca, capite obtuſo. *Ibid.*

f. *Trutta* ex albido teſtacea, maculis in dorſo quadratis nigris. *Ibid.*

g. *Peled.* S. edentulus, radiis pinnae dorſalis 10, maxilla inferiore ſublongiore, roſtro obtuſo. *Gmel.* 1379. *n.* 55. *Lepechin Reiſe III.* 226. *t.* 12.

B. 12. P. 16. V. 13. A. 14. C. 22. D. 10. 0.

h. *Caeruleſcens.* Hieme in Moldavia fluvio captus. *Schmidts Sammlung phyſ. Auſſ. Pragae* 1795. *Vol.* 1. 64. *n.* 20.

GEN. 87. CLUPEA.

Foſſula ſcaphaeformis in vertice, abdomen carinatum ſerratum.

*1. Harengus. Cl. lamina appendiculari ſupra pinnas ventrales, carina abdominali te-

nui, pirra dorſi in aequilibrio. *Bl. t.* 29. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1402.

B. 8. P. 10. V. 9. A. 7. C. 18. D. 18.

Corpus compreſſum, argenteum, immaculatum, ſquamoſum, caput parvum nudum, rictus obliquus amplus, maxillae denticulatae, inferior longior, oſſa labioſa lata, lingua glabra, libera, acuta palatum-denticulis aſperum, nares geminae utrinque apertura branchialis ampla, ſquamae rotundatae, laeves, anus pinnae caudali vicinior, linea lateralis recta, dorſo vicina, parallela, pinnae parvae, dorſalis ſolitaria, caudalis diviſa.

Habitat oceanum Europaeum, Atlanticum et Americanum. Migrationes harengi annuas fabulae deberi mecum multi viri docti agnoverunt.

*2. Sprattus. Cl. quadruncialis, ventre acutiſſimo, ſquamis deciduis. *Bl. t.* 29. *f.* 2. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1403.

B. 8. P. 16. V. 6. A. 19. C. 18. D. 17.

Habitat in maris Europaei profundis.

*3. Alosa. Cl. apice maxillae ſuperioris crenato, maculis rotundis nigris ad dorſum. *Bl. t.* 20. *f.* 1. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1404.

B. 8. P. 15. V. 9. A. 23. C. 18. D. 19.

Anadromus habitat in mari Mediterraneo et ſeptentrionali Europaeo, Americano et Aſiatico. In fluvio Wolga macularum nigrarum veſtigium non habere teſtatur Pallas It. 1. 133.

*4. Encrasicholus. Cl. maxilla ſuperiore prominente, roſtro acuminato, lamina supra pinnas pectorales, rictu amplo. *Bl. t.* 30. *f.* 2. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1405.

B. 12. P. 15. V. 7. A. 18. C. 18. D. 14.

Habitat in oceano Europaeo ſeptentrionali et mari Mediterraneo, 3 — 8 poll. longa.

Cl. Encraſicholum maris ſeptentrionalis incolam a Mediterranea forma corporis et commenſu partium ſingularum plane differre cenſet *A. J. Retzius* in Diſſert. ſiſtente *Obſerv. Zoologic. faſciculum* Lundae 1798. Schn.

5. BRUNNICHII. Cl. maxilla ſuperiore longiore, faſcia laterali argentea, radiis 24 pinna ani. *Br. Maſſil.* 101. *n.* 15.

B. 8. P. 14. V. ,. A. 24. C. 19. D. 14.

Habitat mare Adriaticum. Veſicula aerea argentea non gaudet ut Encraſicholus.

*6. THRISSOIDES. Cl. radio ultimo dorſalis pinnae longiſſimo, anali lunata lamina ſupra pinnas pectorales et ventrales. *Taſſart, Plumier. MS. Clupea cyprinoides. Bl. t.* 405. *Brouſſon. I. tab.* 9. *et Gmel.* 1407. *J. R. Forſteri MS. IV.* 12. qui pinnam dorſalem fuliginoſam reliquas punctis nigris minutiſſimis irroratas annotavit.

Forſt. Br. 24. P. 14. V. 10. A. 25. C. 21. D. 14.
B. 22. P. 15. V. 10. A. 25. C. 30. D. 17.

Habitat in mari Atlantico et Paciſico, bipedalis anadromus.

*7. THRISSA. Cl. radio ultimo dorſalis pinnae elongato, pinna ani recta, lamina ſupra pinnas ventrales. *Bl. t.* 404. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1406.

B. 5. P. 13. V. 8. A. 24. C. 24. D. 16.

Habitat in mari Jamaicam, Carolinam, Indiam, Sinam et Japoniam alluente.

*8. SINENSIS. Cl. ore edentulo, rictu anguſto, radio infimo branchioſtegae membranae

partem operculi infimi truncati conftituente, pinnae analis bafi fquamata, fupra ventralem lamina, fquamis magnis, pinna dorfi et cauda nigro-marginata. *Bl. t.* 405. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1408.

B. 6. P. 13. V. 8. A. 19. C. 22. D. 18.

Habitat in Sina, 10 poll. longa, 3 lata.

*9. Pilchardus. Cl. pinna dorfi falcata in centro gravitatis pofita corporis oblongi, pinnis acutis. *Bl. t.* 406. *Willughby.* 223.

B. 8. P. 17. V. 8. A. 18. C. 22. D. 18.

Habitat in mari Britannico.

10. Africana. Cl. corpore latiore, valde compreffo, pinnis ventralibus minimis, anali longitudinali, recta, ano capiti propinquiore, margine inferiore orbitae ferrato. *Bl. t.* 407.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 46. C. 25. D. 18.

Habitat ad oram Guineae 8 poll. longa $2\frac{1}{2}$ poll. lata.

*11. Malabaricus. Cl. fquamis magnis, maxilla fuperiore elongata, dentata, inferiore incurva, rictu amplo, obliquo, ano medio, bafi pinnae dorfalis et analis fquamata. *Bl. t* 432.

B. 8. P. 14. V. 7. A. 38. C. 22. D. 8.

Habitat in mari Indico ad oram Malabaricam, raro anadromus, omni tempore capiendus, ad 10 poll. longitudinem excrefcit.

In exemplo ficcato membranae br. plures radios numeravi, fupra pectoralem pinnam adjacet fulcrum fquameum longum, pone aperturam branchialem et os fterni fupra cutacea appendix nigro ftriata adeft, in pictura etiam reddita, fed decolor; offa labialia, laevia arctiffime juncta haerent maxillae fuperiori multo

longiori, et margine exteriore cultiformi omni denticulatae. Schn.

*12. Nasus. Cl. maxilla ſuperiore prominente, naſiformi, radio ultimo pinnae dorſi falcatae praelongo, ſetaceo, oſſibus labialibus tenuibus. *Bl. t.* 429. *f.* 1.

B. 4. P. 13. V. 6. A. 20. C. 20. D. 16.

Habitat ad oram Malabaricam, 6 poll. longa, 2 lata.

*13. Synura. Cl. corpore ſcaphae vel enſiformi, capite ſquamato, abdomine biſerrato, pinnis ventralibus minimis, ani longitudinali, caudali rotundatae coadunata, ano capiti vicino, maxilla inferiore et oſſibus capitis ſerratis, ſquamis minimis. *Gymnotus notopterus Pallas S. Z. VII.* 40. *t.* 6. *f.* 2. *Tinca marina Bontii Ind.* 78.

B. 8. P. 13. V. 5. A. et C. 116. D. 8.

Habitat cum praecedente.

In gemino exemplo ſicco, altero Tranquebarenſi, altero Chinenſi numeros ventralis breviſſimae diſtinguere non potui. Os nasale cum proceſſu gemino maxillae inferioris cultrato et operculorum lamina anteriore infra bilamellata ſerratis, oſſibus labiatis margine anteriore fere totis dentatis, maxillarum et palatinae ſeriei dentibus minoribus, foramine rotundo ſupra operculi laminae anterioris apicem ſerratum. Schn.

14. Mystax. *tab.* 83. Cl. foſſula verticis carina diviſa, rictu amplo, maxilla ſuperiore utrinque in enſem ſerratum margine inferiore producta, pinna anali longitudinali, baſi ſquamata, operculi ſupremi appendice mem-

branacea nigra, trigona, lamina ſupra pinnas pectorales et ventrales, ano medio.

B. 5. P. 14. V. 5. A. 34. C. 20. D. 14.

Habitat cum antecedente, 7 poll. longa, 1½ poll. lata.

*15. Melastoma. Cl. corpore latiore, pinna anali longitudinali, dorſi lunata, ano medio, rictu nigro, maxilla inferiore multo craſſiore, pinnis ventralibus parvis, lamina ſupra pectorales, dentibus maxillarum lateralibus parvis, incurvis, mediis nullis, margine oſſium maxillarium enſiformium anteriore toto crenulato.

B 6. P. 14. V. 6. A. 34. C. 20. D. 15.

Habitat in mar iIndico ad oram Coromandeliam. Malais *Cattu Wai* dicta, ſpithamam non ſuperat.

Ad latus ſterni ſupra adeſt membrana ſquamas, operiens ſtriata longitudinaliter. Schn.

16. Brasiliensis. Cl. corpore oblongo, fere quadrato, coeruleo-guttato, capite parvo, pinnis pectoralibus cum inferioribus luteis, dorſali coerulea, ſquamis parvis, argenteis, ano in tertia parte corporis poſteriore. *Pr. Mauritii MS. Urbarma Marcgrav.* 154.

Habitat in Braſilia.

*17. Atherinoides. Cl. ſtria argentea laterali, oculis et naribus in apice capitis, maxilla ſuperiore prominente, rictu peramplo, ano medio, ventralibus brevibus, caudali lunata. *Bl. t.* 408. *f.* 1. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1406.

B. 12. P. 14. V. 8. A. 35. C. 22. D. 11.

Habitat Surinamum 8—9 poll. longa.

*19. Cyprinoides. Cl. corpore valde comdreſſo, ore edentulo, maxilla ſuperiore inciſa

et apicem inferioris recipiente, maxillis gularibus dentatis, lamina ſupra pinnas pectorales et ventrales, linea laterali deſcendente et juxta abdomen decurrente, pſeudo branchia operculo adnata. *Cyprinuo clupeoides. Bl. t.* 408. *f.* 2.

B. 5. P. 11. V. 8. A. 13. C. 23. D. 9.

Habitat in Tranquebar. longa 6 poll., unum lata.

* 19. MYSTUS. Cl. corpore oblongo, tenui enſiformi, argenteo pinna ani caudae coadunata, maxilla ſuperiore longiore utrinque in enſem altero margine retrorſum ſerratum elongata, pinna caudali acuminata. *Linn. n.* 9. *Osbeck* 555. *Gmel.* 1408.

Osb. Br. 10. P. 17. V. 7. A. 86. C. 13-20. D. 15.

Br. 9. P. 18. V. 6. A. 84. C. 11. D. 12.

Habitat in mari Indico.

20. TROPICA. Cl. capite truncato, operculis ſquamatis, rictu amplo, linea laterali recta, dorſo vicina, cauda cuneiformi. *Linn. n.* 10. *Gmel.* 1408.

B. 7. P. 17. V. 6. A. 26. C. 20. D. 26.

Habitat ad inſulam Adſcenſionis.

21. SETIROSTRIS. Cl. maxilla ſuperiore utrinque in enſem margine inferiore ſerratum producta usque ad anum, rictu amplo, ano fere medio, linea laterali recta, media, pinnae analis radiis 32. *Brouſſonnet. ſaſc. I. t.* 10. *Clupea myſtacina J. R. Forſteri MS. IV.* 11.

Forſt. Br. 11 vel 12. P. 13. V. 6. A. 34. C. 18. D. 13.

B. 10. P. 14. V. 7. A. 32. C. 17. D. $\frac{3-3}{20}$.

Habitat mare Pacificum.

22. DENTEX. Cl. pinnis ventralibus mi-

nutiſſimis, operculis nudis, labii ſuperioris dentibus porrectis remotis, inaequalibus, 2 anterioribus majoribus, inferioris longioris, dentibus ſubulatis, 6 anterioribus majoribus, pinna dorſi ani oppoſita, alis membranaceis ſupra et infra pinnas pectorales, quarum radius primus latus et validus. *Forskael* 72. *n.* 108. *Arabice Lyſan et Dorab. Gmel.* 1409. *n.* 13.

B. 8. P. 14. V. 7. A. 34. D. 17.

Habitat in mari rubro, cubitalis.

23. Baelama. Cl. ſquamis magnis, trilobis, deciduis, maxilla ſuperiore longiore, dorſo fuſco, iride rubra, linea laterali lata, media recta. *Baelama Arabice. Forskael* 72. *n.* 107.

B. 11. P. 13? V. 7, A. 32. C. 18. D. 14.

Habitat cum antecedente gregalis, digitalis.

GEN. 88. EXOCOETUS.

Pinnae pectorales longitudine trunci.

*1. Exiliens. Ex. pinnis ventralibus longis, pinnam caudae attingentibus. *Bl. t.* 397. *Linn. Mant. n.* 3. *Gmel.* 1400. *n.* 3.

B. 10. P. 18. V. 6. A. 12. C. 22. D. 11.

Corpus argenteum oblongum, ſquamis magnis, integris, caput nudum ſuperius planum, oſſa labialia parva, rictus anguſtus, os edentulum, maxilla inferior longior, nares geminae pone oculos, apertura branchialis ampla, linea lateralis pone ventrem recta, pinnae pectorales dorſo vicinae, longitudine trunci, anus pinnae caudae diviſae vicinior, lobus inferior longior, pinna dorſi ſerrata anali oppoſita.

Habitat ad Carolinam.

*2. Evolans. Ex. capite parvo, pinnis ventralibus parvis prope pectus, pinnis dorſali et anali rectis. *Bl. t.* 398. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1400.
B. 10. P. 15. V. 6. A. 13. C. 20. D. 13.

Habitat in oceano Hiſpanico et Americano meridionalis.

*3. Mesogaster. Ex. pinnis ventralibus in medio trunco, dorſali latiore quam analis. *Bl. t.* 399. *Plumier MS. Volador, Parra* 28. *t.* 15.
B. 4. P. 13. V. 6. A. 12. C. 20. D. 12.

Habitat ad Antillas, a Plumerio pictus, cujus deſcriptionem ſuffuratus corrupit et prodidit Feuillée I. 192.

GEN. 89. CHAULIODUS.

Dentes 2 in utraque maxilla praelongi, exſerti, rictus perpendicularis.

1. Sloani. *tab.* 85. Ch. Vipera marina. *Catesby Suppl.* 9. *t.* 9.
P. 6. V. 13. A. 14. D. 9.

Corpus elongatum, tenue, alepidotum viride, caput trunco latius, rictus amplus, dentes acuti diſcreti, apice incurvo, maxilla inferior ſuperiorem pyxidatim claudit, oculi ſupremi, pinnae pectorales infimae, acuminatae, ventrales fere mediae inter pectorales et analem, dorſalis capiti, analis caudali vicina, radius primus dorſalis elongatus, ſetaceus.

Habitat in mari Atlantico Gades alluente, ſesquipedalis, latus $2\frac{1}{2}$ pollices.

GEN. 90. ELOPS.

Oſſiculum oblongum gulare inter membranam branchioſtegam utramque, cujus radii 30—34, ſitum.

*1. Saurus. *tab.* 82. El. pinnis muticis,

macula nigra oblonga in medio pinnae caudalis, dorſali ventralibus oppoſita. [*Bl.* *t.* 393. *f.* 1. *Linn.* *n.* 1.? *Gmel.* 1394,

B. 34. P. 18. V. 15. A. 16. C. 30. D. 22.

Corpus oblongum, compreſſum, dorſum teres, caput nudum, laeve, acuminatum, os terminale, rictus amplus, maxillae cum palato ſubtiliter denticulatae, inferior longior, oſſa labialia gracilia, nares utrinque geminae ante oculos, ſquamae parvae, laeves imbricatae linea lateralis recta, fere media, anus pinnae caudali vicinior quam capiti, pinna dorſi ventralibus oppoſita, caudalis longa diviſa.

Membranae branchioſtegae radios 30 numerat Linnaeus, in meo exemplo adſunt 32. Sed deeſt, membranula branchioſtega alia, minima, e dentibus 5 brevioribus, quam Linnaeus extra priorem in medio adeſſe ait, non memorato tamen oſſeo ſcuto elliptico, convexo, quod inter utramque membranam branchioſtegam medium habet exemplum meum. Pinnas ventrales paulo anteriores dorſali ait Linnaeus, quae in meo exemplo plane oppoſitae ſunt dorſali. Praeterea baſin dorſalis et analis cingit vagina ex ſquamis oblongis quadratis formata, in qua poſtremi radii conduntur. Oſſa labialia marginem exteriorem denticulatum ſubtiliter et finem deorſum flexum habent baſin pectoralium et ventralium ſquama triangularis, horizontalis fulcit.

Plane convenit deſcriptio Argentinae Machnatae apud Forskalium n. 100. niſi quod etiam is ventrales pinnas dorſalibus anteriores eſſe ait: membranae branchioſtegae radios in uno latere 32 in altero 34 reperit, pinnae ventralis

radios 15 analis, 17 caudalis, 18 (forte errore pro 28) radios edit. Haec parva variatio sufficere mihi non videbatur ad speciem novam inde efformandam. Vesicam Forskalius aeream a capite ad anum protensam hyalinam dorso et lateribus adhaerentem annotavit *).

GEN. 91. ALBULA.

Os simum, denticulatum, pinna dorsi medii, ante pinnas ventrales, analis caudali vicina.

1. CONORYNCHUS. *tab.* 86. Alb. *Gronov. Zooph.* 102. *n.* 327. *Plumier MS. Bantam*, *Renard I. t.* 34. *f.* 184. *an Vubarana Marcgravii* 154.?

B. 13. P. 15. V. 8. A. 7. C. 21. D. 13.

Caput oblongiusculum, alepidotum, supra planum, excavatum, rostrum conicum prominens, subtus atra macula notatum, maxilla superior multo longior, dentes minimi conferti, retro flexi in maxillis et palato: opercula alepidota, postice truncata, tetraphylla, membrana br. 13 radiata, subtus transverse et oblique plicata: nares geminae versus apicem rostri, oculi satis magni, laterales. Dorsum ad pinnam in medio positam, usque crassum, arcuatum, linea lateralis recta, pinnae pectorales infimae squamae mediocres: color supra obscure

*) Ego fere non dubito huc pertinere mugilem et anum Forskolii, supra P. . . relatam inter Mugiles. En tibi summam descriptionis. Dentes et cirrhi molles, squamae latae tenuiter striatae: vertex glaber, planus labium superius emarginatum medium, longius, inferius gibbo intus carinatum. P. D. in medio dorso septa membrana erecta hyalina, libera, pinnae analis utrinque membrana, cauda squamis rotundata, versus medium utroque latere alis duabus membranaceis. Membr. br. subgula membrana coriacea nexae et marginatae: inter radios branchiostegae et operculum ossiculum latum. Supra P. P. et V. appendice membranacea lanceolata. Schn.

ſcure griſeus, cetera ex argenteo ſplendidus: P. P. et V. rubro tinctae. Forma omnino Salmonem albulam refert. P. 20. V. 14. A... C. 24. bifida, lobo ſuperiore multo longiore, Gronovius mare Mediterraneum habitare ait, ad Antillas reperit Plumier, Gronovius Nozemannum in Actis Select. Vol. 3. p. 382. tab. 9. comparavit, Renardi l. c. et Brownii Jamaic. 442. n. 2. qui Amiam labio ſuperiore longiore, membranae br. radiis 14 dixit, cetera breviſſime affigit.

GEN. 92. COBITIS.

Corpus teres, opercula ſubtus frenata, os cirrhoſum edentulum maxillae dentatae poſt branchias.

*1. Fossilis. C. corpore lineato, cirrhis oris 10, ventre aurantiaco. *Bl. t.* 31. *f.* 1. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1351.

Piſces hujus generis bullulas oſſeas initio ſpinae dorſalis loco veſicae aereae habent. Deſcriptionem cum pictura dedit Synonymia piſc. illuſtrata p. 5. 337. etiam Annotatio ſubjecta verſioni germanicae Diſſertationis anatomicae Galli Vieqdazyr anatomicas claſſes piſcium anatomicam tractantis Lipſiae anno 1795. editae p. 127.

Corpus gracile, fere aequale craſſitie, laeve, lubricum, ſquamis parvis, rotundis, integris tectum, pinna dorſalis ventralibus oppoſita, os anguſtum, caput obtuſum, nares ſimplices, oculi ſupremi, apertura branchialis anguſta, linea lateralis inconſpicua, anus remotus, pinnae muticae, rotundae.

Varietatem corpore caeruleſcente vel olivaceo fuſco maculato deſcripſiſſe dicitur Du Rondeau in Vol. IV. Mémoires de l'Acad. de Bruxelles.

Habitat in aquis ſtagnantibus Europae, pedalis, vivax: Thermometrum vivum.

2. TAENIA. C. aculeo bifurco ſuboculari, cirrhis 6, corpore nigro-guttato et punctato. *Bl. t.* 31. *f.* 2. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1349.

B. 3. P. 11. V. 7. A. 9. C. 7. D. 10.

Habitat in rivulis calculoſis Europae, longa 6 poll.

*3. BARBATULA. C. capite compreſſo acuminato, inermi, cirrhis 6, linea laterali media, lata, recta. *Bl. t.* 31. *f.* 3. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1348.

B. 7. P. 10. V. 9. A. 8. C. 17. D. 9.

Habitat cum antecedente et in Aſia.

GEN. 93. CYPRINUS.

Os edentulum*), dentes in oſſibus 2 arcuatis pone branchias, membrana branchioſtega triradiata.

A. *Ore imberbi.*

*1. ERYTHROPHTHALMUS. C. corpore lato, compreſſo, capite parvo pinnis inferioribus ruberrimis, dorſali inter ventrales et anales oppoſita. *Bl. t.* 1. *Linn. n.* 19. *Gmel.* 1429. An cyprinus *Halawel* a Koelreutero N. C. Petr. XV. 494. deſcriptus?

P. 16. V. 10. A. 14. C. 20. D. 12.

Squamae magnae, integrae, caput nudum, rictus anguſtus, iris auranciaca, apertura branchialis ampla, dorſum arcuatum, linea lateralis media incurva, appendix ſupra pinnas ventrales, anus pinnae caudae diviſae vicinior.

Habitat in Europae et Ruſſiae aquis dulcibus et in mari Caſpio.

---

*) Cyprinus dentex ab Haſſelquiſto et Forskalio relatus ad Salmones dubitationem facit merito de genere

*2. Rutilus. C. corpore oblongo, craſſo, pinnis rubris, dorſali ventralibus oppoſita, iride rubra, pinna caudae furcata. *Bl. t.* 2. *Linn. n.* 16. *Gmel.* 1426.

P. 15. V. 9. A. 12. C. 20. D. 13.

Habitat in Europae et borealis Perſiae aquis dulcibus purioribus, pedalis latus 3 poll.

*3. Nasus. C. corpore oblongo, craſſo, dorſo rotundato, roſtro naſiformi, maxilla ſuperiore longiore, rictu transverſo, ore infero, pinna dorſi ventralibus oppoſita, pinnis inferioribus rubris, dorſali coerulea. *Bl. t.* 3. *Linn. n.* 21. *Gmel.* 1431.

P. 16. V. 13. A. 15. C. 22. D. 12.

Habitat in Germaniae et Italiae lacubus majoribus, etiam in mari Caſpico, pedalis latus 2½ pollices.

*4. Vimba. C. corpore compreſſo, dorſo anterius carinato, roſtro naſiformi, capite parvo, ore infero, maxilla ſuperiore longiore, rictu longitudinali, pinna dorſi parum remotiore ventralibus, anali longa coerulea. *Bl. t.* 4. *Linn. n.* 25. *Gmel.* 1435.

P. 17. V. 11. A. 23. C. 20. D. 12.

Habitat in mari Baltico; verſus autumnum in Viadrum et flumina Boruſſiae, Ruſſiae, Sueciae et Daniae intrat, ibique ova deponit: circa 28800 in ovariis inveni. (Vide etiam ſub Blicca.)

*5. Dobula. C. corpore oblongo, teretiuſculo, maxilla ſuperiore ſublongiore, pinnis inferioribus rubris, dorſali ventralibus oppoſita, appendice ſupra ventralis. *Bl. t.* 5. *Linn. n.* 13. *Gmel.* 1424.

P. 15. V. 9. A. 11. C. 18. D. 11.

Habitat in Daniae, Germaniae et Galliae aquis arenosis, longus 8 — 10 pollices.

*6. Jeses. C. corpore crasso, macrolepidoto, capite magno, maxilla superiore longiore, pinnis albentibus, dorsali ventralibus opposita, appendice supra pinnas ventrales longa, dorso arcuato. *Bl. t.* 6. *Linn. n.* 20. *Gmel.* 1450.

P. 16. V. 9. A. 14. C. 20. D. 11.

Habitat in Galliae, Germaniae, Hungariae, Russiae, fluminibus rapidissimis, bipedalis. Parit Aprili et Martio; circiter ova 92 — 120 numeravi.

*7. Aspius. C. corpore crasso, macrolepidoto, maxilla inferiore longiore, incurva pinna dorsali ventralibus opposita, lamina supra ventrales, anali falcata. *Bl. t.* 7. *Linn. n.* 22. *Gmel.* 1452.

P. 20. V. 9. A. 16. C. 20. D. 11.

Habitat in Norwegiae, Sueciae, Borussiae, Germaniae, fluviorum aquis purioribus, et in mari Caspio, bipedalis et ultro: carne sapida.

*8. Bipunctatus. C. corpore brevi, compresso, linea laterali deorsum incurva, gemina punctorum nigrorum serie notata, pinna dorsi remotiore ventralibus. *Bl. t.* 8. *f.* 1. *Gmel.* 1433.

P. 13. V. 8. A. 16. C. 20. D. 10.

Habitat in Germaniae aquis dulcibus sabulosis vel calculosis, bipollicaris.

*9. Amarus. C. corpore vix biunciali, supra violaceo, infra rubescente compresso, lato, linea laterali dorso propinquiore, pinna dorsi ventralibus opposita, dorso arcuato. *Bl. t.* 8. *f.* 3. *Gmel.* 1433.

P. 7. V. 7. A. 11. C. 20. D. 10.

Habitat in rivis arenoſis Germaniae, cyprinorum pulcherrimus facile; ſed cum vita colores abeunt, in ſpiritu vini tranſeunt in eos, quos tabula noſtra pinxit.

*10. Alburnus. C. corpore compreſſo, argenteo, capite acuminato, ſquamis deciduis, maxilla inferiore longiore, pinna dorſi ventralibus remotiore linea laterali deorſum incurva. *Bl. t.* 8. *f.* 4. *Linn. n.* 24. *Gmel.* 1434.

P. 14. V. 9. A. 21. C. 18. D. 10.

Habitat in Europae aquis dulcibus et in mari Caſpio: 6 — 8 poll. longa.

11. Phoxinus. C. corpore triunciali, gracili, cylindrico, pellucido, vario, pinnis ventralibus dorſali anterioribus, linea laterali recta, media. *Bl. t.* 8. *f.* 5. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1422.

P. 17. V. 10. A. 10. C. 20. D. 10.

Habitat frequens et gregarius in Europae Sibiriaeque fluviorum purioribus aquis.

*12. Balerus. C. corpore lato, compreſſo, capite parvo, maxillis aequalibus, linea laterali fere recta, media, pinna ani longitudinali, dorſali ventralibus poſtpoſita, ano medio. *Bl. t.* 9. *Gmel.* 1438. *n.* 31.

P. 17. V. 9. A. 41. C. 19. D. 10.

Habitat in Europae lacubus et in mari Caſpio. Prurit poſtremo Aprili: 67500 ova numeravi.

*13. Blicca. C. corpore lato, compreſſo, dorſo arcuato, capite parvo, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali deorſum incurva, infima, pinna anali longa, dorſali remotiore, ano medio. *Bl. t.* 10. *C. latus Gmel.* 1438. *n.* 50. Pro Vimba Linnaei habet Ruthenorum *Gaſteraa* Pallas N. N. 13. *r.* 94.

P. 15. V. 10 A. 25, C. 22. D. 12.

Habitat frequentiſſimus lacus Germaniae, Boruſſiae, Belgii, Galliae, longus 8½ poll., latus 3½ poll. Majo, Junio per 3 dies ova deponit ova numeravi 108000.

Vermem, Ligulam piſcium, ſaepe inveni in cavitate abdominis, ab ovis turgente, cujus integumenta perſorat et exit. *Bloch's Preisſchriſt von der Erzeugung der Eingeweidewürmer.*

*14. Carassius. C. corpore latiſſimo, ovali, capite parvo, pinna dorſali longa, caudali fere truncata, linea laterali recta. *Bl. t.* 11. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1416.

P. 13. V. 9. A. 10. C. 21. D. 21.

Habitat in Europae et Sibiriae aquarum ſtagnantium fundo molliori, longus poll.

Prurit poſtremo Aprili et initio Majo 13700 ova circiter numeravi.

*15. Gibelio. C. corpore lato, macrolepidoto, linea laterali incurva, media, pinnâ caudae lunata, dorſali longa. *Bl. t.* 12. *Gmel.* 1417.

P. 15. V. 9. A. 8. C. 20. D. 20.

Habitat Germaniae aquas ſtagnantes; ovaria circa 300000 ova habebant.

*16. Brama. C. corpore lato, compreſſo, dorſo arcuato, antice carinato, maxilla ſuperiore ſublongiore, pinna dorſi ventralibus poſtpoſita, linea laterali incurva, appendice ſupra pinnas ventrales, anali longa, omnibus pinnis nigreſcentibus. *Bl. t.* 13. *Linn. n.* 27. *Gmel.* 1436.

P. 17. V. 9. A. 29. C. 19. D. 12.

Habitat frequentiſſimus Europae lacus et mare Caſpium, ſatis vivax; ovaria circa 137000 ova rubicunda tenebant. In junioribus Ligu-

lam piſcium in cavitate abdominis inveni, Echinorynchos in majorum inteſtinis. *Cf. Diſſert. allegata.*

*17. Idus. C. corpore argenteo, craſſo, macrolepidoto, maxilla ſuperiore longiore, pinnis rotundatis, inferioribus rubris, caudali lunata, dorſali ventralibus oppoſita. *Bl. f.* 36. *Linn. n.* 17. *Gmel.* 1427.

P. 17. V. 11. A. 13. C. 19. D. 10.

Habitat in Europae aquis dulcibus purioribus et in mari Caſpio, ſesquipedalis latus 5 poll. Ovaria 67600 ova livida habebant, quae Aprili et Majo flumina intrans deponit.

*18. Cultratus. C. corpore argenteo, compreſſo, capite parvo, rictu obliquo, maxilla inferiore longiore, abdomine carinato, linea laterali ventri approximata, ſerpentiformi, pinna dorſi recti remotiſſima, parva, anali oppoſita, pectoralibus longis, acuminatis, anali longa. *Bl. t.* 37. *Linn. n.* 28. *Gmel.* 1437.

P. 15. V. 9. A. 30. C. 19. D. 9.

Habitat mare Balticum, et anadromus fluvios Jaick et Wolgam ſub nomine *Tſchechon*, in Sueciae, Hungariae ſub nomine *Garda*, Boruſſiae et Germaniae, etiam lacus incolit ſesquipedalis. Majo ova herbis aponit aquaticis.

*19. Auratus. C. corpore rubro, aureo ſplendente, linea laterali dorſo propinquiore, pinnis ruberrimis, dorſali longa, caudali furcata, *Kin-ju Sinenſibus. Bl. t.* 93. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1418.

P. 16. V. 11. A. 9. C. 27. D. 20.

Habitat in Sinae et Japoniae lacubus fluviisque.

* *Var. a.* Pinna caudae trifurcata, lobis elongatis, pinna dorſi longa. *Bl. t.* 94. *f.* 1.

* *Var. b.* Corpore nigreſcente, pinna dorſi deficiente, cauda trifurcata, anali gemina. *Ibid. f.* 2.

* *Var. c.* Corpore albo, pinna dorſi abſente. caudali furcata, lobis latis. *Ibid. f.* 3.

Varietates 7 Chinenſium vocabulis ſuis diſtinctas deſcripſit et tabulis 48. illuſtravit *Sauvigny in Hiſtoire naturelle des Dorades de la Chine. Paris* 1780.

*20. BUGGENHAGII. C. Corpore argenteo, lato, capite parvo, fronte gibboſa, linea laterali nigreſcente, incurva media, pinnis caeruleis, dorſali remotiore ventralibus, appendice ſupra ventralis. *Bl. t.* 95. *Gmel.* 1428.

P. 12. V. 10. A. 19. C. 18. D. 12.

Habitat fluvios Pomeraniae ulterioris.

*21. ORFUS. C. corpore craſſo, aurantiaco, lato, capite parvo, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali incurva, ventri propinquiore, pinnis rubris, dorſali ventralibus oppoſita, caudali lunata. *Bl. t.* 96. *Linn. n.* 18. *Gmel.* 1428.

P. 11. V. 10. A. 14. C. 22. D. 10.

Habitat in lacubus Germaniae auſtralis, Angliae et Ruſſiae, vivax, pedalis et ultra, 4 poll. latus; caro ſapida. Martio et Aprili prurit.

*22. LEUCISCUS. C. corpore argenteo, oblongo, anguſto, craſſiuſculo, maxilla ſuperiore longiore, linea laterali incurva, infera, pinnis cinereis, dorſali ventralibus oppoſita. *Bl. t.* 97. *f.* 1. *Linn. n.* 12. *Gmel.* 1424.

P. 15. V. 9. A. 11. C. 18. D, 10.

Habitat in Germaniae auſtralis, Galliae, Ita-

liae, Angliae, Sibiriae aquis fluviatilibus purioribus, longus 6, latus $1\frac{1}{4}$ poll.

*23. Aphya. C. corpore pellucido, oblongo, angusto, teretiusculo, pinna dorsi inter pinnas ventrales et analem opposita, linea laterali recta, media, ano fere medio, ventre rubente. *Bl. t.* 97. *f.* 2. *Linn. n.* 11. *Gmel.* 1423.

P. 12. V. 8. A. 9. C. 20. D. 9.

Habitat gregarius in maris septentrionalis Europaei littoribus et fluminibus anadromus, 3 — 5 poll. longus.

*24. Fimbriatus. C. corpore purpureo, rubro punctato, labiis fimbriatis, parte anteriore et superiore rictus granulato, pinna dorsi longa, abdomine albo. *Bl. t.* 409.

P. 17. V. 10. A. 8. C. 25. D. 18.

Habitat in Tranquebaria: Caro alba in deliciis habetur. Talmulice *Solcándei* audit.

*25. Macrophthalmus. C. corpore crasso, miniaceo, oculis protuberantibus, pinna caudae trifurcata, lobis acuminatis, margine pinnarum alba. *Bl. t.* 410.

P. 19. V. 6. A. 9. C. 22. D. 18.

Habitat aquas dulces Sinenses.

*26. Falcatus. C. corpore albo, pinnis rubris, capite declivi, maxilla superiore longiore, pinna dorsi ventralibus anteriore, cum pinna ani falcatis, linea laterali media. *Bl. t.* 412.

P. 18. V. 9. A. 8. C. 24. D. 12.

Habitat in Tranquebaria, carne edula.

27. Regius. C. pinna dorsali longitudinali, pupilla coerulea, iride purpurea, dorso

aureo, lateribus argenteis, pinnis flavis. *Molina* 198. *n.* 4. *Gmel.* 1419. *n.* 38.

P. 15. V. 10. A. 11. C. 21. D. 28.

Habitat in mari Chilensi frequentissimus, carne sapidissima.

28. CAUCUS. C. pinnae analis radiis 13, corpore tuberoso, argenteolo. *Molina* 198. *n.* 5. *Gmel.* 1419. *n.* 39.

P. 16. V. 9. A. 13. C. 29. D. 9,

Habitat in regni Chilensis aquis dulcibus, sesquipedalis.

29. MALCHUS. C. pinnae analis, radiis 8, corpore conico, subcoeruleo. *Molina* 199. *n.* 6. *Gmel.* 1420. *n.* 40.

P. 14. V. 8. A. 8. C. 18. D. 12.

Habitat in aquis dulcibus Chilensibus, pedalis.

30. JULUS. C. pinnae analis radiis 10, caudali lobata. *Molina* 199. *n.* 7. *Gmel.* 1420. *n.* 41.

P. 17. V. 9. A. 10. C. 19. D. 15.

Habitat in aquis dulcibus Chilensibus, spithamali.

31. LABEO. C. teretiusculus, capite crasso, ore infero, squamis magnis, pinnae analis radiis 7, dorsalis 8, radio primo robusto. *Pallas Reise III.* 703. *n.* 39. *Gmel.* 1420. *n.* 43.

P. 19. V. 9. A. 7. D. 8.

Habitat gregatim in fluviis Dauriae calculosis, sesquipedalis.

32. LEPTOCEPHALUS. C. pinna analis radiis 9, dorsali 8, rostro elongato, depresso, maxilla inferiore longiore, pinnis dorsali excepta, rubris. *Pallas Reise III.* 703. *n.* 40. *Gmel.* 1420. *n.* 44.

P. 20. V. 10. A. 9. D. 8.

Habitat cum antecedente.

33. Galian. C. capite brevi, nigro, argenteo maculato, mandibula inferiore et ima parte corporis cinnaberina, ſquamis exiguis, tenaciter adhaerentibus. *Lepechin Reiſe II.* 191. *t.* 9. *f.* 45. *Gmel.* 1421. *n.* 46.

P. 14. V. 8. A. 7. C. 19. D. 8.

Habitat in rivis calculoſis Sibiriae tripollicaris.

34. Niloticus. C. rictu anguſto, linea laterali recta, media, ano pinnae caudali viciniore quam pinnis ventralibus, caudali bifurca, pinnae analis radiis 7, dorſalis 18. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1422. *n.* 46. *C. ruſeſcens. Haſſelq.* 435. *n.* 94.

P. 17. V. 9. A. 7. C. 19. D. 18.

Habitat in Nilo tripollicaris.

35. Conorynchus. C. *tab.* 78. f. 1. capite ſquamato, roſtrato, rictu anguſto, infero, pinna caudali rotundata, corpore gracili, cylindrico. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1422. *Conorynchus. Gronov. Zooph.* 55. *n.* 199. *t.* 10. *f.* 2.

P. 10. V. 9. A. 8. C. 18. D. 12.

Habitat ad Promontorium bonae ſpei unde ſiccatus ad Gronovium pervenit, qui oris interiora inſpicere non potuit.

Mihi potius ad Poeciliam pertinere videbatur. Schn.

36. Orientalis. C. argenteus, capite compreſſo, dorſo arcuato, maxilla ſuperiore longiore, craſſa, linea laterali incurva, inſima, dorſali ventralibus oppoſita, caudae et ani pinna ſanguinea. *Haſſelquiſt Reiſe* 434. *n.* 93.

P. 16. V. 9. A. 8. C. 22. D. 12.

Habitare cum Nilotico videtur.

37. CATASTOMUS. C. labii inferioris caruncula biloba, papillosa, suturis catenulatis capitis, rictu infero, pinna caudali semi lunata. *Forster in Transact. LXIII.* 149. *The Sucker-Carp et in Sprengels Beyträge zur Völkerkunde III.* 270.

P. 17. V. 10. 11. A. 8. C. 17. D. 12.

Habitat sinus Hudsonici, flumina et rivulos: sugendo victum quaerit.

Variata. a. Vitta rubra. b. Vitta alba. Ambo ad pondus 2½ librarum increscunt.

38. RIVULARIS. C. pinnae analis, dorsalisque radiis 8, corpore fusco maculato, squamis minutissimis toto, capite subtetragono, poris verticis, linea laterali recta, dorso vicina. *Pallas Reise II.* 717. *n.* 56. *Gmel.* 1420.

P. 8. V. 8. A. 8. D. 8.

Habitat rivulos minimos lacunasque montanas jugi Altaici.

39. LUGDUNENSIS. C. corpore oblongo, maxillis aequalibus, squamis magnis lineas 14 longitudinales efformantibus, pinnis rubescentibus, caudali truncata, dorsali ventralibus opposita. *Gronov. Zooph.* 106. *n.* 335.

P. 18 V. 9. A. 10. C. 19. D. 10.

Habitat quandoque in Rheno, prope Lugdunum captus.

40. UMBRA. C. oblongus, linea laterali abdomini multo propiore, maxilla inferiore paulo longiore, pinna dorsali ventralibus multo remotiore, caudali bifurcata. *Belgis Windvoorn, Umbra Ausonii, Mosellae* 90. *Gronov. Zooph.* 106. *n.* 337.

P. 16. V. 10. A. 12. C. 18. D. 10.

Frequens in piſcinis et fluminibus Belgicis.

41. Agonus. C. corpore argenteo, compreſſo, maxilla inferiore longiore, 8 — 9 maculis fuſcis ad lineam lateralem, et nigra ante opercula. *Scopoli Deliciae Inſubr.* 71.

P. 15. 16. V. 9. A. 13. C. 30. D. 17.

Habitat lacus Verbonum et Larum.

42. Chalcoides. C. corpore argenteo, compreſſo, abdomine carinato, maxilla inferiore longiore, linea laterali incurva, infima, pinna dorſali inter ventrales et analem, fuſceſcentes oppoſita, appendice ſupra ventrales. *Güldenſtädt in N. C. Petrop.* 1772. 540. *t.* 16. *Gmel.* 1421. *n.* 45. *C. clupeoides. Pallas Reiſ. III.* 104. *n.* 41.

P. 16. V. 9. A. 19. C. 19. D. 12.

Pallas numerat P. 17. A. 17. D. 9.

Habitat in mari Caſpio, vix pedalis. Prurit a Novembri ad Januarium, in fluvios Terek et Cyrum adſcendens.

43. Sanderi. C. oblongus, aureo viridiſcens, dorſo arcuato, capite ſubarcuato, maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi ventralibus oppoſita, ſquamis parvis, caudali pinna bifurca. *Sanders kleine Schriften* 252.

P. 12. V. 9. A. 17 — 18. C. 18. D. 10.

Habitat in Rheno, ſpithamalis.

44. Sericeus. C. latus, iride aurea, pinnis ventralibus et anali cinnaberinis, apice atris litura ſupra pupillam miniacea, utrinque vitta laterum ſub argentea exviridi cyanea. *Pallas Reiſ. III.* 704. *n.* 40. *Gmel.* 1418. *n.* 37.

A. 11. D. 10.

Habitat copiosissimus in aquis stagnantibus Dauriae, sesquipollicaris.

45. Gronovii. C. oblongus capite parvo, acuminato, maxillis aequalibus, pinna ani permagna, caudali lunata, pinna dorsali anali opposita, linea laterali ventri propinquiore, concava. *Gronov. Zooph.* 108. *n.* 341.

V. 8. A. 17. D. 10.

Habitat in Rheno prope Basileam, tripollicaris.

46. Biörkna. C. corpore lato, argenteo, cranio subpellucido, ore angusto, squamis magnis, pinnis canis, caudali bifurca, analis radiis 35. *Linn. n.* 29. *Gmel.* 1438. *Artedi spec.* 20. *n.* 9. (*Fauna Suec.* 35.)

P. 15. V. 9. A. 25. C. 19. D. 11.

Habitat in lacubus Sueciae, uncialis.

47. Farenus. C. capite superne inaequali, dorso ad pinnam usque tantillum carinato, pinnae analis radiis 37, squamis mediocribus, cauda bifurca. *Linn. n.* 30. *Gmel.* 1438. *n.* 30. *Artedi spec.* 25. *n.* 11.

P. 8. V. 10. A. 37. C. 19. D. 11.

Lacum Malerum Uplandiae habitat, longitudine fere 12 pollicum, *Faren* dictus.

48. Lanceolatus. C. corpore lanceolato, maxilla inferiore longiore, subemarginata, transversim rugosa. *Arbore et Arbrine Insubris, Scapoli Del. Insub.* 73.

A. 14. C. 20. D. 9.

Habitat in lacubus Insubriae.

Pisculus, quorum 100 librae pondus efficiunt.

49. Esca. C. Alburno affinis, pinnae dorsalis capiti, vicinae radiis 14, linea laterali

recta, cauda bifurca, margine nigro. *White Bait Londini, Pennant B. Z. III.* 371. *t.* 69.

Julio menſe Thameſin intrat biuncialis.

50. GRISLAGINE. C. pinnae analis radiis 11, pinnis albentibus ſquamis magnis. *Linn. n.* 14. *Gmel.* 1425.

P. 16. V. 9. A. 11. C. 19. D. 10.

Habitat in Europae lacubus et fluminibus Belgii-Artedi fluviatilem et marinum dixit.

51. CANTONENSIS. C. ſquamis rhombeis, flabelliformibus, iride lutea, pinna caudae diviſa. *Osbeck Itin.* 155.

P. 21. V. 9. A. 11. C. 26. D. 10.

Chinam habitat, ultra pedem longus.

52. MUMMY CHOG. C. corpore aequali, brevi, craſſo, caudali pinna longa, quadrata, ſquamis argenteis. *M. Chog Indorum, Pennant A. Z. III.* 402.

Habitat provinciam Neu-York, longitudine $4\frac{1}{4}$ pollicum viſus Britanno.

53. MINUTUS. C. oculis prominentibus in angulo oris, membrana branchioſtega biradiata, linea laterali media, pinna caudali bifurca. *Penn. l. c. III.* 403.

B. *Ore cirrhoſo.*

*54. CARPIO. C. radio tertio pinnae dorſalis et analis ſerrato, cirrhis 4, 2 ad labium ſuperius, uno in utroque angulo oris, ſquamis magnis. *Bl. t.* 16. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1411.

P. 16. V. 9. A. 9. C. 19. D. 21.

Ad 2—3 pedum longitudinem, et 18—20 librarum pondus accreſcit, vivax. In exemplo feminae gravidae librarum, ovaria 3 libras

ponderabant et circiter 621,600 ova continebant; in alio decem libras pendente, 2 ped. 5 poll. longo et 8½ lato, ovaria ponderabant 3 libras 10 uncias numerus ovorum 700000 erat.

Habitat in Europae meridionalis et borealis Persiae aquis tardius fluentibus et stagnantibus; ob carnis bonum saporem ad alias regiones Europae translatus.

Dux primus Borussiae, Albertus, in Borussiam transplantavit, Marschal 1514 in Angliam, Friedericus secundus 1560 in Daniam introduxit, in Sueciae et Russiae quoque importati sunt. Sed regiones frigidae huc pisci non conveniunt; prurit Majo et Junio; ova herbis apponit aquaticis. Caro in deliciis habetur.

Var. a. Rex cyprinorum. Squamis per magnis, partim nudus. *Bl. t.* 17.

Var. b. C. totus corpore alepidoto.

*55. GOBIO. C. maxilla superiore longiore, corpore cylindrico, vario, cirrho unico in utroque angulo oris. *Bl. t.* 8. *f.* 2. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1412.

P. 16. V. 9. A. 10. C. 19. D. 11.

Habitat in fluminibus Europae.

*56. TINCA. C. corpore mucoso, squamis minimis, tenacibus, cirrho brevi utrinque in angulo oris, pinna caudae rotundata. *Bl. t.* 14. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1413.

P. 18. V. 11. A. 11. C. 19. D. 12.

Habitat in aquis stagnantibus Europae, parit Junio ova parva viridescentia.

**Var.* TINCA AURATA. C. corpore splendide aureo, nigro-maculato. *Bl. t.* 15.

P. 16. V. 10. A. 9. C. 19. D. 12.

Habitat

Habitat in aquis ſtagnantibus Sileſiae et Bohemiae.

57. Bynni. C. argenteus, pinnae corpore ad pinnam dorſalem, acclivi, infra ad analem usque declivi, dorſalis radiis 13, tertio craſſo, corneo, linea laterali incurva, infima, bifida, cirrhis 4. *Forskael.* 71. *n.* 103. *Benni*, *Sonnini II.* 599. Planche 27 fig. 3 diverſus a piſce ſub nomine eodem picto a Britanno *Bruce.*

P. 17. V. 9. A. 6. C. 19. D. $\frac{1}{13}$.

Habitat frequens in Nilo, carne ſapida, cubitalis. Propter ſquamas magnas et ſplendidas pro *Lepidoto* veterum ſcriptorum habet Sonnini, radii 2 primi pinnae dorſalis tertio adhaerent.

58. Bulatmai. C. colore chalybeo, capite oblongo, pinnae analis radiis 8, dorſalis ſecundo maximo, non ſerrato, cirrhis 4, caudali bifurca. *Pall. n. N. B. IV.* 6. *Gmel.* 1414. *n.* 32.

P. 19, V. 9, A. 8. C. 21. D. 10.

Habitat rarior in mari Caſpio prope Enzelli, carne alba, ſapidiſſima.

59. Capoeta. C. capite brevi, roſtro obtuſo, pinnae analis radiis 9, dorſalis et analis radio tertio longiſſimo, primo deorſum ſerrato, ventralibus dorſali oppoſitis, caudali bifurca, cirrhis 2, appendice ſupra P. V. *Güldenſt. in N. C. Petrop. XVII.* 507. *t.* 18. *f.* 1. 2. *Gmel.* 1415. *n.* 33.

P. 17 — 19. V. 9 — 10. A. 9. B. 19. D. 12 — 13.

Habitat in mari Caſpio, hieme fluvios adſcendens.

60 Mursa. C. mucoſus, capite oblongo, depreſſo, pinnae analis radiis 7, primo longiſſimo, craſſiſſimo, retrorſum ultra medium ſer-

Ff

rato, cirrhis 4, ſquamis parvis. *Güldenſt. l. c.* 513. *t.* 8. *f.* 3 — 5. *Gmel.* 1415. *n.* 34.

P. 16 — 17. V. 8. A. 7. C. 19. D. 11 — 12.

Habitat in mari Caſpio, vere pruritus tempore in fluvium Cyrum adſcendens.

Var. CAPITO. C. capite longiore, minus depreſſo, dorſo acuto. *Güldenſt. l. c.* 519. *Gmel.* 1416. *n.* 35.

61. CIRRHOSUS. C. corpore argenteo, macrolepidoto, cirrhis naſalibus 2, pinna dorſi longa, ventralibus anteriore. *Bl. t.* 411.

P. 17. V. 9. A. 13. C. 28. D. 18.

Habitat aquas dulces Tranquebariae ſesquipedalis maximus: Tamulice *Wönkodel.*

62. BARBUS. C. capite oblongo, roſtrato, ore infero, oblongo, labiis rubris, carnoſis, eductilibus, linea laterali recta, media, cirrhis 4, maxilla ſuperiore longiore. *Bl. t.* 18. *Lian. n.* 1. *Gmel* 1409.

P. 17. V. 9. A. 8. C. 19. D. 12.

Habitat in fluviis Europae et Perſiae rapidis et calculoſis, vivax, carne ſapida, interdum bipedalis.

Species non definiendae.

a) *Pelagius.* C. corpore gracili, argenteo, pinna dorſi longitudinali, in medio humili, ſquamis parvis, iride aurea. *Osbeck Reiſe* 400.

P. 15. V. 6. A. 18. C. 22. D. 36.

b) *Graining.* C. anguſtior leuciſco, dorſo magis recto. *Penn. B. Z. III.* 367. *n.* 174.

Habitat fluvium Merſey, longus 7½ poll.

c) *Idbarus.* C. pinnae analis radiis 12, pinnis ventralibus ſanguineis. *Linn. n.* 12.

A. 12. C. 19. D. 10.

Habitat in Sueciae lacubus.

d) *Americanus.* C. pinnae analis radiis 18, linea laterali deorſum curvata, cauda biſida. *Linn. n.* 23. *Gmel* 1434.

P. 16. V. 9. A. 18. C. 27. D. 9.

Habitat in Carolina.

e) *Aſper.* Hieme in fluvio Moldavia captus. *Schmidts Sammlung phyſik. Auſſ. I.* 67. *n.* 54.

GEN. 94. AMIA.

Caput oſſeum, nudum, ſcabrum.

1. Calva. *tab.* 80. Am. oſſe lato mentali, naribus tubuloſis, maxillis aequalibus. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1352.

B. 12. P. 15. V. 7. A. 10. C. 20. D. 42.

Corpus oblongum, ſubcompreſſum, ſquamoſum, carnoſum, bruneum, caput depreſſum, ſuturis longis, acuminatum, oſſa labialia magna, rictus amplus, maxilla inferior longior, dentes parvi, acuti, lingua glabra, palatum denticulatum, in faucibus oſſicula duo ſcutiformia ſtellatim ſtriata, nares geminae, anteriores tubuloſae, apertura branchialis ampla, os latum, ovale, mentale inter membranas craſſas branchioſtegas, linea lateralis recta, fere media, anus ſubmedius, pinnae muticae, dorſalis longa, macula nigra, rotunda in pinna caudali rotundata.

Habitat in aquis dulcibus Carolinae, pedalis, rarius eſculentus, *Mudfiſk* dictus.

Hoſpitatur in Muſeo horti botanici Pariſiis, ubi delineandum curavi.

2. Immaculata. Am. pinna dorſali brevi, inter pectorales et ventrales media, maxilla

ſuperiore longiore, cauda diviſa. *Macabi Hiſpanis, Parra* 88. *t.* 35. *f.* 1. 3. 5.

Maxillarum margine denticulato, intra inferiorem os ovale convexum dentibus granulatis obſitum, in palato oſſicula 5 conica juncta, concava, item dentibus granulatis obſita, triturando cibo idonea, veſica aerea conica, 13 pollices longa in piſce 35 pollices longa.

Habitat in America Meridonali.

GEN. 95. POECILIA.

Pinna dorſali anali oppoſita, maxillae denticulatae.

*1. Vivipara. *tab.* 86. *f.* 2. P. corpore compreſſo, capite ſquamato, ſupra depreſſo, lato, ore anguſto, linea laterali dorſo vicina, pinna caudae lata, biſida, ano capiti viciniore.

B. 6. P. 12. V. 6. A. 7. C. 20. D. 7.

Corpus breve, caput trunco anguſtius, nudum, obtuſum, argenteum, opercula laevia, nares ſimplices ante oculos, apertura branchialis labium ſuperius anguſtius, dentium ſetaceorum ſeries unica ampla, venter ab embryonibus turgidus, pinnae obtuſae, radiatae, ſquamae rotundatae, integrae.

Habitat in aquis dulcibus Surinami bipollicaris.

2. Coenicola. P. corpore teretiusculo, capite ſquamato pinna dorſali et anali nigricantibus, punctis hyalinis, caudali rotundata, nigro-faſciata et albo maculata, ſquamis magnis. *Cobitis heteroclita. Linn. n.* 5. *Gmel.* 1352.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 10. C. 25. D. 12.

Habitat in Carolina, *Mudfisk* dicta.

3. Fasciata. P. corpore oblongo, fupra ex viridi nigricante, infra albo, capite depreffo, dorfo antice plano, poftice carinato, operculis fquamofis, rictu amplo, pinnis ventralibus ano vicinis, caudali rotundata, dorfi fafciis 10 — 14 albis transverfis, fquamis majoribus, ventris minoribus, pinnis D. A. C. nigricantibus albo punctatis *Yellow bellied cobler. Schöpf in Schrift. N. Fr. VIII.* 171.

B. 5. P. 16. V. 6. A. 10. C. 24. D. 10 — 11.

Habitat in Neuyork, tripollicaris circiter.

Varia differt. fquamis dorfi fere rhomboideis, fafciis vix confpicuis, pinnis immaculatis, *Killfish, Schoepf. l. c.* 172.

Habitat cum antecedente tam in aquis dulcibus quam falfis longus 2 — 4 pollices.

4. Majalis. P. corpore oblongo, fupra viridefcente, infra albo, capite declivi, depreffo, fquamis magnis, dorfo planiufculo, lineis 2 nigris longitudinalibus, pinna caudali recta, *Mayfish, Schoepf. l. c.* 173.

B. 5. P. 15. V. 6. A. 9 - 11. C. 20 - 24. D. 14.

Habitat cum antecedentibus, longa 6 — 8 pollices.

5. Fusca. P. dorfo dipterygio, maxilla inferiore longiore, pinnis fufcis punctis fafciatis. *Cobitis pacifica J. R. Forfteri MS. III.* 126.

Corpus teretiusculum fufcum, caput fubconicum, depreffum, apice truncatum, fquamis minutiffimis tectum, maxilla inferior longior, dentibus acerofis, confertis: nares fingulares: oculi fuperi, remoti, mediocres: opercula triphylla fquamulis obfita, apertura br. lateralis, fubrotunda: fquamae parvae, anus pone aequi-

librium, linea lateralis obſcura: B. 5. P. mediae, 18 V. 5. A. 10. C. rotundata 16. Longitudo 5¾ pollicum, latitudo $\frac{9}{10}$ pollicis.

Habitat in Oriadeae inſulae rivulis ſub plantis ad ripas plerumque ſub coeno latens. Schn.

Species non definiendae.

Japonica. P. corpore teretiuſculo, capite depreſſo, dentibus acutis. *Cobitis japonica. Houttuyn XX. Del.* .337. *n.* 26. *Gmel cob. n.* 6. 1352.

P. 11. V. 8. A. 9. C. 29. D. 11.

Habitat in Japonia, 5 pollices longa.

GEN. 96. PEGASUS.

Corpus depreſſum, articulatam, caput roſtratum.

1. Draconis. P. trunco lato, roſtro et cauda brevi, ſcabro. *Bl. t.* 109. *f.* 1. 2. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1458.

P. 10. V. 1. A. 5. C. 8. D. 4.

Corpus cartilagineum, depreſſum, alepidotum, cataphractum, articulatum, angulatum, roſtratum, rictus anguſtus, inferus, maxilla ſuperior longior, ambae dentibus minimis armatae, oſſa labioſa, apertura branchialis ampla, arcuata, ſubnuda, membrana branchioſtega, nulla, oculi laterales, globoſi, nares ſimplices ad baſin roſtri, pinnae muticae, ventralis radio unico, longo, ſetaceo, cauda anguſta, caudalis pinna rotundata, dorſalis anali oppoſita, linea lateralis inconſpicua, anus pinnae caudae vicinior.

Habitat in India prope Amboinam.

2. Natans. P. trunco oblongo, tetragono, roſtro elongato, ſpatuleformi, ano capiti propinquiore, operculis ſtriatis. *Bl. t.* 121. *f.* 2. 3. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1359.

P. 9. V. 1. A. 5. C. 8. D. 5.

Habitat in India orientali.

3. Volitans. P. corpore ovato, roſtro enſiformi longitudine thoracis, pellucido, utrinque retrorſum ſerrato, proboſcide exſertili ſubroſtri baſi, maxillae ſuperioris ſummo roſtri apici affixae denticulis plurimis diſtantibus. *Linn. n.* 2. *Muſ. II.* 56. *Gmel.* 1459. *La Scie volante Renard II. f.* 35. 102.

P. 10. V. 2-3. A. 5. C 7. D. 5.

Habitat in India circa Amboinam.

GEN. 97. MORMYRUS.

Apertura branchialis linearis, denudata.

1. Cyprinoides. M. cauda biſida, acuta. *Linn. n.* 1. *et in Muſ. A. F. II.* 109. *Gmel.* 1440.

P. 9. V. 6. A. 32. C. 19, D. 27.

Facies cyprini rutili, corpus ovatum ſquamatum album, cauda linearis inter pinnam dorſi anique et caudalem, caput nudum, adſperſum punctis minimis excavatis, os parvum, dentes nonnulli acuti, gula communi capitis cute clauſa arcte, apertura branchialis absque membrana branchiali, membrana pinnae dorſalis et analis baſi dehiſcit pervia nec cum corpore connata, ut in Gymnonoto albifronti Pallaſii: capite videtur Linnaeo affinitatem aliquam habere cum Siluris.

Habitat in Nilo ab Haſſelquiſtio ad Linnaeum miſſus.

2. Anguilloides. M. cauda biſida obtuſa. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1440.

P. 10. V. 6. A. 41. C. 19. D. 26.

Habitat in Nilo.

Notitia Linnaei in Museo A. F. II. 110. haec est. Facies clupeae, caput nudum, magis oblongum quam in priore, oculis cute communi tectis, dentium emarginatorum, plurimorum in maxillis simplex series, lingua glabra, membrana br. nulla, apertura linearis, ut in Ostracionibus: pinnae caudalis bipartita ad basin, lobis rotundatis, ultra medium carnosis.

Male Linnaeus cum hoc comparavit sequentem, ut ex ipsa descriptione apparebit.

3. CASCHIVE. M. Capite fere oblongo, rostro declivi, cylindrico maxilla inferiore longiore, rictu minimo tubulari, pinna dorsali longitudinali, humili, aequali, cauda bifida, ano capiti propiore. *Hasselq.* 440. *n.* 96.

B. 1. P. 10. V. 6. A. 19. C. 24. D. 80.

Oculi parvi, dentes aliquot acuti, tenuissimi in apice maxillarum: lingua oblonga, carnosa, uti palatum et fauces glabra, operculum branchiarum constat lamina una, inferius terminata membrana br. cujus radius unicus est: branchiae quinae: dorsum cultratum a capite ad pinnae dorsalis initium valde acclive, inde ad caudam sensim declive; juxta caudam corpus tenue, proxime supra caudam crassiusculum et fere clavatum, linea lateralis versus analem pinnam incurvata, squamae minimae laeves oblongo-rotundatae: caput alepidotum: color corporis superni glaucus, inferni carneus, verticis auratus, longitudo spithamalis, latitudo juxta P. V. 1. poll. Habitat in Nilo.

4. KANNÛME. M. rostro deflexo conico, labio inferiore longiore, dentibus emarginatis, apertura branchiali perpendiculari, cauda lineari, pinna bifida, obtusa. *Forsk.* 74. *n.* 111.

P. 15. V. 6. A. 17. C. 20. D. 63.

Habitat Nilum.

Hinc manifestum ſit caracteres genericos reliquos Linnaeanos, veluti *dentes plures emarginatos, defectum operculi br membranae br. radium unum* minime de toto genere valere.

GEN. 98. POLYODON.

Roſtrum fere ſpatulaeforme, fere longitudine corporis, os dentatum.

1. Folium. *tab.* 62. *f.* 1. P. *Polyodon feuillé Lacépéde I.* 402. *t.* 12. *f.* 3.

Corpus oblongum, cartilagineum, nudum, roſtrum horizontale, utrinque in lateribus membrana craſſa, venuloſa auctum, os inferum rictus rotundus dentium gemina ſeries mucronatorum craſſorum et recurvorum in maxilla ſuperiore, unica ſeries in inferiore, in palato cartilagines dentatae adſunt, nares geminae utrinque ante oculos, opercula longa poſterius acuminata, inferius cutacea, guttata membrana branchiostega nulla, apertura branchialis lateralis ampla, branchiae 5, quarum quinta poſtrema tota operculo adnata, quarta partim libera, pinnae pectorales et ventrales parvae, dorſalis, ſupra baſin ventralium, parum per falcata, caudalis furcata, linea lateralis recta, veſica pneumatica ſimplex.

Hoſpitatur in Muſeo horti botanici Pariſiis, longus 10-11 pollices.

Hunc eundem piſcem breviter memoravit Bonnaterrep. 13. ſed ante utrumque Gallum multo tempore civis eorum Manduit in Rozier Obſervations ſur la phyſique anni 1774. t. IV. p. 382. allatum ex Louiſiana Americana (cu-

jus fluvium Miſſiſippi copioſus habitat et capitur, litorum incolis Gallicis ſub nomine *Spatule* notus) exemplum 5 pollices 2 lineas longum accurate deſcripſit et pinxit in tab. II. fig. A. B. In pullo dentium veſtigia obſcura adfuiſſe non mirum est, branchiarum naturam numerum et aperturam omiſit Mauduit, ſed operculum recte explicuit. Colorem non magis quam Cepede annotavit. Schn.

GENUS. 99. ARGENTINA.

Genus dubium Argentina.

Willughbeus ipſe in inſcriptione et initio capitis. Rondeletii Sphyraenam alteram p. 227. comparat a quo translata fuit etiam pictura in t. P. 2. f. 1. poſita. Sed Rondoletius praeter roſtrum tenue et acutum, os parvum ſine dentibus, caudam, antequam in pinnam abeat, lateſcentem in figuram cordis annotat; quam pictura fideliter reddit. Itaque ſynonymum Rondeletii non adeo certum eſt. Linnaeus in generis notis membranae branchioſtegae radios 8 addidit, dentes in maxillis et lingua poſuit, et ejusdem ſpeciei pinnam analem radiis 15 edidit. Itaque notas duas generis et ſpeciei inſignes plane permutavit cum aliis; ut merito dubitemus, an eundem piſcem viderit.

Linnaeus comparavit Gronovii argentinam, Muſei 1. n. 24. ubi pinna analis radii 10 cauda bifurca nigra, dentes in maxillis utrinque, in lingua et palato ponuntur. Poſtea idem eundem in Muſei II. n. 152 accuratius deſcripſit. Sedis toto coelo a piſce Willughbei differt. Habet enim ſquamas magnas, deciduas, argenteas, roſtrum oſſeum, ante maxillas prominens, os edentulum, magnum, maxillam in-

feriorem, breviorem in acumen productam; oculos cute communi tectos, pinnae dorſalis mediae inter ventralium et analis pinnarum regionem radios 13, ventralium, latere interno unitarum et in imo ventre poſitarum, radios 6, analis 24. Ipſe Gronovius hunc piſcem a priore a ſe ipſo antea deſcripto, diſtinxit. Linnaeus nihilo minus utrumque confuſum pro eodem habuit, nulla habita ratione ventralium unitarum et numeri radiorum analis diverſi, dentiumque abſentiae. Poſtea Gronovius in Zoophylacio n. 112. generis Argentinae notas denuo poſuit corpus depreſſum, gracile, teres, absque ſquamis, lineam lateralem rectam, mediam, anum caudae propiorem, caput depreſſum, ſubacuatum alepidotum, os amplum in apice capitis, dentes minutiſſimos in maxillis, vix conſpicuos, opercula nuda oſſea, maxillam inferiorem anguſtam, acuminatam, membranae branchioſtegae apertae oſſicula 8, pinnam parvam medii dorſi, ventrales exiguas, medias inter pectorales et anales; poſtea ſpeciem alteram in Muſei II. n. 152. deſcriptam ipſe, cum nulla Linnaei ſpecie, nec cum Argentina ſed potius cum Encraſicholo Rondeletii 7. c. 4. Raii Synopſ. p. 107. n. 9. Argentina ejusd. Ibid. p. 108. n. 13. et Geſneri Encraſ. Icon. p. 2. comparavit. Habitare ait piſcem frequentem autumno in Scaldis oſtiis; junioris dorſum et ventrem admodum carinata eſſe, adulti minus.

Denique Brunnichius Argentinam Sphyraenam ad Salmones retulit, cum quo ipſe collocavi in eo genere n. 52. ubi vide annotationem.

Speciem alteram.

2. Carolina. A pinnae analis radiis 15, caudalis 31, dorſalis 25 pectoralis 16 ventra-

lis 12 branchialis autem membranae radiis 28 diſtinxit, cum in generis notis membranae radios 8 poſuiſſet. Deinde operculorum ſuturam longitudinalem annotavit et Catesbei Carol. 11 t. 24 comparavit.

Patet igitur nullam auctorum a Linnaeo laudatorum notitiam cum ejus ſphyraena congruere; dubiae ergo monent omnes generis hujus notae.

Dubius etiam Pennantus ad hoc genus retulit piſcem parvum marinum ſub nomine *Sheppy*, pictum in tab. n. 156. B. Z. cujus ventrem utrinque ſeries 2 macularum circularium diſtinguebant, quarum ſuperior ante anum deſinit.

Forskalius Deſcript. Anm. p. 68. 69. n. 99 et 100 duas Argentinae ſpecies novas deſcripſit, quarum altera manifeſto ad genus Elopis pertinet; priorem, gloſſodonta vocatam, linguae baſi tuberculis oſſeis dentata diſtinxit. Sed membranae branchioſtegae radii 15, dentes validi haemiſphaerici in fundo palati et baſi linguae, vertex capitis planus, medio ſulco lato obſoleto, operculorum anteriorum linea longitudinalis elata, pylori appendices 22, veſica aerea cylindrica, ſquamae latae, integrae, linea lateralis dorſo proprior, dorſalis pinnae radii utrinque alati, ad ejus baſin glandula ſphaerica albida magna uniſulcata, ventralium fulcrum triquetrum, caudalis interſtitia ſquamata eandem ab hoc genere partim plane alienam demonſtrant, partim diverſo aut novo generi proprias et aptas notas monſtrabunt.

CL. VI. HEXAPTERYGII.

Ord. I. Apodes.

GEN. 100. BALISTES.

Pinna dorſalis gemina, apertura branchialis linearis.

Annot. Ventrales pinnae ſed ſimplices et in unam coalitae, adſunt in vetula et ciliari ſpecie, ſterni ſtilo longo appoſitae, in biaculeato duo aculei ventralis geminae locum tenent, in aliis ſtilus ſterni extremus, articulo mobilis pinnae vices gerit: in quibusdam articulum mobilem ſtili nullum conſpicere licet, et ipſe ſtilus ſub cute latens nec uſquam cute prominens vix agnoſcitur. Hunc ipſum ſtilum (ubi ſolus adeſt) pro pinna ventrali ſimplice numerandum cenſeo. In vetula numeravi radios 30 pinnae ventralis, ſtilo ſterni prominenti et proceſſui alteri interno ſterni oppoſitos, propius autem hoc radios inſpicienti potuit eſſe 10 radios duplicatos, undecimum vero ſimplicem; quod argumento eſt, pinnam ventralem geminam adeſſe, ſed coalitam quae radium undecimum communem gerit. Sternum hoc anterius carinatum, inferius biſidum, proceſſu inferiore introrſum inflexo. Linnaeus

mox radium modo ſpinam, rectius Artedi pinnam ventralem vocat. In biaculeato ſternum inferius non biſidum ſed integrum aculeos 2 appoſitos gerit ginglymo articulatos. In Chinenſi, cutis laxa poſt ſterni ſtilum conſpicua, inſilatilis, ſpeciem gerit pinnae radiatae, ſed ſunt aculei per ſeries digeſti. Cutis ipſa cum cavitate abdominis per anum inflari poteſt. Opercula adſunt cute tecta communi, ut membranae branchioſtegae radii 6 in biaculeato et aculeato, 5 in maculato. In aculeato operculum adeſt manifeſtum, branchiae quaternae, et cauitas branchialis omnis catenigra obducta. Dentes in plurimis 8 exteriores, robuſti, maxillae infixi exterius, deinde 6 ſubſidiarii maxillae ſuperiori intus affixi, horizontales, in laevi 6 exteriores et interiores, in biaculeato dentes omnes rotundati, tuberculoſi, 8 exteriores, 6 interiores, maxilla inferior etiam duos interiores gerit magnos rotundatos, ut in Sparis. Eſus carnium veluti etiam Labrorum et Scarorum maris Indici a menſe Decembri usque ad Aprilem noxius dicitur eſſe, propter polyporum juniorum marinorum corallia habitantitium copiam a baliſtis ingeſtam. *Sonnerat in Rozier Journal de Phyſique* 1774. *T. III. Mars* 227. Schn.

*1. Monoceros. B. corpore hirſuto, pinnae dorſalis prioris radio poſtice ſerrato, inter oculos, ventralibus nullis, dentibus maxillae inferioris 8 inciſoriis in medio exciſis, ſuperioris acuminatis. *Bl. t.* 147. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1462. *Schoepf in Schrift. d. Nat. Fr. VIII.* 186. *An Lija barbuda, Parra* 48 *tab.* 22. *f.* 2? edulis.

P. 15. A. 5. C. 12. D. $\frac{1}{9}$. 48.

Corpus valde Compreſſum, ſquamis rhombeis minutis, muricalis hiſpidum, nebuloſum, frons declivis, carinata, rictus anguſtus, dentes auxiliares lati ad baſin inciſorum, venter carinatus, labia craſſa, labialia oſſa nulla, linea lateralis inconſpicua, oculi ſupremi, nares ſimplices ante oculos, radii 2 membranae branchialis tectae, ſterni longum, arcuatum, carinatum; anus capiti propinquior, pinna caudae lanceolata, ſulcus profundus ad recipiendum aculeum capitis, pinnae pectorales breves rotundatae, dorſalis anali oppoſita.

Habitat in America ſesquipedalis, lat. $7\frac{1}{2}$ poll.

Dorſalis prior aculeos duos habet, alterum tamen minutum in foſſa depreſſum, quo retracto major demum reclinari poteſt ginglymo ſingularis artificii in oſſe longo ſcaphaeformi, cranio adjuncto firmatus. Schn.

* *Var. a*) LAEVIS. B. corpore anguſtiore, vario, fere laevi, pinna caudae elongata, nigra, lataque, ano medio. *Bl. t.* 414.

B. 2. P. 15. V. 0. A. 47. C. 12. D. $\frac{1}{1}$. 47.

Habitat in India orientali Tamulice *Mornati* audiens et mari Maroccano.

An huc pertinet *Lija trompa*, Parra 46. tab. 22. f. 1? pinnis pellucidis, caudali rotunda, corpore nigricante, maculis caeruleis, edulis.

* *Var. b*) NIGRA. B. corpore nigro, pinnis caudali excepta, luteis, cute laevi, radio inter oculos parvo non ſerrato.

Habitat in mari Indico ad oram Coromandelicam, ſemipedalis.

Var. c) UNICOLOR. B. corpore oblongo, unicolore, pinna dorſalis prima biſpinoſa inter oculos. *Gronov. Zooph.* 52. *n.* 193. *B. Kleinii Gmel.* 1472. *n.* 16.

2. Hispidus. B. corporis hiſpidi, verſus caudam ſetis exaſperati, oblongi, maculis rotundis, pinnae dorſalis prioris radio uno, ventrali nulla, roſtro ſubulato, macula nigra rotundata in caudali. *Linn. n.* 2. *Gml.* 1463. *Le Baliſte heriſſé Lacépède t.* 18. *f.* 3.

P. 14. V. o. A. 29. C. 12. D. $\frac{I}{I}$. 30.

Habitat in Carolina et mari Indico, longus 2, latus 1 poll.

Linnaeus pinnae (forte dorſalis ſecundae et analis) membranam ad baſin inter radios foramine hiantem annotavit, quam ſingularem notam in analis pinnae membrana apud Gymnotum albifrontem annotavit Pallas. Commerſon caudalibus ſetis acicularibus centum fere utrinque, ſcoparum more compactis, piſcem rupium fiſſuris adhaerere monuit: et minores in ipſa caudali pinna adeſſe annotavit. Schn.

Habitat in Carolina et mari Indico, longus 2, latus 1 poll.

Var. a) Longirostris. differt roſtro longiore macula nigra, ventris albo punctatae. *Seb. III. t.* 24. *f.* 19. longus 3 poll.

V. o. A. 29. C. 29. D. $\frac{I}{0}$. 30.

3. Maculatus. B. corpore cum pinna dorſali altera et anali maculis rotundis coeruleis ornato, pinnae dorſi prioris radiis 3 membranae inter eos expanſae margine coeruleo, ſecunda analique trapezioideis, ventralibus nullis, pinna caudali fere aequali. *Taleipirädtei Malaice*, *Bl. t.* 151. *Guoperva longa.q Willughb. tab. I. f.* 20.

P. 14. A. 21. C. 12. D. $\frac{2}{0}$ 24.

Habitat in India orientali ad Coromandeliam,

deliam, fere bipedalis, latus 8 poll. Esculentus sed non sapidus.

In ipso pisce radios tres dorsalis anterioris reperi, tertium tamen remotissimum. Branchialis membranae radios 5 numeravi. In exemplo Tranquenbarensi dentes inferiores latiores, acie sinuata et in uncos duos desinente. Schn.

* *Var.* Immaculatus, cinereus, pinna dorsali posteriore et anali latioribus. *Sobaco Verra* 17. *t. X. qui vesicam ovalem annotavit.*

4. Aculeatus. B. pinnae ventralis mutilatae, radio unico, pinnae prioris dorsalis, nigrae, altero et tertio parvo, ventre nigro striato, ordinibus 3 aculeorum nigrorum, ad caudam, striis quatuor coeruleis et tribus nigris inter oculos, caudali pinna rotundata. *Bl. t.* 149. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1466. *Assasi Forskael* 75. *n.* 112. *Gmel.* 1471. *n.* 12.

P. 15. V. $\frac{1}{0}$. A. 23. C. 13. D. 3. 25.

Habitat in mari indico, rubroque, longus $8\frac{1}{4}$, latus $3\frac{1}{4}$ poll.

5. Verrucosus. B. pinna dorsali anteriore triradiata, ordine triplici caudalium verrucarum, fascia grisea a pinna dorsali secunda per oculum ad pectoralem ducta, ore albo, macula cuneiformi alba utrinque. *Linn. Mus. Fr. Ad. tab.* 27 *f.* 4. *Syst. n.* 5. *Gmel.* 1465.

P. 13. V. 0. A... C. 12. D. $\frac{3}{0}$. 24.

Habitat in India aculeati varietatem facit Gronovius.

6. Rectangulus. B. fascia lata, nigra obliqua ab oculis ad pinnam ventralem, e striis coeruleis 2 a pectore versus caudam, obliquis duabus, aliis includentibus caudam nigram.

ordinibus 4 aculeorum caudalium, pinna ventrali mutilata, pinnae prioris dorsalis spinis 3, caudali rotundata. *Le Baliste écharpe Lacépède* 552. *t.* 16. *f.* 1.

P. 15. V. 8-10. A. 20. C. 12. D. $\frac{3}{8}$. 23.

Habitat in mari Indico.

7. Arcuatus. B. oblongus, fasciis 3 arcuatis coeruleis, nigro marginatis, ordinibus 3 aculeorum caudalium, pinna ventrali mutilata, aculeis 4 pinnae anterioris dorsalis. *Guaperva cendré, Rozier Journ. III.* 73. *Le Baliste cendré, Bonaterre t.* 86. *f.* 353. *Lacépède t.* 17. *f.* 2.

B. 14. V. $\frac{5}{6}$. A. 21. C. 12. D. $\frac{4}{6}$. 24.

Habitat cum antecedente, longus ped. latus 6 poll.

*8. Lineatus. *tab.* 87. B. corpore lato, nigro, hispido, lineis curvis aureis longitudinalibus ornato, aculeis 6 caudalibus in ordines 2 digestis, pinnae dorsalis prioris aculeis 3, ventrali nulla, labiis plicatis.

P. 14. V. 0. A. 23. C. 11. D. $\frac{3}{3}$. 26.

Habitat in Indiae Orientalis ora Coromandelica; magnitudo fere antecedentis.

*9. Chrysopterus. B. corpore oblongo, pinnis luteis, pinna ventrali mutilata, caudali truncata, dorsalis primae aculeis 4, ordinibus 9 aculeorum caudalium, pinnae analis et dorsalis basi squamata. *An le Baliste armé Lacépède* 382. *t.* 18. *f.* 2. dorsalis anterioris aculeis 5, caudalium ordine sextuplice?

P. 15. V. $\frac{14}{6}$. A. 25. C. 10. D. $\frac{4}{4}$. 27.

Habitat cum antecedente, ejusdem magnitudinis.

*10. Tomentosus. B. corpore lato, aculeo unico longo pinnae dorsalis anterioris po-

ſtice ſerrato, caudali rotundata, ventrali nulla, ventre inflato, muricato, cauda aculeata utrinque. *Bl. t.* 148. *f.* 1. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1463.

B. o. P. 9. V. o. A. 27. C. 19. D. $\frac{1}{1}$. 31.

Habitat in India orientali, *Ikan Kipas* appellatus.

* *Var. a*) B. bruneus, ſtriis longitudinalibus obſcurioribus, dentibus denudatis, pinna dorſali prima uniradiata ſupra oculos, pinna caudali rotundata, ventrali nulla. *Mülleri L. S. III. t.* 9. *f.* 1.

P. 14. V. o. A. 30. C. 12. D. $\frac{1}{1}$. 35.

Habitat ad inſulam Adſcenſionis, longus 4, latus $2\frac{1}{8}$ poll.

Exemplum authenticum Blochii reperire et comparare non potui, ſed video diſſentire notitiam Gronovianam, quam ſolam, cum pictura appoſita, Linnaeus ante oculos videtur habuiſſe. Dentes ſupra adſunt 3 canini, infra duo per magni conici, acuti: longe plures utrinque numeravit Blochius. Nares inconſpicuae: cutis alepidota aculeis denſiſſimis breviſſimis, viſum fugientibus, verſus caudam verſis aſpera: prope caudam utrinque aculei piliformes et flexiles: inter pinnam ventralem et anum adſunt utrinque aculei craſſi, breves, contigui, apicibus verſus inferiora ſpectantibus. Pinnae dorſalis anterioris radii 2, prior robuſtus, poſtice duplice ſerie uncinulorum aſper, dorſalis altera 29 radiis conſtat, P. 10, quorum primus maximus, V. ſtilus duobus ordinibus aculeorum introrſum ſpectantibus aſper, A. 27. Caudalis ſubrotunda. Exemplum ex Muſeo Sebae comparatum erat 3 pollices longum, 1, poll 5 lineas latum. Linnaeus Sebani theſauri ta-

bulae 24 figuram 18 et 19 comparavit, Gronovius 18 tantum. Hujus quidem dorſalem anteriorem aculeis 2, poſteriorem 28 29 radiis, analem 27 conſtare Artedi. Proceſſus piliformes flexiles verſus caudam poſitos in aliis ejusdem ſpeciei exemplis vix conſpici poſſe admonet. Exemplum no. 19 deſcriptum et pictum roſtrum multo productius, maculam nigram punctis albis variam ad ſtilum ventralem, corpus albicans maculis ſubrotundis ſubfuſcis variegatum pinnae dorſalis anterioris aculeum undique tuberculis aſperum, alteram 30 radiis, analem 28 — 29 compoſitam, regionem denique caudalem minus hirſutam habet. Mihi ponderatis omnibus formae argumentis tomentoſus Linnaei Gronoviique a Blochiano planae diverſus et affinis maxime hiſpido Linnaei et Commerſoni eſſe videtur. Ab hispido vero Linnaei pictura Sebana III. t. 34. f. 2. plane aliena est: nec licebit cum Blochio ſubſtituere ejus numeri in locum tab. 24 f. 19. Hanc enim Linnaeus ipſe ad tomentoſum retulit.

Brownii locus a Gronovio comparatus p. 456. nihil docet; verum cum is in notitia pharyngem utrinque denticulatum praeter dentes maxillares ponat, aculeatum baliſten diligenter apertum inſpexi ſed nullibi dentium palatinorum aut post branchias poſitorum veſtigium reperi. Plures inſpicere ſpecies nec vocabat, nec licebat. Schn.

*11. Chinensis. B. corpore lato, aſpero, luteo-punctato, radio primo pinnae dorſalis anterioris poſtice biſerrato, ſecundo parvo, fovea nulla, loco pinnae ventralis ſquamis lamellatis radiorum ſpeciem mentientibus, or-

dinibus 2 aculeorum ad caudam, caudali pinna rotundata. *Bl. t.* 152. *f.* 1.

P. 13. V... A. 30. C. 12. D. 1. 30.

A tomentoſo forte ſexu tantum diverſus, habitat in mari Braſilienſi et Sinenſi.

Primum exemplum authenticum cum duobus minoribus liquore conditis deſcribam accuratius. Aculei pinnae dorſalis anterioris duo adſunt, ſed alter minutus baſi majoris membrana junctus accubat, eumque retractus retrahit; fovea tamen nulla ſubeſt. Speciem radiorum ventralis pinnae mentitur, cutis inflata aculeatis ſquamis per ſeries longitudinales poſitis aſpera. Squamae corporis minutae aculeum brevem, curvum, retro converſum: in ipſa cauda ſupra et infra adeſt ſeries 3 aculeorum baſi latae ſeu ſquamae inſiſtentium, antrorſumque converſorum, qui plane referunt rajarum aculeos baſi rotundae inſiſtentes. Lineam lateralem agnoſco aculeorum apicibus latioribus et in 3—5 uncinos divaricatis. Exempla duo minora differunt colore, ſquamis margine ciliatis, ſquamarum villis curvis verſus anum demum conſpicuis, aculeis 4 rajarum aculeis ſimilibus, transverſis ante anum poſitis

Minime cum his congruit notis notitia Gronoviana a Blochio comparata: Ea enim ſimillimum tomentoſo Linnaei piſcem facit. Nec in Osbekiana notitia quidquam ineſt, quod ad piſcem Blochianum apte referri poſſit. Schn.

12. Armatus. B. corpore luteſcente, radio primo dorſalis anterioris brevi, robuſto, ordinibus aculeorum mucronatorum 9 ad caudam, pinnis luteis, cauda lunulata.

P. 13. V. 0. A. 25. C. 10. D. $\frac{3}{0}$. 27.

Habitat ad Tranquebariam, longus 9, latus $3\frac{1}{2}$ pollices.

In exemplo ſicco collare flavum reperio, poſt ſilum ſterni ſquamas 14 aculeatas prominentes ventre. Schn.

* 13. Vetula. B. pinna ventrali manifeſta, dorſali anteriore 5 radiata poſt oculum ſecundae radio primo ſilamentoſo, cauda hirundinacea, capitis, oculorum, pinnarumque ſtriis coeruleis. *Bl. t.* 150. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1467. *Guaperva maxima caudata, Cochino Hiſpanis, Parra* 17. *f.* 9.

B. 2. P. 18. V. $\frac{1}{1}\frac{2}{2}$. A. 28. C. 14. D. $\frac{3}{3}$. 29.

Habitat in India utraque, longus ped. $1\frac{1}{2}$, latus $7\frac{1}{2}$ poll.

* 14. Brasiliensis. B. corpore lato, dorſalis pinnae 3 radiis ſpinoſis, ventrali mutilata, dentibus 6 conicis inferioris, 18 ſuperioris maxillae, ſeriebus aculeorum caudalibus 5, pinna caudae hirundinacea, ſquamis magnis, rhombeis, totis granulatis. *Le Baliſte etoilé Lacepedé I.* 350. *t* 15. *f.* 22. *Guaperva ad caudam ſtriata, Willugh. J. App.* 21. *tab. J. f.* 24.

P. 12. V. $\frac{5}{6}$. A. 23. C. 14. D. $\frac{3}{3}$. 25.

Habitat in mari Braſilienſi, longus 11, latus 5 poll.

An varietas apud *Parra t.* 11. *f.* 2. *Cucuyo?* Colore cinereo, nigro punctato, ſtriis ternis utrinque in lateribus capitis poſt oris aperturam.

Turbatum hic eſſe in ſchedis facile animadverti, ſed mederi errori non potui. Exemplum ſiccum ſatis male habitum nulla plane ratione cum Galli Cepede notitia conciliari poſſe mihi videbatur. Stellarem Galli Cepede alio

retulit amicus infra no. 25. Notitia Listeri in Appendice Willughb p. . 1. a Gallo Cepede ad sulcatum (*slonné*) tracta, haec est: Dentes incisores truncati, caput compressum, vertice eminente, pinnae minus latae, cauda bifurca (vel potius lunata) squamas quadratas bifecant nescio quae asperitates atque 8 utrinque lineolas ad 3 digitos longas efficiunt. Cornu dorsale minutissimis dentibus a fronte serrae in modum exasperatur. Longitudo 11, latitudo 5 digitorum. Parrae notitia nimis est brevis. Schn.

15. Ciliaris. B. labiis plicatis, stilo sterni articulato, muricato, pinna ventrali brevi, corpore fusco supra, pinna dorsali et anali nigroguttatis, radiis primis filamentosis, caudali hirundinacea, dorsalis anterioris radiis 3, tertio longe distito, supra basin pectoralium pinnarum scutis oblongis osseis stellatim striatis, rudimentis aculeorum caudalium per ordines 8 digestis. *Guaperva cauda forcipata, pinnis maculosis, Willughb. J. f.* 22. *Bal. forcipatus. Gmel.* 1472. *n.* 14. *et Bal. punctatus n.* 15. *Willughb. app. J.* 9. *f.* 4.

P. 13. A. 25. C. 12. D. $\frac{3}{5}$. 27.

Habitat mare Brasiliense, longus 15, latus $6\frac{1}{2}$ poll.

16. Fuscus. B. corpore fusco, macula pectorali maxima alba, limbo albo pinnarum, caudali semilunata, genis sextuplice verrucarum serie notatis. *Le B. grande tache, Lacépede I.* 378.

P. 15. V. 0. A. 22. C. 12. D. $\frac{3}{5}$. 27.

17. Niger. B. corpore nigro, papilloso, aculeis caudalibus parvis, septemplici ordine dispositis, oculis fere verticalibus oblongis, iride

fuſca, pinna dorſali priore triaculeata, nigra, reliquis flavis, caudali ſubintegra, apice albo. *Park in Transact. of the Lin. Soc. III.* 37.

P. 14. V. 0. A. 24. C. 10. D. $\frac{3}{3}$. 27.

Habitat in Sumatrae littoribus inter corallia.

An Le B. noir Lacépède 380 *caudalis pinnae ſemilunatae albo limbo, aculeis caudalibus nullis?*

P. 16. A. 52. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 34.

18. Undulatus. B. corpore nigro, aculeis caudalibus valde robuſtis, anterioribus glabris corneis, capite magno, obtuſo, iride nigra, faſciis 3 rubris a labiis ad pinnas pectorales excurrentibus, lineis 12 rubris trunci oblique undulatis, pinna dorſi priore triaculeata, nigra, reliquis flavis, caudali ſubintegra. *Park in Transact. of the L. S. III.* 37.

P. 15. V. 0. A. 24. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 26.

Habitat cum praecedente.

* 19. Vingens. B. corpore nigro, lato, linea alba ad baſin pinnae dorſalis ſecundae et analis, radio primo dorſalis primae antice ſerrato, caudalis hirundinaceae baſi ſquamata, ordinibus 8 aculeorum ad caudam. *Bl. t.* 152. *f.* 2. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1469. *Le Baliſte ſilonné Lacépède* 370. *tab.* 18. *f.* 1.

P. 16. V. $\frac{1}{0}$. A. 32. C. 13. D. $\frac{3}{2}$. 33.

Varietas in Muſeo meo cum deſcriptione apud *Parra* 18. *t.* 11. *f.* 1. ſub nomine *Galaſate* congruens linea alba baſin dorſalis poſterioris et analis cingente differt, et lineis 8 retro aculeatis ad caudam utrinque.

Habitat in mari Indico et Sinico, pedalis, lat. 7 poll.

Quam diverſitatem ſpectaverit amicus, di-

vinare non potui, nec exemplum pictum ab eo exquirere: ſiccum tamen aliquod comparavi, quod in poſteriore laterum corporis parte utrinque octonos aculeorum antrorſum verſorum ordines gerit, et baſin dorſalis pinnae ſecundae et analis albo lineatam. Cetera non conveniunt in hoc piſce nec in altero ab amico picto cum notis Linnaeanis. Contra *Galaſate* Parrae totus niger, oculum nigro alboque varium pinnae dorſalis ſecundae analisque baſin albo lineatam, caudam lunatam et latera corporis a tertia inde totius longitudinis parte poſteriore perasperis lineis exarata gerit.

Convenit etiam Baliſtes niger, linea alba dorſi Commerſoni, vel ſulcatus (*ſillonné*) Galli Cepede, niſi quod hic lineam cingentem baſin dorſalis analisque pinnae modo albam, modo caeruleam et ſpatium inter anum pinnamque ventralem ordine ſimplice tuberculorum obſitum eſſe ait.

Linnaeus autem in Muſeo A. F. corpus compreſſum, tectum ſquamis ſcabris, pectus oſſe longitudinali duro, ſcabro, fere ad anum carinato deſcripſit. Caput cute dura aſpera tectum, compreſſum: os in antica ſuperiore corporis parte: latera capitis 5 plicis mobilibus. P. D. 4. 29. P. 15 — 16. A. 26. C. 12 bifurca: radio dorſalis anterioris primo antice ſcabro. In Itinere Weſtg. p. 139. dicitur Oſtracion compreſſus rufeſcens, pinnae dorſalis radio longo retrorſum dentato, comparato Cluſii monocerote Exotic. 142. Squamae ſunt rhombeae, elevato - angulatae, punctatae: caudae latera laevia nec aculeata: pinnae dorſalis anterioris radius primus maximus, longiſſimus, craſſiſſimus, antrorſum reflexo - dentatus, tertius

remotiſſimus: poſterioris radii 30 pectoralium 10, analis 26, caudalis integrae 8 – 10. Donatum hunc a Boetio habuit: alterum in Europa auſtrali habitare ait.

Baliſtes niger Osbeckii p. 386. corpus totum nigrum pinnae vero dorſalis alterius analisque baſin caeruleo lineatam, dorſalis anterioris radios 2, poſterioris 34, pectoralium 16, analis 31 caudalis falcatae 13 caudam utrinque lineis octonis exaſperatam, ſquamas rhombeas, dentes duplices inciſorios gerit; convenit igitur cum piſce Commerſoni, Parrae et ſicco exemplo Blochiano.

Gronovius baliſten in Zooph. n. 190. deſcriptum comparavit cum ringente Linnaei. Is vero in latere capitis utroque tres parallelas inciſuras ab operculis verſus os directas, dentes acutos, ſupra 5, infra 8 habet, os obtuſum, anguſtum; pinnae dorſalis anterioris biradiatae radium primum quadratum, antice ſcabrum, poſtice ſulcatum, poſterioris radios 28, analis 25, caudalis lunatae ignotos habet. Color ex purpureo ruſeſcens, latera lineae parallelae rectae a capite usque ad caudam extenſae variegant, quae ex maculis majuſculis nigricantibus compoſitae eſſe videntur. Dictio enim Gronoviana perplexa et dubia eſt de maculis. Squamae ſunt durae, quadratae et aſperae. Habitare dicitur oceanum Indicum.

Ex his argumentis facile mecum lector colliget ringentem Linnaei Gronoviique niſi ſpecie certe ſexu diverſum eſſe a Blochiano Commerſoniano et Osbeckiano piſce. Schn.

20. Conspicillum. B. corpore lato, nigro, macula conſpicilli formi ante oculos, ventre albo maculato, pinnae caudalis margine

nigro, feriebus 2½ aculeorum caudalium, pinna ventrali nulla. *Guaperva tacheté. Sonnerat, Journal de Physique* 1774. *T. III.* 445. *tab.* 2. *B. noire, Bonaterre t.* 85. *f.* 55.. *Lacépède le B. americain t.* 16. *f.* 2.

B. 14. V. 0. A. 22. C. 12. D $\frac{3}{5}$. 26.

Habitat mare Indicum et Americanum, pedalis, 6 pollices latus.

Commerfon numeravit P. 15—16. A. 28. C. 12. D. 3. 28.

21. Biaculeatus. B. corpore argenteo, aculeis 2 ferratis longis loco pinnarum 2 ventralium, dentibus auxiliaribus 4 rotundis in utraque maxilla, ano remoto, linea laterali dorfo vicina, poftice incurvata, cauda tenui furcata. *Bl. t.* 148. *f.* 2. *Pifcis cornutus Willugh. App. t.* 10. *f.* 2.

B. 6. P. 15. V. 1. A. 17. C. 12. D. $\frac{4}{4}$. 23.

Aculei duo ventrales fterno per ginglymam inarticulati, dentium margo integer, non finuatus, vefica aerea, magna, integra, membrana forti conftans.

Habitat in India ad Tranquebariam, longus 8½, latus 2½ poll.

22. Papillosus. B. corpore pallide fufco papillofo, pinna dorfali anteriore biradiata, ventrali nulla. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1465. *An Granulates Baliftes White's Journ.* 295. 39. *f.* 2. corpore ab albido cinerafcente, papillis parvis afpero, 4½ pollices longo, 2 lato?

P. 15. A. 1. C. 12. D. $\frac{1}{2}$. 29.

Linnaeus pifcem magnitudine extimi articuli pollicis vidit.

23. Curassavicus. B. radio pinnae dorfalis anterioris primo anterius fcabro, cauda

truncata, roſtro obtuſo, capitis et corporis lateribus dilute fulvis ſquamarum lateralium centro nigricante *Gronov. Zooph.* 53. *n.* 196. *Gmel.* 1472. *n.* 17.

P. 13. V. o. A. 26. C. 8 — 9. D. $\frac{2}{2}$. 27.

Habitat in mari Curaſſavico, longus $3\frac{1}{4}$ poll.

24. Capriscus. B. corpore lato elliptico, radio tertio a duobus anterioribus pinnae dorſi primae remoto, pinnis pectoralibus et caudali brevibus, caudali truncata, ventrali mutilata, dorſali ſecunda anali oppoſita et pari longitudine, apice oſſis ſterni prominente ano medio. *Capriſcus, peſce Baleſtra, Salv.* 206. *b. Gmel.* 1471. *n.* 31.

Habitat Mediterraneum mare, Indicum et Americanum, coloribus varians.

25. Stellaris. B. capite anteriore ſulcato, corporis ſupra griſei albis maculis, ventre albo, pinna ventrali mutilata, dorſali ſecunda et anali griſeo alboque ſtriatis, caudali ſemilunata. *Le B. étoilé Lacépède I.* 350. *t.* 15. *f.* 1.

P. 15. V. o. A. 24. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 26.

Habitat mare Indicum 16 pollices longus.

26. Viridis. Corpore ſupra viridi, infra albo laterum macula nigra, linea purpurea a ſupremo roſtro ad baſin pectoralis pinnae rubrae, 2 rubris, 2 caeruleis indidem usque ad oculos ductis, aculeorum caudalium ordine triplice, caudali pinna utrinque flavo marginata. *Le Baliſte pralin, Lacépède I.* 363.

B. 2. P. 13. V. o. A. 21. C. 12. D. $\frac{2}{2}$. 25.

Habitat mare Indicum inter ſaxa, carne ſapida.

27. Bursa. B. corpore griſeo, parte anteriore et inferiore albo, transverſim macula ni-

gra ſemilunari inter oculos et pinnam pectoralem ypſilon nigrum includente. *Baliſte bourſe, Rozier Journ.* 1774. *T. III. tab.* 1. *Bonaterre t.* 85. *f.* 351.

P. 14. V. 0. A. 26. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 29.

Habitat mare Indicum.

28. VIRIDESCENS. B. fuſco virideſcens, genis aureis, gula pallide coeruleſcente, pinnis dorſi ani et caudae baſi obſolete flaveſcentibus, extimo limbo nigro, ſquamarum centro nigro punctato, pinna ventrali mutilata, caudalium aculeorum ordine quaterno. *Le B. verdatre, Lacépéde I.* 378.

B. 6. P. 15. V. 0. A. 24. C. 12. D. $\frac{3}{3}$. 25.

Species non definiendae.

1. AMERICANUS. B. radio dorſali ventralique humillimo, pinna dorſali ſecunda analique triquetra majore, caudali rotundata. *Gronov. Zooph.* 52. *n.* 192. *Gmel.* 1473. *n.* 18.

P. 13. V. 0. A. 19. C. 8—9. D. $\frac{3}{3}$. 22.

Habitat in oceano Americano.

2. SCABER. B. *J. R. Forſteri MS. II.* 72.

Pinna anteriore dorſali biradiata, corpore exfuſco griſeo ſcabro tuberculis aſperis, irregularibus, fiſſuris diſtinctis: capite acuto, roſtrato, dentibus utrinque 8, planis, convergentibus, ſecantibus: naribus geminis, oculis membrana nictitante anulata, flava, ſemitectis; apertura branchiali pallide caerulea; pinnae dorſalis anterioris fuſcae aculeo primo muricato, pone pinnam ſcobiculo: altera flava, radiis 34. Pectoralium flavarum 12, analis flavae 34, caudalis fuſcae 12: ſtili pectoralis apice denticulis duobus divergente, lateribus utrin-

que duobus item divergentibus. Longitudo 10, latitudo 4 pollicum. Habitat mare pacificum. Schn.

Quae de piscis ab incolis Guianae Gallicae provinciae *Machoiran* vocati pugna cum gladio narrat Gallus in libro: *Tableau de Cayenne*, Paris 1799, p. 129. ad hoc genus spectare argumento sunt verba haec. *Ils ont sur le dos immédiatement au dessous de la tete un plastron osseux en forme de coeur d'une solidité incroyable, sur le milieu duquel est fixé a charnière un piquant de la grosseur du doigt et long quatre ou cinq pouces.* Schn.

GEN. 101. RHYNCHOBDELLA.

Labium superius elongatum in rostrum acuminatum, pinna dorsi gemina.

*1. ORIENTALIS. Rh. aculeis dorsalibus 16, analibus 2, pinna dorsi ocellata, caudae distincta. *Ophidium aculeatum Bl. t.* 159. *f.* 2.

B. 6. P. 10. V. 0. A. $\frac{2}{53}$. C. 14. D. $\frac{16}{16}$. 50.

Corpus serpentiforme, caput trunco angustius, labium superius productum in rostrum infra excavatum, plicis transversis plurimis, carina longitudinali divisis, (quales adsunt in scuto capitis Echeneidis) asperum, os ipsum edentulum, oculi communi cute tecti, branchiae quaternae, arcuum latere postico laevi, membranae branchiostegae radii 6, palatum asperum, nares simplices, pinnae pectorales parvae, rotundatae, aculei dorsales postice incurvi, membrana connexi in sulco reponendi, primus parvus, ultimus maximus, opercula squamata ad latera clausa, apertura branchialis inferior; aculeus primus pinnae ani parvus

ſecundus magnus, ſquamae minimae, linea lateralis recta, dorſo vicina, anus remotus, pinnae humiles, dorſalis anali oppoſita. *Ovaria* duo oris permagnis plena, ventriculus ſine reflexo, adflexum utrinque appendice magna poſita; veſica aerea dorſo annexa videbatur.

Habitat in India orientali ad Ceilonam *), 38 poll. longus.

*2. Aral. *tab.* 89. Rh. corpore fuſco aculeis dorſalibus 19, analibus 3, pinna dorſi ocellata, oculis parvis, iride rubra, pinnae caudae diſtincta, faſciata. Aculeus primus et tertius pinnae dorſalis parvi, ſecundus magnus.

B. 6. P. 20. A. $\frac{3}{48}$. C. 11. D. $\frac{10}{19}$. 49.

Habitat fluvios Tranquebarenſes, pinguis bonique ſaporis, longus 8 — 10 poll. Malaice *Aral* dictus.

Quatuor exempla et picturam piſcis Tamulice *Aral* vocat. Comitabatur notitia a Johnio ſcripta haec. Pinnam dorſalem ornant maculae oculares 1 — 5 numero tamen in utroque latere variante. Pinnae hujus radii omnino 65, caudalis 17, anales 19, pectoralis 21. Habitat aquas dulces: caro ſatis pinguis in deliciis ciborum. Corpus muco tenace obducitur.

Polyacanthae picturam tantum vidi. Schu.

*3. Polyacantha. R. corpore vario, aculeis 37 dorſalibus, analibus 3, pinna dorſali, anali, caudalique coeruleſcentibus, a roſtro brevi fere toto ſolido, ſulcis tranverſis carente maxillarum dentibus minutis, denſiſſimis, rictu libero cum in ceteris ſit frenatus et anguſtus.

*) Numerus macularum, variat in hac ſpecie; nam ex 4 piſcibus, quos conſervo, uni deſunt omnino, in 2 aliis mamaculis 2, in quarto maculam unicam animadverti.

B. 6. P. 22. A. $\frac{3}{82}$. C. 19. D. $\frac{37}{37}$. 115.

Habitat cum antecedente, ſeſquipedalis, in deliciis ciborum habitus.

4. Haleppensis. Rh. roſtro brevi, maxillis ſubacutis, aculeis dorſalibus 32 conicis, pinna anali ab eo remota. *Maſtacembelus Gronov. Zooph.* 13?. *n.* 402. *t.* 8. *a. f.* 1.
V. o. A. ? D. $\frac{32}{32}$.

Frequens Haleppi, Simack il Ingleſe dictus. Ammodytae Tobiano ſatis ſimilis.

GEN. 101. TRACHYTERUS.

Oſſa labialia et pinna analis nulla.

1. Taenia. Tr. corpore enſiformi, alepidoto, ore obliquo, dentibus parvis, linea laterali aculeata, pinna caudae acuminata. *Trachypterus, La Rape ou Sabre, Goüan* 140. 153. *Falk Venetorum. Belon* 136. *Cepoln Trachyptera. Gmel.* 1187. *n.* 3. — B. 6.

Corpus compreſſum, acuminatum, alepidotum, papilloſum, caput cuneiforme, truncatum, alepidotum, trunco latius, nucha acuminata, carinata, rictus obliquus, maxillae aequales fornicatae, ſuperiore truncata, inferior obtuſa, dentes acuti minimi, retroflexi, mobiles, ſupra bini, infra ſeni, lingua glabra, palatum papilloſum, nares inconſpicuae, oculi ſupremi, gula ventricoſa, opercula diphylla, laevia, radiata, apertura branchialis ampla, linea lateralis obliqua, aculeata, ſquamae ellipticae lineam tegentes, ſerie ſimplice, medio aculeatae, pinna caudae longa, pectorales imae acuminatae, dorſalis longitudinalis, ventrales thoracicae, minimae, aculeis pinnarum dorſalis et analis ſerratis, radiis ſcabris, pinnae anus fere medius, etiam pectoralis

pectoralis et analis ſcabri radii, uti ventralis, cujus aculei antrorſum ſerrati.

Habitat in mari Adriatico.

Belonius piſcem ulnarem, palmi latitudine, mollem, coloris argentei, totum in gyrum quibusdam veluti crenis ſerratum, atque in lateribus lineam aſperam gerentem, pinna dorſali ſubrubra, grandibus oculis deſcribit. Schn.

2. HIATULA. Tr. trunco et operculis ſquamatis; faſciis 6 — 7 nigris corporis, labiis intus rugoſis, dentibus maxillarum laniariis, palati orbiculatis, linea laterali recta, pinnae dorſalis anterioris ramentis filiformibus, poſteriore nigra, caudali integra. *Labrus Hiatula Linn. n.* 12. *Gmel.* 1287.

B. 5. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 0. C. 21. D. $\frac{17}{28}$.

Habitat ad Carolinam *).

GEN. 103. GYMNETRUS.

Pinnae ventrales filiformes, pinna ani nulla.

1. HAWKINSII. G. pinnis ventralibus biradiatis, caudali rotundata **). *Bl. t.* 425.

P. 8. V. 2.

Corpus oblongum, enſiforme, nudum, rubrum, caput parvum, os obliquum, unica ſeries dentium in maxillis, inferior maxilla prominens, apertura branchiarum ampla, anus fere medius, linea lateralis deorſum arcuata, ventri propinquior, radii pinnae ventralis elongati, in fine membrana lata, aucti, pinna dorſalis longitudinalis, cum anali concreta.

---

*) Mihi propter analis pinnae defectum a labris ceteris temere diſtractus eſſe videtur. Schn.

**) Ita enim errorem pictoris, caudam abruptam, penicillo redintegrantis corrigendum eſſe admonuit me poſtea praeſens auctor doni.

Habitat in mari Indico circa Goam, longus $2\frac{1}{2}$ ped.

2. REMIPES. *tab.* 88. G. argenteus, pinnis ventralibus uniradiatis, dorſali cum anali connata. Regalecus remipes, *Brunnich in Nya Samling III.* 414. *t. B. fig.* 4. 5. *Gleſne, Sild-Tuſten Norwegice, Aſcanii Icon. t.* 11.

B. 4. B. 14. V. 1. D. 97.

Habitat ad litora Norwegica, longus 10 poll.

3. GRILLII. G. cauda acuminata, pinna caudali nulla, ventrali uniradiata. *Gym. Grillii P. G. Lindroth Kongl. Vetenſk. Acad. Nya Handl.* 1798. *p.* 288. *tab.* 8.

Confugiens in ſinum, vado impactus haeſit, ſub nomine *Sild-Tuſt*, *Sildſtörja*, *Sildkonge-Sildjagare* notus, ſed rarus.

B. 4. P. 12. V. 1. D. 406. A. 0. C. 0.

Habitat Oceanum Norwegicum, pedes 18 vel 9 pedes Suecicos longus, 14 pollices latus, ubi latiſſimus, $5\frac{1}{2}$ poll. craſſus, 9 librarum Suecicarum pondere.

Corpus compreſſum, tenue, enſiforme, verſus caudam acuminatum; alepidotum puſtuloſum, argenteo colore reſplendens, zonae nigrae, aliae 4 puſtuloſae, obſcurae, lineae 5 longitudinales, laeves, lucidiores. Caput tenue compreſſum, 12 pollices longum, 7 poll. latum, 2 poll. craſſum, tubere ſupra oculos exſtante: maxilla inferior paulo longior, dentium veſtigia nulla in capite conquaſſato, unde nares etiam oblitteratae: operculum laeve, poſtice rotundatum, margine laevi et integro: branchiae utrinque quaternae: oculorum pupilla caerulea, iris argentea. Pinnae pectorales 2 pollices longae, et fere totidem latae: ventra-

lium radius unicus, teretiufculus, 5 pedes longus, pennae olorinae craffitie, in membranam latam fanguineam definens: dorfalis a tubere capitis exorfa definit pollicis fpatio ante caudae apicem, anterius 6 pollices, media 4 poll. poftrema 1 poll. alta: linea lateralis fupra oculos exorfum, verfus ventrem curvata deorfum concatenatur ferie fquamarum oblongarum 4 lineas longarum 1 lineam latarum.

Longum 6 ulnas Suecicas vidit *Lindroth*, loco infra laudando, alepidotum, corporis argentei zonis, nigricantibus et lineis longitudinalibus, capite brevi, obtufo, dentibus fatis magnis: idem picturam Afcanii et Brunnichii pifcem ficcatum et fartum imitari affirmat.

CL. VII. PENTAPTERYGII.

ORD. I. APODES.

GEN. 104. OPHIDIUM.

Corpus enſiforme, pinna dorſalis et analis, caudali connexae.

*1. Barbatum. O. cirrhis 2 menti bipartitis, ſquamis minimis. *Bl. t.* 154. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1146. *Congrus, Bontius* 75.

P. 17. A. C. et D. 150.

Corpus valde compreſſum, caput album obtuſum, nudum, cute laxa tectum, labia tenuia, maxillae aequales, dentes parvi, acuti, multi, lingua glabra, palatum antice areis 3 denticulorum aſperum, nares utrinque binae ante oculos, linea lateralis recta, dorſo vicina, pinna dorſalis et analis humiles, nigro marginatae, caudali connexae, radii molles, anus capiti vicinior, ſquamae rotundatae, diſcretae.

Habitat in mari Mediterraneo, rubro et Indico, 12 — 14 poll. longus, carne alba ſapida.

2. Blacodes. O. corpore terete, verſus caudam compreſſo, capite depreſſo, cetera praecedenti ſimilis.

Corpus lanceolatum, teres, verſus caudam compreſſum, ſquamatum, punctis longiuſculis excavatis confertis aſperum, lubricum, pallide rubens ſeu incarnatis maculis obſitum, venter argenteo - vinoſus. Squamae ſubrotundae, minutae, vix nudis oculis dignoſcendae. Caput depreſſum, ſupra planiuſculum, declive, acutum, ſubquadrangulare; maxilla ſuperior paulo longior, extractilis, rictus magnus, labia ſimplicia, craſſiuſcula, papilloſa, lingua laevis, palatum aſperum denticulis: dentes maxillae ſuperiores per 3 ordines digeſti, confertiſſimi, majores ordinum exteriorum et acuti, interioris minimi, incurvi; oculi ſupremi, magni, roſtro vicini, cute communi tecti, iris aurea; nares ſimplices, oblongae: tubercula ſubrotunda prope roſtri apicem: opercula ſimplicia, oſſea, cute craſſa tecta, glabra; cirrhi jugulares utrinque ſinguli didactyli baſi elevatae ſeu oſſiculo inſidentes, dactylis inaequalibus dorſum rectum, rotundatum, abdomen prominens, turgidum, cauda compreſſa; linea lateralis dorſo parallela, anus medius. Pinna dorſi longitudinalis, mollis caudali unita, plicatilis radiis ultra 150 ſimplicibus, ut analis, caudali unita, radiis ultra 110 pectoralium ovatorum radii 24 membranae br. radii 8 compreſſiusculi.

Habitat circa novam Zeelandiam, voraciſſimum, torpidum et ignavum, unde nomen, in fundo maris ſaxoſi jacet, et facile fuſcina trajectum extrahitur, inter dapes et inſtrumenta gulae non ultimum. Ad Promontorium B. Spei idem piſcis cupide emitur veluti ſapidiſſimus ſub nomine *de Koning van Klipviſchen:* ad longitudinem 6 pedibus majorem excreſcit. In exemplo 4 pedum caput ab apice ad pinnas

pectorales 10½ uncias aequabat, latitudo circa P. P. 8 uncias. Inteſtina omento valde pingui erant involuta et glanduloſo, et inter inteſtina 6 fuere caeca. Schn.

3. Chinense. *tab.* 90. *f.* 1. O. ore imberbi, ocellis aliquot nigris iridibus albis pinnae dorſi, caudali obtuſiuſcula. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1147. *Pennant B. Z. Append.* 398. *t.* 93.

B. 5. P. 11. A. 41. C. 18. D. 79.

Habitat in mari baltico et oceano, reperitur ſaepe intra oſtrearum teſtas.

4. Viride. O. capite depreſſo, imberbi, trunco compreſſo, ore edentulo. *Groenlandice Unernack, Fabricii F. Groenl.* 141. *n.* 99. *Gmel.* 1147. *n.* 3.

B. 7. P. 10 — 11.

GEN. 105. MURAENA.

Corpus ſerpentiforme, apertura branchiarum anguſta lateralis.

*1. Anguilla. M. dorso obſcuro, ventre albo, pinna dorſi, ani, caudae, concretis, maxilla inferiore longiore. *Bl. t.* 73. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1133.

B. 10. P. 19. A. C. et D. 1100.

Corpus teres, lubricum, ſquamae oblongae, ovatae veſiculis incluſae, niſi in exſiccatis non conſpicuae, caput oblongum, acuminatum, rictus terminalis, maxillae dentatae, dentibus acutis, diſcretis, nares tubuloſae in ſine capitis, oculi cute communi tecti, anus fere medius, pinnae ventrales nullae, pectorales breves, rotundatae, pinna caudam ambiens in tertia parte corporis anteriore ſupra exorta deſinit in medio abdomine, radiis teneris in cute craſſa incluſis.

Var. a. NILOTICAM, *Anefch* dictam, praeter colorem, major cirrhorum longitudo, pinna dorfalis ad caput usque producta, et diverfa dentium pofita diftinguit, auctore Sonnini II. 5..

Habitat fere in omnibus lacubus fluminibusque purioribus noftri climatis *).

2. SERPENS. M. cauda aptera, acuta, dentibus 4—5 anterioribus majoribus, recurvis, corpore terete, oculis fupremis, approximatis, pinnis pectoralibus exiguis, oblongis, aperturis branchiarum remotis, linea laterali primum dorfo propinquiore verfus anum media, punctata, pinna dorfi et ani nigra. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1133. *Salviani* 58. — P. 16.

Habitat in oceano Europaeo auftrali.

3. CONGER. M. naribus tubulofis, amplis, maxilla fuperiore parum longiore, pinna dorfi pone pectorales incipiente et cum anali nigro marginata, caudali connexa, linea laterali ex punctis compofita, cauda acuminata. *Bl. t.* 155. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1135.

B. 10. P. 19. 306.

Habitat in Oceano Europaeo ad 9½ pedum longitudinem et ad 100 libras excrefcit, carne fapidiffima.

4. GUTTATA. M. glauca, guttis nigris, macula majore utrinque prope caput, callo elato inter oculos, iride aurea, maxilla inferiore longiore. *Arabibus Sjaeka. Forskael* 22. *n.* 1.

---

*) Interdiu in coeno latens, noctu victum quaerens, ova pifcium, infecta etc. devorat; vita tenaciffima, caro mollis pinguis in deliciis habetur, concoctu difficilis; cutis tenaciffimä pellucida, vitri et fpecularis lapidis ufum Tartaris praebet. Errorem Valisnerii explicavit et ovaria cum inteftinis accurate defcripsit et pinxit Monti et Mundini in Comment. Bonon. Anni 1783. Tom. VI.

B. 6. P. 92. A. 56. C 10. D. $\frac{I}{43}$.

Habitat in mari rubro.

5. Arabica. M. tota cinerea, maxilla ſuperiore longiore, pinnas ambiente margine nigro, palatinis dentibus validis erectis, compreſſis, retrorſum longioribus, poſticis trilobis, linea laterali antice ſupra medium dein infra medium, ano capiti propinquiore pinnae caudali. *Muraena cinerea, Sjaega Arabibus, Forsk.* 22. *n.* 2.

B. 10. P. 18.

Habitat in mari rubro ad littora ſaxoſa; alba, rubra et flava an varietas an Species?

6. Ophis. M. maxilla ſuperiore longiore, naribus tubuloſis brevibus, cauda acuta, apterygia, linea laterali maculata. *Bl. t.* 154. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1133. *Serpens marinus maculoſus. Willughb. app.* 19. *t. G.* 9.

7. Myrus. M. roſtro acuto, lituris albis vario, pinna ambiente alba, margine nigro. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1134. *Serpens alter. Willugh.* 108.

* Var. *tab.* 91. differt. pinna dorſali longitudine dorſi, dentibus granuloſis, denſis in maxillis et palato, narium lobo tubulato ampliſſimo lato, 5 pedes et ultra longa, pollicem craſſa.

Summa notitiae Liſterianae apud Willughbeum, ex ſiccato piſce ſumtae, quam ſecutus et cum Artedio Linnaeus, haec eſt. Corpus teres, cauda acuminata pinna dorſalis latior 3 pollicum ſpatio a capite exorſa, pollicis ſpatio ante caudam, analis contra 4 pollicum deſinit, utraque albida: caput majuſculum, os acuminatum, rictus amplus: ſuperioris maxillae ſeries utrinque 2 dentium acutorum, recurvo-

rum, quinta medii palati, inferioris antica ſeries gemina, poſtica ſimplex. Caput maculoſum, ſtriisque ex fulvo nigricantibus varium: ad corporis latera duplex ordo macularum ſubrotundarum, ex fulvo nigricantium, quarum inferiores ad interſtitia ſuperiorum ſunt, venter ſubalbidus. Cum hac notitia ſatis bene congruit pictura Blochiana Muraena ſerpens, quam ex Willughbei notitia cum Artedio deſcripſit Linnaeus, et copioſius quidem Blochius, corpore eſt terete, aequali, prope caudam ſenſim gracileſcente, ſupra ſordide flavicante, infra coeruleo dilatiore. (Salviani ſerpens contra dorſo eſt ſub rubro, lateribus ſubflavis, ventre ſub albido.) Roſtrum longum, acutum, rictus immanis, maxillae ſuperioris apex habet dentes 4 majores, reliqui ſunt minimi conferti, uti inferioris, verſus cujus apicem dentes 4 vel 5 majores, acuti recurvi: palatina ſeries dentium ampliſſimorum eſt, oculi parvi, cute denſa pellucida tecti, iride aurea, pupilla oblonga, obliqua: Pinnarum pectoralium radii medii longiſſimi: pori capitis multi: pinna dorſalis paulum ultra P. P. exorſa, concolor dorſo, margine nigro, media altior: cauda teres in acutum definit apicem impennis; analis ſimilis colore dorſali, ab initio altior; anus ultra tertiam longitudinis partem ab apice roſtri diſtat. Cyſtis fellea libera hepati non adhaeret, veſica aerea gemina, prior teres exigua, altera major, utrinque conica.

Muraena Myrus, qualem ex Willughbeo deſcripſit Artedius, a ſuperiore differt magnitudine minore, roſtro breviore, rictu anguſtiore, dentibus maxillarum palatique omnibus minutis, juxta nares prope extremum maxillae ſu-

perioris poſitis antennis ſeu tubulis brevibus, congro ſimilibus, roſtri extremi lituris variis albidis, dorſo primi punctis 10 cinereis, cauda compreſſa, pinnata, pinnae analis apice tantum nigro, colore corporis dilutiore, denique hepate lobato, non ſimplice.

Huic Linnaeus M. A. F. 58. II. colorem griſeum, lineam lateralem pallidam et patriam Americam tribuit.

Brunnich P. M. 12. membranae br. radios 10 pectoralis pinnae 16, latera capitis argentea, lineam lateralem ſuperam, rectam, antice ex guttis albis formatam annotavit. Willughbeus cum ſola anguilla exemplo Salviani comparans nares parvas rotundas (omiſſo lobo vel tubulo) os parvis dentibus denſe ſtipatis munitum annotavit. Cum myro nemo comparavit; quare dubitabat Brunnich an vere ab eo diſtinctus ſpecie ſit. Quantum ex notitia Willughbei licet conjicere, oculi ſunt congri grandiores.

Anguilla illa, quam veluti myri varietatem appoſuit amicus, potius ſpecie plane diverſa videtur eſſe, eamque ipſam antea muraenam ſtrongylodontem vocaverat Blochius.

In congri exemplo Maroccano maxillas latas transverſim ſulcatas, medias vero dentibus magnis conicis armatas vidi: juxta hos dentes, ſupra latiores et rotundatos ſeries utrinque adeſt dentium minorum acutorum.

Quicunque in poſterum anguillarum marinarum genus deſcribere conabuntur, dentium formam ſitumque ut reſpiciant annotentque, neceſſe erit, ſi prodeſſe diſciplinae voluerint. Schn.

Species dubiae.

9. Hauannensis. M. *Parra t.* 57. *f.* 2.

Maxilla ſuperiore longiore, utriusque dentibus parvis acicularibus, palatino oſſe dentibus obſito, lobulis naſalibus utrinque binis: laterali linea manifeſta. Color albicans maculatus nigro: caro ſpinulis referta contemnitur.

GEN. 106. STROMATEUS.

Corpus compreſſum, latum, ſquamatum pinna dorſi anali oppoſita, utraque falcata.

*1. Paru. Str. dorſo aureo, ventre argenteo, linea laterali recta. *Bl. t.* 160. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1148. *Coryphana apus Brunnichii in Nye Samml.* 2. 319. ipſo docente. Ibid. 3. 407. ubi radios edit B. 6. P. 20. D. 46. A. 40. C. 20.

B. 2. P. 24. A. 42. C. 18. D. 50.

Corpus ovale, dorſum et venter carinata, caput declive, antice nudum, rictus parvus, maxillae dentatae dentibus parvis, acutis, nares geminae ante oculos, apertura branchialis ampla, ſquamae parvae, linea lateralis dorſo propinquior elevata, carinam caudalem efficiens, pinnae pectorales longae, caudalis diviſa, dorſalis et analis radii ſquamati, rigidi, inaequalis longitudine, pinnarum margo niger pinnae muticae, ventrales nullae, anus capiti propior.

Habitat in America auſtrali et India ad Tranquebariam, longus $6\frac{1}{2}$, latus $5\frac{1}{2}$ poll.

*2. Cinereus. Str. lobo inferiore pinnae caudalis longiore, linea laterali arcuata, dorſo vicina.

B. 7. P. 20. A. 29. C. 20. D. 35.

Habitat ad Tranquebariam, pedalis, latus 8 pollices.

*3. ARGENTEUS. Str. lobis pinnae caudalis aequalibus, roſtro naſiformi, pinnis pectoralibus brevibus, maxillis arcuatis. *Bl. t.* 421.

B. 9. P. 24. A. 38. C. 19. D. 38.

An praecedentis varietas? uterque edentulus, linea laterali arcuata. Naſi in utroque ſpeciem effingunt oſſa labialia protracta.

Habitat cum antecedente, longus $6\frac{1}{2}$, latus 4 poll.

*4. NIGER. Str. maxillis aequalibus, oſſibus labialibus latis. *Bl. t.* 422.

B. 7. P. 16. A. 36. C. 20. D. 46.

Habitat cum antecedente, pedalis, latus 8 pollices.

An varietas ſpeciei Paru, propter dentes maxillarum et carinam caudalem?

*5. FIATULA. Str. ſubfaſciatus, argenteus, lituris multis aureis. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1148.

P. 25. A. 34. D. 46.

Habitat in mari Mediterraneo, Dodrantalis longitudine.

6. ACULEATUS. Str. maxilla ſuperiore longiore, aculeis bicuspidatis dorſi et ventris, punctis nigris pinnae dorſalis, linguae et rictus. *S. argenteus Euphraſen in N. Schwed. Abh. IX.* 49. *t.* 9.

P. 23. V. 0. A. $\frac{7}{6}$. 43. C. 22. D. $\frac{8}{6}$ 45.

Habitat in mari Sinenſi.

7. SINENSIS. Str. maxilla inferiore longiore, dorſo abdomineque muticis, punctis nigris linguae. *Euphraſen. l. c. t.* 9.

P. 25. A. 48. C. 24. D. 40.

Habitat cum antecedente.

Annot. Bellonii Callichthys et Fietola non eſt Rondeletii Stromateus, qui pinnis ventralibus gaudet cum illi deſint, quamvis earum rudimentum reperiſſe ſibi viſus ſit Willughbeus. Video tamen Rajum Rondeletii picturam transtuliſſe et pro Bellonii callichthye habuiſſe. Videtur pectoralis pinna deflexa in pictura Rondoletii ſpeciem ventralis mentiri. Bellonius ventriculum ait figuram literae V. effingere, partem inferiorem eſſe acutam; circa pylorum appendices multas adeſſe.

In Str. Paru membranae branchioſtegae radios 7, branchias vero utrinque quaternas numeravi: arcuum latus poſterius occupant laminae trigonae flexiles.

Willughbeus ventriculum geminum, utrumque appendicibus cinctum memorat; in Str. Paru unicum vidi, ſine cum plyoro ſurſum verſo. Porro Willughb. poſt anum in cavitate abdominale genitalia ſita vidit, quam ſeparat os falciforme, velut in genere ſimillimo Zenos, Chaetodontis et Pleuronectae. Uti Willughbeus rudimentum pinnae ventralis repeperiſſe ſibi viſus eſt, ita in Str. Paru os reperi, cujus ſitus ventralium abſentium locum in jugulo arguere videbatur. Schn.

GEN. 107. AMMODYTES.

Caput acuminatum, os edentulum.

*1. TOBIANUS. A. *Bl. t.* 75. *f.* 2. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1144.

B. 7. P. 22. V. 0. A. 28. C. 16. D. 60.

Corpus teres, gracile, argenteum, caput parvum acuminatum, rictus horizontalis, magnus, apertura branchialis ampla, linea latera-

lis recta, media, anus pinnae caudali propinquior, dorsalis et analis longitudinales, caudalis bifida, pectorales lanceolatae.

Habitat in Europaei oceani et Baltici maris locis arenosis versus littora, semipedalis.

Species duas, alteram dentatam macula fusca nuchali, alteram Linnaeanam edentulam, macula rubella post anum, distinxit omnemque piscis historiam naturalem egregie enarravit V. D. in Promtuario Hannoverano 1780. Partic. 22. p. 358. seqq. Schn.

GEN. 108. STERNOPTYX.

Corpus latum alepidotum.

1. Diaphana. Tab. 35. f. 2. St. corpore diaphano, ore obliquo. *Herrmann in Naturf. XVI.* 16. *t.* 1. *f.* 1. 2. *Gmel.* 1150.

B. 0. P. 8. A. 13. C. 40. D. $\frac{1}{9}$

Corpus valde compressum, argenteum, diaphanum, antice truncatum, caput obtusum, os perpendiculare, maxilla inferior longior, dentes minutissimi, sternum carinatum, bifariam plicatum, apertura branchialis ampla, linea lateralis non conspicua, anus fere medius, pinna caudalis divisa, analis longitudinalis, dorsalis remota.

Habitat in Americano oceano, biuncialis.

2. Gardenii. P. corpore rhombeo, ore terminali, spinis dorsalibus 3, pinna dorsali anali opposita, utraque falcata, linea laterali punctata. *Chaetodon alepidotus Linn. n.* 2. *Gmel.* 1240.

B. 6. P. 24. A. $\frac{3}{47}$ C. 25. D. $\frac{3}{11}$

Habitat ad Carolinam.

Affinem priori, uti argenteo Chaetodonti et Zeni Gallo dixit Hermann l. c.

GEN. 109. ANARHICHAS.

Dentes robuſtiſſimi, pinna dorſalis longitudine dorſi.

*1. Lupus. A. dentibus anterioribus 4 exſertis conicis in utraque maxilla, gemina molarium ſerie, tribus ordinibus palatinorum longitudinaliter poſitis. *Bl. t.* 74. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1143. *et strigoſus* 1744. *n.* 3. Maxillas cum dentibus ſeparatim pinxit André Phil. Transact. 1784. p. 274. tab. 11. Totum piſcem pinxit, anatomiam et osteologiam dedit Brouſſonet in Mémoires de l'Ac. d. Sc. 1785. p. 161. Planche III.

B. 7. P. 20. A. 46. C. 16. D. 74.

Corpus oblongum, carnoſum, lubricum, cutis laxa, dorſum rotundatum, latera parum compreſſa, caput compreſſum, declive, nudum, poris pervium muciferis, lingua glabra, brevis, oculi ſupremi, apertura branchiarum ampla, narium tubuli brevis ante oculos, linea lateralis recta, media albo punctata, oſſa labialia nulla, labia carnoſa, ſquamae parvae, molles, rotundatae, abdomen ventricoſum, anus fere medius, pinnae muticae, analis longitudinalis, caudalis et pectorales rotundatae, radii et cutis craſſa.

Habitat in Oceano ſeptentrionali et ad 15 ped. excreſcit.

In profundo inter petras latet, motu ſerpenteformi, lento, anguillae ſimillimus. Caro Islandicis ſapida exſiccatur ſolo in petris. Cutis uſum corii praebet.

*2. Pantherinus. *tab.* 92. A. corpore maculis rotundis fuscis. *Zouiew in N. Act. Petrop.* 1781. 271. *t. b. Gmel.* 1144. *n.* 4.

B. 7. P. 20. A. 114. C. 20. D. 67.

Habitat in oceano ſeptentrionali et glaciali.

Piſcem ſiccum $4\frac{1}{4}$ ped. longum conſervo, ſed, cum maxillae deſint, accuratius deſcribere non poſſum.

Species dubiae.

a) Maculatus A. maculis nigris rotundis, dentibus inciſivis, duris, firmis, molaribus anguſtioribus et altioribus quam in lupo, non in ordines digeſtis. Hlyre Iſlandis. *Olaffens R.* §. 682. *f.* 42. an differt a pantherino?

**b*) Dentex. A. ore ubique dentato, dentibus anterioribus 6 inciſivis, robuſtis, molarium ordinibus 5 in ſuperiore, 3 in inferiore maxilla, dentibus 2 ultimis magnis ſphericis, ſupra et infra. *Bl. t.* 74. *f* 2.

Maxillas tantum poſſideo, ideo determinare non poſſum quae ſpecies ſic armatum os gerat.

c) Minor A. dentibus cartilagineis utrinque 3 in utraque maxilla, acutis validis *Fabricii F. Groenl.* 139. *n.* 936. *Gmel.* 1143. *n.* 2.

P. 10. **A.** 44. **C.** 21. **D.** 20.

Lupus junior videtur eſſe. Habitat ad Groenlandiam.

ORD. II. ACHIRI.

GEN. 110. CHANNA.

Corpus teres, ſquamoſum, caput breve, planum, declive, ſquamoſum.

1. Orientalis. *t.* 90. *f.* 2. *Ch. Gronovii Zooph.* 135. *n.* 408. *t.* 9. *f.* 1.

Corpus oblongum, teres, compreſſum, verſus caput quadratum, caſtanei coloris, totum ſquamoſum, os terminale, ampliſſimum, maxilla inferior multo longior, dentes minimi multi, confuſanei, areolatim in maxillis ſiti, majores in palato anteriore, lingua, glabra, acu-

acuminata, nares geminae inter oculos magnos, laterales, anticos, ſitae, opercula ſquamoſa, apertura branchialis ampla, anus fere medius, linea lateralis dorſo proxima verſus anum declivis, pinnae inermes, dorſalis et analis longitudinalis, caudalis rotundata. Squamae in pictura apparent magnae, rotundae ſtriatae.

B. 5. P. 19. A. 18. C. 18. D. 29.

Habitat in India orientali.

GEN. 111. STERNARCHUS.

Anus ſub pectore.

1. ALBIFRONS. *tab.* 94. St. gymnonoto macruro ſimilis forma, magnitudine, corpore atro, ſquamato, cauda longiore, capite conico, obtuſiſſimo, alepidoto, poroſo, labiis craſſis longitudinaliter rugoſis, margine inferioris maxillae anteriore intus denticulis ſcabro: colliculi duo, denticulati antepalatum ſitipalatum pone papilloſum, cirrhus fuſcus, carneo membranaceus praelongus dorſi infra eum ſulcati, cauda pinnata, linea laterali elevata ſquamis majoribus tecta, faſcia lactea per caput et dorſum dimidium ducta, membranae pinnae analis ventri adnata, ſed pervia. *Gymnotus non albifrons Linn. n.* 3. *Gmel.* 1139. *Pall. S. Z. VII.* 35. *t.* 6. *f.* 1.

B. 1. P. 16. A. 147. C. 20. D. 1.

Quem Linnaeus eodem nomine appellavit, ſimillimum vel potius eundem, cirrho tamen dorſali omiſſo, dicitur pinnae pectoralis radios 13. A. 152. C. 24 gerere.

Habitat Surinamum, ultra pedem longus.

2. ASIATICUS. St. capite depreſſo, foramine frontali punctis 5 excavatis in capite, linea laterali elevata, recta, tentaculis 2 truncatis ante

nares posteriores, pinna dorsi longitudinali, ano medio. *Gymnotus asiaticus Linn. n.* 5. *Gmel.* 1140.

B. 5. P. 14. V. 0. A. 28. C. 1. D. 46.

Habitat in Asia.

Propter anum medium vix hunc locum diu obtinebit. Gymnonotis annumeravei at Linnaeus, dubius an rectius anarrohichis accenseret; a muraenis propter aperturam branchiarum amplam et squamas excluserat. Schn.

GEN. 112. OSTRACION.

Corpus polygonum, scutis hexagonis coalitis tessellatum, quodvis scutum ex 6 triangulis sutura conjunctis compositum est: pinnae ventrales nullae.

*1. Triqueter. O. trigonus inermis, tessellis hexagonis, albo punctatis. *Bl. t.* 130. *Linn. n. I. Gmel.* 1441.

P. 17. A. 12. C... D...

Corpus crassum, tessellae hexagonae granulatae, asperae, os terminale, rictus angustus, dentes in utraque maxilla 10 subulati, lingua cartilaginea, cum palato, laevis, oculi supremi, membrana tenui tecti, orbitae prominentes, longitudinales in vertice, nares prope oculos simplices, opercula branchialia, oblonga, gracilia, monophylla, apertura branchialis lateralis, sublunata, linea lateralis et venter latus, anus pinnae caudali vicinus, pinnae rotundatae, dorsalis remota, anali opposita, cauda longa, nuda, radii pinnarum carnosi, mutici.

Habitat in Indico mari, longus 9 poll.

*2. Concatenatus. O. trigonus, muticus, tessellarum lineis concatenatis. *Bl. t.* 131.

P. 12. A. 9. C. 8. D. 10.

Habitat ad Antillas, longus 10 poll.

*3. BICAUDALIS. O. trigonus, nigro guttatus aculeis 2 analibus, laevibus. *Bl. t.* 132. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1441. *Chapin Parra t. XVII. f.* 1. *p.* 31.

P. 13. A. 9. C. 8. D. 10.

Habitat in India utraque, longus 8 poll.

*4. QUADRICORNIS. O. trigonus, ſpinis 2 frontalibus totidem ſubcaudalibus. *Bl. t.* 134. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1442.

P. 6. A. 8. C. 10. D. 7.

Habitat in India utraque et ad Guineam, pedalis.

Marem praecedentis facit Parra. Chapin macho vacans t. XVII. f. 2. Veſica aerea truncum corporis, cum duobus brachiis pendentibus effingit.

*5. TRIGONUS. O. ſpinis 2 caudalibus, ſtriatis teſſellis hexagonis granulatis, albis, dorſi carina inciſa. *Bl. t.* 135. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1441.

P. 12. A. 12. C. 7. D. 14.

Habitat in India.

6. TRICORNIS. O. trigonus, ſpinis binis frontalibus, tertio in dorſo verſus caudam. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1442. *Willughb.* 19. *t. J* 15.

P. 12. A. 12. C. 7. D. 14.

Habitat in India.

*7. STELLIFER. *tab.* 97. S. trigonus, dorſo elevato, arcuato biaculeato, orbita utraque biaculeata margine utroque abdominis aculeis 4, omnibus verſus caudam flexis, ſtellis nigris teſſellarum hexagonarum in tria quadrata oblonga diviſarum.

P. 11. A. 8. C. 10. D. 10.

Habitat in America, longus 4 poll.

8. GIBBOSUS. O. tetragonus, muticus, gibbosus. *Linn. n.* 8. *Gmel.* 1443. *Aldrov.* 561.

Habitat in Africano oceano.

*9. TURRITUS. O. subquadrangularis, processu magno dorsi carinato et spina magna aucto, aculeis 4 ad marginem utrumque ventris, unico supra utramque orbitam, omnibus versus caudam flexis et striatis. *Bl. t.* 136. *Gmel.* 1442. *n.* 10.

P. 12. C. 14. D. 10.

Habitat in mari rubro.

*10. CUBICUS. O. oblongo-quadratus cinereus, iridibus bruneis. *Bl. t.* 137. *Linn. n.* 9. *Gmel.* 1443.

P. 10. A. 10. C. 10. D. 10.

Habitat in India.

11. ACULEATUS. O. corpore oblongo quadrato, luteo, punctis fuscis sparso, marginibus aculeatis. *Teerlingse Benvisch Houttuyn in Haarl. XX. Deel.* 2. 346. *n.* 36.

Habitat in mari Japonico.

*12. NASUS. O. oblongo-quadratus, muticus, rostro nasiformi, carina elevata incisa medii dorsi, tessellis hexagonis in quadrata oblonga terna divisis, et in ipsa commissura sua punctatis. *Bl. t.* 138.

P. 9. A. 9. C. 9. D. 9.

Habitat in Nilo.

13. CORNUTUS. O. tetragonus spinis frontalibus, subcaudalibusque 2, pinna caudae elongata lanceolata, capite truncato, nigro

punctatis teſſellis. *Bl. t.* 133. *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1443.

P. 11. A. 9. C. 10. D. 11.

Habitat in India.

Ejus carnis, praecipue jecinoris et capitis, ebrietatem inducit ſomno abigendam, auctore *Hughes Nat. hiſtory of Barbados* 306. ubi piſcis *the corned coney-fisch* audit.

*14. Diaphanus. O. tetragonus, ſcutellis diaphanis lateribus abdominalibus latioribus dorſo anguſtiore, ſpinis 3 in medio dorſo, totidem in margine utroque abdominis, 2 frontalibus, cauda brevi.

Habitat . . . 4 pollices longus.

*15. Tuberculatus. O. tetragonus, muticus, tuberculis dorſalibus 4. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1443. *Willughb. app.* 20. *t.* 10.

Habitat in India.

16. Lentiginosus. O. tetragonus, oblongus, muticus, ſcutis teſtae indiſtinctis totius corporis maculis lenticularibus, ſub ventre majoribus. *Commerſoni MS. l'oſtracion pointu Lacépède I.* 455. *t.* 21. *f.* 1.

P. 10. A. 11. C. 10. D. 9.

Habitat in India circa Inſulam Francicam.

17. Bituberculatus. O. oblongus, quadrangularis, muticus, tuberculo cartilagineo ſupra et infra os, ſcutis corporis hexagonis punctato radiatis; dorſalibus centro nigri canibus caudae baſi crocea. *Commerſon MS. L'oſtracion à deux lubercules, Lacépède I.* 459.

P. 10. A. 9. C. 10. D. 9.

18. Punctatus. O. tetragonus, oblongus, muticus, ſcutis teſtae indiſtinctis, totius cor-

poris maculis lenticularibus, ſub ventre majoribus, guttato. *Commerſon MS. L'oſtracion Pointillé, Lacépéde I.* 455. *t.* 21. *f.* 1.

P. 10. A. 11. C. 10. D. 9.

* 19. Arcus. O. tetragonus gibbo medii dorſi arcuato et carinato, cornubus 2 frontalibus, totidem caudalibus longioribus, abdomine latiore dorſo. *Oſtracion quadrangulatus, Seba III.* 61. *n.* 9. *t.* 24. *f.* 9.

P. 11. A. 8. C. 12. D. 8.

20. Hexagonus. O. tetragonus linea laterali elevata, ſpinis utriusque anguli ſuperioris binis, lateralis quaternis, infimi quaternis, quorum trini ſerrati. *O hexagonus Thunberg N. S. A. XI.* 101. *f.* 3.

P. 12. A. 8. D. 12. C. 12.

Habitat mare Japonicum 3 pollicaris, veneni ſuſpectus, et in cibo damnatus.

GEN. 113. TETRODON.

Corpus craſſum, maxillae denudatae, edentulae.

* 1. Tesrudineus. T. corpore oblongo, laterum guttis coeruleis, abdominis ſtrii longitudinalibus pallidioribus; capite ſuperius lato et punctato, maxilla ſuperiore longiore. *Bl. t.* 139. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1444.

P. 20. A. 8. C. 8. D. 10.

Corpus alepidotum, aculeis parvis, ſcabrum, os terminale, rictus exiguus, labia craſſa, oſſa labioſa nulla, lingua brevis, cartilaginea papilloſa, craſſa, palatum papilloſum, oſſa 2 denticulata, granulata in faucibus, oculi ſupremi, membrana nictante tecti, nares 2 parvae, oculis vicinae, opercula abbreviata, monophylla, apertura branchialis linearis, lateralis,

parva, linea lateralis inconſpicua, anus pinnae caudali vicinus, pinnae rotundatae, radiatae, dorſalis anali oppoſita.

Habitat in India, pedalis.

*2. LAGOCEPHALUS. T. Aculeis ſtellas efformantibus in ventre, maculis rotundis laterum, ſtriis transverſalibus dorſi, faſciis 2 nigris pinna caudalis. *Bl. t.* 140. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1444.

P. 15. A. 10. C. 10. D. 12.

Habitat in India orientali et Jamaica, pedalis.

Tamboril Parra t. 19. p. 37 — 41. qui venenum mortale carnis in cibo datae feli gravidae et gallinis duabus expertus teſtatur. Foetus felini partu editi paralytici erant; matrem oleum cum ſale et citro ingeſta ſervarant.

* *Var.* STELLATUS. T. cinereus, nigro-guttatus, hiſpidus, ſetis a baſi ſtellata exortis. *Commerſoni MS. Tetrodon étoilé Lacépède I.* 483.

P. 17. A. 10. C. 9. D. 10.

Habitat mare Indicum circa inſulam Mauricii, 13 poll. longus.

*3. LINEATUS. T. corpore craſſo, muricato, fronte tantum glabra, ventre turgidiſſimo, ſtriis longitudinalibus nigris ornato, pinna caudae nigro-guttata. *Bl. t.* 141. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1444. *Arabice Fahaka, Forskael* 76. *n.* 114.

P. 19. A. 9. C. 12. D. 12.

Habitat in Nilo et in India orientali, longus 10 poll.

* *Var.* T. corpore fere quadrangulo, lateribus glabris, faſciis tantum 4, tuberculis 2 ante oculos, in apice cirrhis 2 brevibus. *Forskael* 76. *n.* 114.

P. 19. A. 9. C. 10. D. 12.

Habitat cum antecedente.

*4. Hispidus. T. corpore toto hispido, admodum ventricoso, cauda tantum laevi, rictu valde angusto, dorsi et laterum striis 4 fuscis diffluentibus.

P. 8. A. 10. C. 10. D 9.

Pulmones in hoc pisce vidisse se refert Schoepf Schrift VIII. 199. *Var.* maculatus, T. superne fuscus, guttis nigris temere inspersis.

*5. Honkenii. T. maxilla inferiore longiore, corpore superius fusco, albo maculato, aculeis sparsis, ventre cinereo, dorso glabro. *Bl. t.* 143. *Gmel.* 1446.

P. 14. A. 7. C. 7. D. 8.

Habitat ad Tranquebariam, longus 8 poll.

*6. Spengleri. T. cirrhis plurimis, laterum maculis nigris rotundis, in unica serie positis, humeris et ventre tantum asperis, pinna dorsali anteriore pinna ani. *Bl. t.* 144. *Gmel.* 1446. *n.* 10.

P. 13. A. 6. C. 8. D. 8.

Habitat cum antecedente, longus 9 poll.

*7. Ocellatus. T. fascia humerali lunata, nigra, luteo marginata, ocello nigro, iride lutea, pinnam dorsi ambiente, dorso viridi, linea laterali recta, dorso vicina, ventre tantum aculeato, albo. *Bl. t.* 145. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1445.

P. 18. A: 12. C. 8. D. 15.

Habitat frequens in Sinae et Japoniae aquis dulcibus et in mari vicino, 5 poll. longus.

*8. Oblongus. T. oblongus bilineatus, capite et cauda laevi, lateribus argenteis, linea

laterali ad dorſum, altera ad ventrem, dorſo lato transverſim multum ſtriato. *Bl. t.* 136. *f.* 1. *Gmel.* 1446. *n.* 12.

P. 16. A. 11. C. 19. D. 12.

Habitat in India ad oram Coromandelicam, 8 poll. longus.

* 9. ROSTRATUS. T. capite roſtrato, labiis craſſis, ventre antice tantum hiſpido, pinna dorſi anali anteriore. *Bl. t.* 146. *f.* 2. *Gmel.* 1447. *n.* 13.

P. 16. A. 8. C. 10. D. 9.

Habitat cum antecedente, 5 poll. longus.

*10. PSITTACUS. *t.* 95. T. corpore brevi, dorſo arcuato, capite declivi, ventricoſo toto hiſpido, excepta cauda, ſtriis transverſis dorſi 7 fuſcis, pinna caudali nigro marginata.

P. 22. A. 12. C. 6. D. 14.

Habitat in mari Malabarico, longus $5\frac{1}{2}$ poll.

* *Var.* differt ſtriis dorſalibus 12 — 13. Orbis lagocephalus. *Seb. t.* 23. *f.* 6.

In 7 exemplis, quae conſervo, 7 ſtrias invenio.

*11. LUNARIS. T. pinna caudae lunata, corpore fere quadrato, argenteo, bilineato, dorſo cum ventre tantum hiſpidis.

P. 17. A. 11. C. 11. D. 13.

Habitat cum antecedente, Pilatſei Malabarice, longus 6 pollices *).

VAR. dorſo antice tantum hispido.

---

*) Linea ſuperior infra latera exorſa, ad dorſum adſcendit, iterumque ad caudam deſcendit: linea inferior prominens ventrem planum includit ventrem ad caudam adſcendit et ad pinnam caudalem excurrit.

*12. Reticularis. T. corpore toto hispido, luteo, lineis retiformibus bruneis vario, ventre ſtriato, naribus geminis tubuloſis.

P. 18. A. 10. C. 10. D. 10.

Habitat cum antecedente, longus poll. 14, circumfer. 15 poll.

*13. Punctatus. T. corpore oblongo coeruleſcente, nigro punctato, toto hiſpido, cauda poſtice tantum laevi, ventre albo, pinnis luteis, fuſco maculatis, naribus tubuloſis, pinna dorſi anteriore anali.

P. 18. A. 10. C. 10. D. 10.

Habitat mare Braſilienſe *Acceri* appellatus, longitudo et circumferentia ſesquipedalis.

14. Laevigatus. T. abdomine ad pinnas pectorales tantum aculeato, laterum lineis utrinque duabus, dorſo coeruleſcente, ventre albo. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1447.

Habitat in Carolina.

Catalogus MS. Muſei Petropolitani ita ſub No. 53. *Tetrodonalius, an laevigatus Lin? venter fere totus et dorſum primum cicatricibus tricruribus exiguis notata, dorſum plica longitudinalis ante pinnam et lineis fuſcis a pinna transverſim deſcendentibus ſed brevibus obliteratis.* P. C. 8. D. 9. P. 15. A. 8. Schn.

15. Sceleratus. T. tetragonus, capite maximo, *Forſte'rs Reiſe I.* 403. *Gmel.* 1444.

Habitat in oceano Americano et pacifico, longus $2\frac{1}{2}$ ped.

In *MS. J. R. Forſteri IV.* 2. haec exſtat T. ſc. deſcriptio. Corpus ſubtetragonum, cuneatum, cute communi tectum, ſupra cinereo virens, ſcabriuſcula, dorſo punctis plurimis ni-

gris notata, ſubtus argentea, laevi. Caput oſſeum, ſub parallelo pipedum, verſus os anguſtius et declive: rictus terminalis, rectus, nares ſolitariae, oculi ampli, irides flaveſcentes, ſupercilia angulo prominente: linea lateralis ſutura in nuchae puncto incipit, exinde ſupra oculos ducta pone nares, tum deſcendit infra oculos dein rurſus aſcendit ſupra P. P. ac rurſus dorſo parallela deſcendit, denique media excurrit in caudam. P. D. 12. P. rhombeae carnoſae, 18. A. 10. C. lunata, 7. Pinnae omnes inſiſtunt baſi carnoſae. Longitudo 24 unciarum latitudo 5. Schn.

16. Electricus. T. roſtratus, maculis rubris, viridibus et albis, ſupra fuſcus, ſubtus thalaſſinus, ad latera flavus, pinnis viridibus. *The electrical-Fiſch, Peterſon in Philoſ. Tranſ. VI.* 76. *P.* 2. 382. *t.* 13. *Walbaum* 595. *t.* 2. *f.* 2. *Gmel.* 1445. *n.* 9.

Habitat ad inſulam St. Joannis, circiter longus 7 pollices.

17. Meleagris. T. bruneus, hiſpidus, maculis lenticularibus albis, undequaque conſperſus, branchiis tantum trinis. *Commerſoni MS. Lacépéde I.* 505.

P. 18. A. 10. C. 9. D. 10.

Habitat in Aſia.

18. Immaculatus. T. totus hiſpidus, maxilla ſuperiore longiore, oculis ori vicinis. *Sans-tache. Lacépéde I.* 486. *t.* 24. *f.* 1.

19. Nigro-punctatus. T. totus hiſpidus, valde ventricoſus, poſtice tantum punctis nigris ſparſus, pinna dorſi anteriore anali, dorſo bruneo, ventre cano.

P. 17. A. 6. C. 8. D. 7.

Habitat ad Tranquebariam, longus 3 poll. circumferentia ſemipedis.

20. Pseudopterus. T. hiſpidus, punctis in dorſo, guttis in ventre diffluentibus atris, pinna dorſi lineari, ſpuria. *Commerſoni MS. Tetrodon pointillé Lacépède I.* 485.

Habitat mare Indicum circa inſulam Francicam.

21. Commersoni. T. hiſpidus, ſuperne fuſcus, deorſum exalbidum, guttis nigris toti corpori temere inſperſis, maxilla inferiore prominente, pinna dorſi anteriore anali. *Commerſoni MS. Tetrod. moucheté Lacépède I.* 491.

P. 17. A. 10. C. 10. D. 10.

Habitat cum antecedente.

*22. Geometricus. T. corpore ventricoſo, figuris tetragonis luteis picto, ante pinnas pectorales et in cauda glabro, pinna dorſi anteriore anali, oculis prominentibus, cuti communi obductis, ſulco inter oculos. *Glabe-Fiſch. Catesby. t.* 28. *).

Habitat in America circa Virginiam, longus 3 pollices.

23. Fasciatus. T. corpore oblongo, fere terete, faſciis 5 nigris, latis, capite obtuſo, laevi, trunco ſcabro, dorſo fuſco, ventre albeſcente, pinna caudae fere aequali. *Oſtracio tetrodon Seb. III.* 60. *n.* 1. *t.* 24. *f.* 1.

P. 17. A. 10. D. 11.

Var. differt. corpore albeſcente, parum ſcabro, faſciis multis, capite et cauda laevi, pinnis albis. *l. c. n.* 2. *f.* 2.

---

*) Figura manca; nam deficiunt pinna analis et dorſalis, caudalis diviſa eſt.

P. 16—17. A. 11. D. 13.

24. PLUMERII. T. corpore ſuperius bruneo, glabro, inferius albo, hiſpido, gibbo pyramidali luteo dorſi, gemina ſerie macularum lateralium brunearum, pinna dorſi lutea, anali oppoſita, faſciis 2 fuſcis in pinna caudali lutea rotundata, iride oculorum coerulea. Orbis minimus non aculeatus. *Plumier MS. Lacépède I.* 504.

Mentio nominis Plumeriani admonuit, ut codicem picturarum Blochianum inſpicerem, ubi tandem in folio numero 59 notato incidi in picturam quadrigeminam piſcis, cui manus ipſa Plumerii adſcripſerat: Orbis minimus non aculeatus ſeu piſcis hydrops. An Guambajacu Attinga Guill. Piſonis? Pictura prima piſcem in latus ſiniſtrum converſum ſiſtit, ubi pinna pectoralis dextra ſe ſupra dorſum eminet et ex legibus opticis conſpiciendam ſe praebet. Hanc in pictura temere pro gibbo pyramidali quadrilatero habuit Gallus. Quod mihi affirmanti quo facilius credas, en tibi totam notitiam in oppoſito folio manu Plumerii adſcriptam. Piſcis hic, quem Orbem apellare libuit, quia uterculi orbicularis in modum quandoque totus inflatur, quatuor pollices circiter eſt longus, pollicem craſſus ubi craſſiſſimus, dum nullatenus inflatus et naturalem ſitum adeptus. Dorſum ejus in arcum prominet, ſed caput perquam eſt breve, os rotundum, parvum, patulum, in utraque mandibula duobus dentibus, ſeu potius unico oſſeo et candidiſſimo munitum. Oculi prope cervicem conſtituuntur, lenticulae magnitudine, ovali, coerulei, circuloque aureo decorati. Branchiarum loco duas habet fiſſuras, et juxta unam quamque pinnulam

brevem, auream et fere circularem: duas alias etiam pinnulas habet caudae propiores, unam ſuper dorſum, aliam in ventre, quadrilateras, carnoſas, etiam aureas. Cauda latiusſcula eſt et pro piſcis mole ſatis ingens, flabelli formis, carnoſa, aurea et arcubus ſubnigris diſtineta. Totus piſcis ſuperiori parte cinereus eſt, maculis tamen caeruleis reſperſus: inferiore vero ſeu ventre albicat, ac tandem per totum zegrini inſtar exaſperatur. Dum intumeſcit, pilam luſoriam diceres, unde noſtri aut petit ballon aut crapaud de mer appellant. Frequenter capitur retibus apud inſulas Americanas. Schn.

GEN. 114. ORTHRAGORISCUS.

Cauda latitudine trunci, maxillae connatae denudatae, edentulae.

1. Mola. Orthr. corpore ſcabro, longitudine et latitudine fere aequali, cauda truncata. *Diodon Mola. Bl. t.* 128. *Tetrodon Mola Linn. n.* 7. *Gmel.* 1447. *Orthoingoriſcus Rondel. I.* 424. *Tamburo, Liburni, Redi degli Animali viventi p.* 145.

P. 13. A. 16. C. 4. D. 17.

Corpus cartilagineum, compreſſum, alepidotum hiſpidum, caput parvum, anguſtum, maxillae denudatae, indiviſae, edentulae, rictus anguſtus, oſſa labioſa nulla, cartilaginea 6 in faucibus cum dentibus acutis incurvis, nares ſimplices ante oculos, oculi ſupremi, cute communi tecti, apertura branchialis linearis, lunares, lateralis, ante pinnas pectorales, opercula membranacea, parva pinna dorſi remotiſſima, anali oppoſita, elongata, caudali conjunctae, anus remotus, linea lateralis inconſpicua.

Habitat in mari Mediterraneo, Atlantico et Aethiopico, carne inſipida; ad pondus 400 librarum accreſcit. Monti in Act. Bononiens V. 711.

2. Oblongus. *tab.* 97. Chr. corpore oblongo, longitudine duplo, majori latitudine, laevi, figuris hexagonis parvis. *Sun-Fiſch, Pennant B. Z. III.* 129. *n.* 54. *t.* 19. *Oſtracion Gronov. Zooph.* 50. *n.* 185.

P. 13. A. 18. C. 20. D. 10.

Habitat in mari Atlantico: Meum exemplum longum 2½ ped., latum 1¼.

3. Fasciatus. Orthr. corpore ſphaerico, glabro, faſciato, pinna caudae rotundata. *Porc de mer Duhamel Pech. III.* 306. *t.* 23.

Habitat in mari ſeptentrionali, longus 3, latus 2, craſſus 1 pedem.

4. Hispidus. Orthr. vertice canaliculato, mucronibus acutiſſimis in 4 ſeries a capite ad caudam digeſtis. *Diodon mola. Pall. S. Z. VIII.* 39. *t.* 4. *f.* 7. *Gmel.* 1452. — P. 14.

GEN. 115. DIODON.

Corpus ſpinis mobilibus armatum, maxillae connatae, denudatae, edentulae*), pinnae ventrales nullae.

1. Atinga. D. corpore oblongo, nigro, guttato, fere quadrato, ſpinis longis teretibus. *Bl. t.* 125. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1451. *Guamaiacu Atinga Marcgrav.* 168.

---

*) Pulmones, quos a Gardenio acceptos vulgavit de hoc et ſequenti genere Linnaeus nihil aliud ſunt, quam ſacci membranacei albi, inflatiles, veſiculis pleni, quos aſcendens piſcis inflat, monente Brouſſoneto in Tractatione extrema de Squalis, cujus obſervationem confirmatam reperies in Promtuario Lipſienſi ad hiſtoriam natur. Anni 1787. p. 361. Vide etiam infra ad no. 4.

P. 21. A. 17. D. 14.

Corpus denſiſſimis ſpinis mobilibus armatum. Caput parvum, maxillae, rictus anguſtus, oculi ſupremi, magni, cute capitis tecti, nares ſimplices prope oculos; apertura branchialis lateralis, linearis, membrana branchioſtega ſexradiata, tecta, pinnae ventrales et linea lateralis nullae, pinnae rotundatae, radiis ramiſicatis, dorſalis anali oppoſita; ſceleton vere oſſeum,

Habitat in mari Americano et circa caput bonae ſpei, longus 9 pollices.

2. Hystrix. D. corpore ventricoſo, ſphaerico, nigro guttato, ſpinis longis, baſi latioribus. *Bl. t.* 126. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1448. *Seba t.* 23. 1. 2. *t.* 24. *f.* 10.

P. 21. A. 12. C. 10. D. 14.

Habitat in mari Indico et rubro, longus 15½ poll. circumferentia ſesquipedalis.

Hujus accuratiſſimam deſcriptionem Plumerio ſuſſuratus edidit Feuillée I. 257. adjuncta brevi anatomia, cujus ſummam ponemus ad no. 4.

Var. a. Orbicularis. D. corpore orbiculato, maculis nigris rotundis notato, ſpinis rarioribus, radicibus 3 inſedentibus. *Bl. t.* 127. *Seb. t.* 23. *f.* 3.

P. 22. A. 12. C. 10. D. 14.

Habitat ad Jamaicam.

Var. b. Echinatus. D. dorſo lato, nigro, ventre tumido, albo.

Var. c. Erizo Guanabana, Parra t. 29. *f.* 3.

Maculas in latere inferiore, pectoralium pinnarum alterumque in dorſali gerit.

3. Geo-

3. GEOMETRICUS. *t.* 96. D. corpore oblongo, figuris hexagonis, fuscis et maculis 5 nigris rotundis ornato, spinis brevibus, cultriformibus, postice parum curvatis, naribus 2 tubulosis ante oculos, cirrhis 2 mentalibus.

P. 18. A. 8. C. 9. D. 11.

Habitat in America, longus 4 pollices.

Maculae 2 circa pinnam pectoralem utrinque, quinta pinnam dorsalem ambit.

Var. lineatus, dorso fusco, albo lineato, pectore flavo, ventre albo, maculis nigris rotundis. *Toad-Fisch, Schöpf in Schrift. Naturf. Fr.* 8. 192.

Habitat circa Neuyork, longus 10 poll.

4. BRACHIATUS. D. pinnis pectoralibus, dorsali analique basi in speciem brachii compactae insidentibus, corporis punctis nigris. *Erizo, Parra* 60. *t.* 29. *f.* 1.

Corpus cinamoni colore, nigris maculis. Femina differt capite multo parviore, corpore breviore et quasi rotundo. Vesica pneumatica bifurca, quam *Parra f.* 2. pinxit et ipse in Museo meo possideo, ductum nullum habet conspicuum, et in basi, quae crura duo jungit, operculi rotundi speciem in sculptam gerit, Quam valvulam esse orificium claudentem vesicae simillime ex Diodonte Hystrice pictae annotavit Plumier, qui subjectam duobus pulmonaceis lobis hosque ipsos sub spina dorsi sitos vidit. Is piscem branchiis carere fimbriatis, cutem interius membrana cellulosa, vesiculis plena, duplicari affirmat. Peritonaeum ait patere in branchialem aperturam, idque continere genus Epiploi, cui insint intestina et viscera.

GEN. 116. SYNGNATHUS.

Opercula claufa, fpinacula 2 tubulofa in nucha.

*1. Typhle. S. trunci hexagoni, fafciati, fcutis 18, caudae tetragonae fcutis 36 rotundata. *Bl. t.* 91. *f.* 1. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1454.

P. 12. A. 5. C. 10. D. 18.

Corpus gracile, alepidotum, cataphractum, articulatum, polygonum, caput porrectum, roftrum, rictus tubulofum, rictus parvus, maxilla inferior operculatim fuperiorem claudens, utraque edentula, oculi parvi, laterales, cute communi tecti, margo orbitae fuperioris prominens, nares utrinque binae prope oculos, vix confpicuae, opercula magna, ftriata, ovata, undique frenata, membrana branchialis biradiata, linea lateralis nulla, cauda minus angulofa, anus capiti propinquior, pinna caudae rotundata.

Habitat prope litoras oceani feptentrionalis et baltici, vix pedalis.

Branchias hyppocampi male defcripfit Gallus Villeneuve in Mercure de France Junio 1756. p. 153. cujus obfervatio ridicule verfa exftat in Promtuario Hamburg. Vol. 24. p. 598. feqq. Branchialium fcilicet arcuum cartilagineorum latus exterius gemina feries facculorum vel veficularum venas cum arteriis includentium obfidet. Sceleti ftructuram defcripfit et pinxit Schneideri Synon. Artedi 338. tab. 2. f. 20 — 24.

2. Acus. S. corpore *) fafciato, trunci heptagoni, fcutis 20 ftriatis, caudae hexagonae fcutis 43. *Bl. t.* 91. *f.* 2. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1454.

---

*) Foeminae praegnanti caudae paro inferior pone anum dehifcit in duas laminas longitudinales parallelas, intra quas ova coacervata excluduntur. Sexus mafculus adhuc non repertus eft.

P. 14. A. 6. C. 10. D. 36.

Habitat cum antecedente, 2 — 3 pedes long.

*3. Ophidion. S. corpore virefcente, terete lumbriciformi, roftro brevi, dorfo tantum pinnato, cauda acuta. *Bl. t.* 91. *f.* 3. *Linn. n.* 5. *Gmel.* 1456. — D. 34.

Habitat in oceano Europaeo feptentrionali, bipedalis.

*4. Hippocampus. S. corpore compreffo, nigro-punctato, trunco heptagono, tuberculis variis dorfi, cirrhis capitis, cauda quadrata, impinni, acuata. *Bl. t.* 109. *f.* 3. *Linn. n.* 7. *Gmel.* 1457.

P. 17. A. 4. D. 20.

Habitat ad litora maris Mediterranei, feptentrionalis et Indici, 8 - 10 pollices longus.

*5. Pelagicus. S. trunco heptagono, corporis lineis transverfim fufcis, pinna caudae rotundata. *Bl. t.* 109. *f.* 4. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1455.

P. 14. A. 4. C. 7. D. 16.

Habitat ad Promontorium bonae fpei et in mari Cafpio.

6. Biaculeatus. *tab.* 1. S. corpore tetragono, aculeis mucronatis 2 brevibus fupra oculos, abdomine lato dorfo angufto, cauda aptera, acuta. *Bl. t.* 121. *f.* 1. 2. *Tetragonus, Gmel.* 1453. *n.* 8.

P. 21. A. 4. D. 34.

Habitat in India orientali, 8 — 12 pollices longus.

7. Aequoreus. S. pinna caudae et dorfi tantum praefentibus, corpore angulato. *Linn. n.* 4. *Gmel.* 1456. *S. octogonus, Stroem I.* 312. 2. *an idem?*

C. 5. D. 30.

Habitat in Pelago.

8. Barbarus. S. pinnis caudae anique nullis, corpore hexagono, *Linn. n.* 6. *Gmel.* 1457. *Pennant. B. Z.* 138. *n.* 6. *t.* 22. *f.* 2.

P. 22. D. 35.

Habitat cum antecedente.

Species nondum definitae.

a) Salenostomus. S. pinna caudae divisa. *Soleunoſtomus Klein MS. IV.* 26. *n.* 11. *t.* 4. *f.* 5.

b) Chorda. S. corpore chordaeformi, pinnis tantum pectoralibus. *Solenoſtomus n.* 16. *Klein IV.* 27. *t.* 5. *f.* 5.

c) Asper. S. roſtro productiore, corpore quadratulis denticulatis aſpero. *Solenoſt. n.* 8. *Kl. l. c.* 26. *t.* 4. *f.* 2.

CL. VIII. TETRAPTERYGII.

ORD. I. APODES.

GEN. 117. TRICHIURUS.

Pinna dorsalis longitudine dorsi, corpus ensiforme, argenteum nudum.

*1. Lepturus. Tr. corpore nudo, rictu amplo, maxilla inferiore longiore, ventre cum cauda apterygia aculeis 110 brevibus loco pinnae ani. *Bl. t.* 158. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1141. *et Tr. Indicus* 1142. *n.* 2. *Anguilla indica, Willugh. app.* 3. *t.* 3. *f.* 3.

B. 7. P. 11. V. 0. A. $\frac{110}{110}$. C. 0. D. 117.

Corpus oblongum, compressum alepidotum, caput acuminatum, dentes omnes compressi, cultriformes in postica latere hamati, quales pinxit Brown Jamaic. tab. 45. f. 4. alii longiores, alii breves, lingua laevis longa, palatum laeve, ossicula 2 oblonga aspera in faucibus, oculi verticales, apertura branchialis ampla, branchiae quintae utrinque spuriae, nares simplices velum palatinum magnum, linea lateralis recta, fere media, anus capiti propin-

quior quam apici caudae elongatae, pinnae pectorales parvae, dorſalis longitudinalis, radii ſimplices.

Habitat in aquis dulcibus Americae meridionalis et Indiae orientalis, longus 3 ped., latus 3 poll.

2. Hamrela. Tr. ventre cum cauda apterygiis, aculeis brevibus 82 loco pinnae ani, corpore nudo, maxilla inferiore longiore, dentibus ſubulatis, compreſſis, validis, diſcretis, linea laterali incurva, abdomini vicina, macula pinnae dorſalis oblonga argentea, limbo fuſca. *Arabice Haumela; Clupea Haumela, Forskael,* 72. *n.* 106. *Gmel* 1408. *n.* 12.

B. 6. P. 12. V. 0. A. $\frac{82}{82}$ C. 0. D. 133.

Habitat in mari rubro, longus 1 ulna, latus 2 poll.

GEN. 118. BOGMARUS. (*Tab.* 101.)

Pinna dorſalis longitudinalis, corpus enſiforme, argenteum, ſquamae deciduae, linea lateralis deorſum curvata, poſtice aculeata.

Vogmere vel Waagmaer Islandis, id eſt Virgo vel equa ſinuum, Olaffen §. 684. *I. tab.* 13. *Gymnogaſter Arcticus, Brunnich in Nye Saml. III.* 408. *tab.* 15. *f.* 1. 2. 3. qui piſcem ex ſiccis, exemplis paulo accuratius deſcripſit et pinxit.

Caput cum corpore compreſſum, truncus oblongus, argenteus ſquamis deciduis tectus; caput ſupra dorſo parallelum, infra acclive in acumen, ſupra nares latum, frons in carinam nuchae excurrit; maxillae ſuperioris dentes 6 ſatis magni, introrſum flexi, acuti: inferior acutior, paulo brevior, anterius dentibus 8 obſita, ſimilibus ſuperioribus. Palatum faucesque edentula: branchiae utrinque quaterne, operculo

tectae magno: membrana branchiostega in sicco exemplo gemino deerat. Truncus medius paulatim diminuitur latitudine et desinit in caudam acutam: linea lateralis curvata ventrem sequitur, squamis oblongis, stellatim striatis et acuminatis composita: versus caudam aculeo recurvo horrent squamae, quales fig. 5 sistit. Pinna dorsalis arcuata in nucha exorsa ante acumen caudae, radiis circiter 200 distenta: pectorales parvae radiorum numerum in exemplis siccis obscurum habent: caudalis radiis 10 aequalibus constat, cum Olaffen Itiner. Islandici §. 683. divisam radiis 5 distendi dicat. Venter gemina serie nodulorum asper. Color corporis argenteus, inter oculos et in nucha niger, macula nigra in dorso et supra anum.

Habitat septentrionalem Oceanum, ad Islandiam satis rarus, ultra 2 ulnas longus, 7 pollices latus. Aestuaria arenosa et brevia sequitur, ubi saepe mare recedente destitutus in sicco satis longo tempore durat. Caro propter veneni suspicionem ex corvi contemtu inductam spernitur.

ORD. II. ACHIRI.

GEN. 119. STYLEPHONUS.

Venter et anus apterygii, pinna caudalis 5 spinosa.

1. CHORDATUS. *tab.* 99. St. *Shaw in Transact. of the Linn. Soc. I.* 90. *t.* 6. *et in the Naturalist's Miscellany No....*

P. 6. V. 0. A. 0. C. $\frac{5}{5}$. D. 56.

Corpus alepidotum, compressum, longissimum, argenteum, caput Syngnatho simile, rostrum productum, sursum spectans, membrana

interjecta retractile, colore ſaturate bruneo, os terminale, oculi verticales, ſibi invicem vicini, pedunculati, pedunculus cum oculo caſtaneo colore, apertura branchiarum utrinque ſemi circularis, operculum membranaceum, breve, anguſtum, branchiarum paria terna ſub jugulo ſitarum, pinnae pectorales parvae, dorſalis tenuis, mollis, longitudinalis, caudalis brevis, cauda in chordam praelongam deſinens.

Habitat in oceano occidentali Americano inter inſulas Cubam et Martinicam, longus 2 ped. 8 poll. caudae chorda 22 poll. longa.

CL. IX. TRIPTERYGII.

ORD. I. ACHIRI.

GEN. 120. GYMNONOTUS.

Dorſum cum ventre apterygium.

* 1. Electricus. G. capite depreſſo, pinna anali caudali annexa, cauda obtuſa. *Bl. t.* 156. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1158.*).

Corpus oblongum, nudum, undique poris pervium mucoſum, dorſum convexum, venter carinatus, caput breve, depreſſum, poris pertuſum, maxilla inferior paulo longior, dentes aceroſi, lingua cum palato verrucoſa, linea lateralis recta, dorſo vicina, pinnae pectorales breves, ani linearis, longitudinalis usque ad finem caudae, anus capiti vicinus.

Habitat in Americae meridionalis et Africae fluminibus, bipedalis et ultra. Carne ſapida. Radios pinnarum cute craſſa in volutos numerare non licet.

2. Carapo. G. corpore transverſim ſtriato, capite depreſſo, ſquamis corporis minimis, cuti immerſis, vix conſpicuis maxilla inferiore lon-

*) Vis electrica 1677 a Doctore Richter primum deſcripta.

giore, labio ſuperiore utrinque ante angulum emarginato et ante ſinum lobato, cauda aptera, brevi. *Bl. t.* 157. *f.* 1. *n.* 6. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1137. *G. ſaſciatus Pallas S. Z. VII.* 37. qui analis pinnae 180 numerat.

B. 5. P. 13. V. o. A. 193. C. o. D. o.

Habitat in Americae aquis dulcibus.

3. Macrurus. G. corpore maculato, capite compreſſo, attenuato, maxilla ſuperiore longiore, cauda aptera, longiſſima. *Bl. t.* 157 *f.* 2. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1136.

B. 5. P. 10. V. o. A. 230. C. o. D. o.

Habitat in Braſilia.

*4. Rostratus. T. 106. G. corpore cum capite ſquamoſo, ſquamis minimis maculoſo, capite anguſto, roſtrato, rictu anguſto, maxillis aequalibus, oculis minimis, operculis lateribus, membrana annexis. *Linn. n* 4. *Gmel.* 1159.

B. 5. P. 19. V. o. A. 292.

Habitat in America, ſesquipedalis.

Sebana pictura II. tab. 69. f. 3. a Gronovio comparata, niſi eſt diverſa ſpecies, roſtri aperturam nimis longam ſiſtit. Schn.

5. Acus. G. corpore nudo, compreſſo, attenuato, acuto, ſupra albido maculis rubeſcentibus fuſcisque virgatis nebuloſo, infra caeruleſcente, capite compreſſo, obtuſo roſtro, oculis in roſtro, maxilla ſuperiore longiore dentibus multis in utraque et faucibus, carina ventris utrinque ſutura diſtincta. *Fierasfer Maſſilienſibus. Brunnich* 13. *n.* 24. *Gmel.* 1140. *n.* 9.

B. 5. P. 16. V. o. A. 60. C. o. D. o.

Habitat in mari Mediterraneo, longus $1\frac{1}{4}$ ſpithamam.

6. Albus. G. corpore coerulescente, dorso canaliculato, maxilla inferiore longiore, labio superiore utrinque ante angulum emarginato, et ante sinum lobulo, pinna ani ad finem caudae, fere extenta, macula rotunda nigra ad opercula. *Pallas l. c.* 36. *G. coerulescens Sebae* 99. *n.* 3, *t.* 32. *f.* 3. *Gmel.* 1137. *n.* 7.

B. 5. P. 8. V. o. A. 244. C. o. D. o.

Habitat ad Surinamum, longus 7 poll. 3 lin. latus 1 poll. 3 lineas.

Numerum radiorum, colorem et maculam ab Artedio translata esse video; sed Pallas S. Z. albam Gymnoti Surinamensis speciem a Gronovio tanquam Caraponis varietatem positam, fasciato (Carapone Blochii) etiam obesiorem, dorso convexo et antrorsum profunde canaliculato, maxilla pariter inferiore longiore et labio superiore utrinque ante angulos oris emarginato, et ante sinum lobulo notato esse ait; esse huic pectoralium pinnarum radios 13 analis 180. denique recte album a carapone et fasciato recte fuisse ab Artedio distinctum. Catalogus MS. Musei Petropolitani a Pallasio cum Blochio communicatus haec de ea specie habet: *Gymnotus praecedentibus affinis, sed distinctissimus dorso obeso, antrorsum canaliculato, versus nucham sensim obsoletius, rostro obtusissimo, maxilla inferiore longiore cauda apterygia acuminata, totus albus. P. P.* 15. *exilis. P. A.* 180 *ad apicem caudae non penitus extensa: Labium superius utrinque ante angulum oris sinu emarginato et lobulo ante sinum notatum, linea lateralis dorso parallela, nivea. Caput punctis prominulis adspersum. Pori pone nares in vertice* 4 *in quadratum positi,* 5 *in arcu ab angulo oris versus verticem circa oculum magnis inter-*

vallis dispositi. Convenit cum fasciato, nisi quod huic dorsum minus obesum, et obsoletissime canaliculatum. Schn.

ORD. II. APODES ET ACHIRI.

GEN. 121. SYNBRANCHUS.

Spiraculum unicum gulare, pectus cum ventre apterygium.

*1. MARMORATUS. S. corpore marmorato, capite brevi obtuso, trunco crassiore, linea laterali arborescente. *Bl. t.* 418.

Corpus serpentiforme, teres, lubricum, alepidotum, cute crassa, laxa obductum, rictus amplus dentes conferti, acerosi, etiam in maxilla superiore interiore, (ut in lacertis) labio inferiore intus in basi crenulato, utroque lato, laxo, nares binae in anteriore parte capitis, oculi laterales, cute communi obducti, apertura branchialis longitudinalis, angusta, membranae branchiostegae radii 6, anus in parte 4ta corporis a capite, radii pinnarum teneri, molles, cute crassa obducti, inde difficulter numerandi, linea lateralis recta, fere media, pinna dorsalis remota, humilis, cum anali et caudali acuminata connexa.

Habitat in fluviis Surinamensibus, sesquipedalis.

*2. IMMACULATUS. tab. 103. f. 1. S. corpore immaculato, bruneo, capite acuminato, cauda obtusiore. *Bl. t.* 419. *f.* 1.

Habitat in fluviis Tranquebariae, pedalis.

3. TRANSVERSALIS. S. corpore oblongo terete, alepidoto, cinereo, capite parvo, depresso, maxilla superiore longiore, latiore, ore

ſatis magno, dentato, oculis minutiſſimis, apertura branchiali transverſali, pinna dorſali ultra medium dorſum exorſa, anali humiliori, *Muraena Gronov. Zooph.* 39. *n.* 162.

Habitat in Guinea, longus 6 pollices.

GEN. 122. GYMNOTHORAX.

Spiraculum lineare utrinque, pectus cum ventre apterygium.

A. Dentium palatinorum longa ſerie.

*1. MURAENA. G. corpore bruneo, maculis albis bruneo punctatis, maxilla ſuperiore longiore. *Muraena Helena Bl. t.* 152. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1132. *Innominado Parra* 96. *t.* 37. *f.* 2.

Corpus compreſſum, lubricum, alepidotum, varium, caput acuminatum, rictus amplus, dentes magni, acuti, diſcreti, parvis interpoſitis, nares tubuloſae, par alterum in apice capitis, par alterum ante oculos; oculi laterales, linea lateralis vix conſpicua, anus medius, pinna dorſi humilis ante ſpiracula exorta, cum caudali et anali connata, radii numeroſiſſimi ob tenuitatem et craſſitiem cutis non numerandi.

Habitat in mari Mediterraneo, Indico ad Tranquebariam et in Americano, longus 2½ ped. latus 2 poll. Caro olim in deliciis Romanorum; vita tenax.

*2. FAVAGINEUS. *t.* 105. G. corpore compreſſo, caſtaneo, lineis flavis figuras favagineas efformantibus, capite declivi, ſpiraculis remotis, ano medio, pinna ſupra ſpiracula oppoſita inchoante, rictu amplo.

Habitat ad Tranquebariam, longus 2½ ped. latus 2 poll.

*3. Punctatus. G. corpore compreſſo, colore bruneo, maculis parvis auranticis, ovalibus, timbo bruneo, pinna dorſi ante ſpiracula exorta, rictu anguſtiore, antecedentibus naribus tubuloſis, maxilla ſuperiore longiore.

Habitat cum antecedente, longus $2\frac{1}{4}$ ped.

Var. *a.* differt corpore bruneo, punctis flavis.

Var. *b.* punctis et maculis bruneis.

Ambo habitant ad Tranquebariam.

*4. Afer. G. corpore compreſſo, bruneo alboque marmorato, pinna dorſi ante ſpiracula exorta, naribus tubuloſis. *Bl. t.* 417.

Habitat in mari Africano prope Guineam et in Indico ad Malabariam bipedalis.

Ab incolis non editur ob ſimilitudinem cum ſerpentibus.

5. Echidna. G. corpore luteſcente albido, lineis; punctis maculisque fusconigris variegato, abdominis albo maculis fuſcis ſub faſciato. *Echidna J. R. Forſteri Enchiridion* 31 *Genus* 5. *MSS. II.* 102.

Corpus alepidotum, antice teres, poſtice ſenſim attenuatum, enſiforme: caput parvum, compreſſum, declive, productum in roſtrum oblongum, obtuſum: rictus inſimus, rectus, horizontalis, mediocris labia ſimplicia, laxiuscula, dentes tegentia: maxillae acquales, obtuſae: dentes ordinati, rotundi, obtuſi, ſub aequales, in maxilla ſuperiore ordines 3, quorum medius ſimplex in palatum excurrit, in inferiore ordines 2, nares paulo ante et ſupra, oculos, ſingulares utrinque, rotundae remotae: pori 2 vel 3 ſupra rictum in labio ſuperiore: cirrhi breves filiformes ſolitarii ad latera roſtri

ſupra labium ſuperius: oculi parvi ſubmedii, cute communi tecti, iride flava: ſpiraculum, utrinque ſolitarium, ovale, medium, in latere colli, dupla capitis longitudine ab eo remotum, in ipſo ſpiraculo quaſi branchiae minutae ſunt conſpicuae: anus in medio circiter corpore, mediocris. P. D. longitudinalis anali caudalique coadunata, omnes adipoſo membranaceae absque radiis, ut cutis laxa corpori adnatae. P. V. nullae. Longitudo $20\frac{3}{4}$ unciarum, latitudo $1\frac{1}{4}$, ſpiraculum a roſtro diſtat 2, oculi ab apice $\frac{4}{10}$ pinnae dorſalis initium ab apice $1\frac{3}{4}$ anus ab apice 10 uncias.

Habitat in maris pacifici locis vadoſis; ab incolis inſularum Huahina et reliquarum laqueo ad baculum alligato capitur comedendus, *Pipiro* et *Boohée* vocatus.

Specimen alterum in inſula Otahaitee examinatum habebat rictum magnum fere longitudine capitis, dentes acutos, aceroſos, nares inter oculos ſingulas, poris paulo majores, poros in roſtro bigeminos, unum par inter cirrhos, alterum paulo pone cirrhos, poros circiter 4 ad margines labii ſuperioris ſecundum rictum totidemque in labio inferiore his oppoſitos; ſtrias longitudinales parallelas circiter 5 inter angulum faucium et ſpiraculum, color erat e luteo fuſcus maculis pallidioribus plerumque transverſis variegatus. Sed vereor, ut haec anguillae ſpecies dentium forma tam diverſa cum praecedente commode conciliari poſſit. Schn.

6. ANULATUS. G. corpore coeruleſcente cauda compreſſa, anulis 31 fuſcis, linea laterali excavata, media. *Muraena anulata Thunbergii, Specim. Ichth.* 8. *n* 4. *t.* 1. *f.* 1.

Habitat Japoniam, longus 2 ſpithamas, digiti minimi craſſitie.

GEN. 123. GYMNOTHORAX.

B. *Dentibus palatinis conſertis aequalibus.*

*7. Catenatus. G. capite brevi, obtuſiuſculo, cauda acuta, pinna dorſali in medio incipiente, ano remotiore. *Bl. t.* 415.

Habitat ad littora Coromandeliae, longus pedalis, latus pollicem.

An *Raro* Hiſpanorum apud *Parra* 66 qui maxillas innumeris dentibus incurvis, acus referentibus, obſitas eſſe refert.

Annot. Nares priores tubuloſae, poſteriores ſupra oculos; ſpiraculum ante faſciam 5, pinna ſupra octavam incipit; dentibus palati confertis aequalibus.

C. *Dentibus palatinis nullis.*

8. Zebra. G. capite parvo, maxilla ſuperiore longiore, lineis albis circularibus et faſciis fuſcis alternantibus. *The ſtriped Gymnothorax or Zebra-Eel Schaw. The Naturaliſt's Miscellany n.* 101.

In Muſeo Hunteri hoſpitatur, 2 — 3 pedes longus.

*9. Reticulatus. G. pinna dorſi ante ſpiracula exorta, corpore faſciato, maculis laterum reticulatis. Dentibus palati nullis, naribus prioribus tubuloſis, poſterioribus ſupra oculos. *Bl. t.* 416.

Habitat ad littora Coromandeliae.

10. Nebulosus. G. corpore terete, cinereo, maculis ocellaribus radiantibus nigris, *Murena nebuloſa Thunbergii Spec. Ichthyol.* 7. *n.* 2. *t.* 1. *f.* 2. Longus 1½ ſpithamam, digiti craſſitie.

11. Pictus.

11. PICTUS. G. capite angusto, maxillis aequalibus, corpore terete cinereo, maculis ocellis, lunulis punctisque ferragineis. *Murena picta Thunb. l. c. n. 3. t. 2. f. 2.* Longus vix pedalis, digiti crassitie.

12. FASCIATUS. G. corpore terete, coerulescente, maxilla superiore longiore, fasciis maculisque fuscis, linea laterali recta, postice magis perspicua, cauda apterygia, Muraena fasciata. *Thunb. l. c. 9. n. 5. t. 2. f. 1. Raro, Parra 66. t. 30. f. 32.* Longitudo bipedalis, digiti crassities.

13. WILSONI. G. capite parvo, crasso viridi, maculis roseis latis ornato, pinna dorsali longitudine dorsi, ano capiti propinquiore quam apici caudae.

Habitat in nova Hollandia, *Banning* dictus.

14. SCRIPTUS. G. corpore terete, serpentiformi, striis transversis et lituris figuras litterarum arabicarum imitantibus, fuscis, capite parvo, rictu angusto, cauda obtusa, naribus tubulosis.

Habitat cum antecedente, *aan* dictus; bipedalis, digiti crassitie.

15. BRASILIENSIS. G. corpore gracili, superius coerulescente, inferius albo, maculis parvis violaceis, naribus tubulosis, cauda obtusiuscula, pinna dorsali longitudine dorsi. *Caramanninima Brasiliensibus, Pr. Mauritii MS. Conger indicus maculosus Wilugb. t. G. 10. f. 1.*

16. COLUBRINUS. G. maxilla superiore longiore acuminata, incurva, oculis minimis, fasciis luteis nigrisque alternantibus, pinna dorsali longitudine dorsi. *Pallas N. N. Beytrag. II. 56. t. 4. f. 3.*

Habitat ad Amboinam.

CL. X. DIPTERYGII.

ORD. I. APODES.

GEN. 123. OVUM.

Pinnae pectorales tantum.

Commersonii. *tab.* 108. Ov. *Tetra odor ovi formis Commerson. MS. l'Ovoide fascé, Lacépéde I.* 521. *t.* 24. *f.* 2.

P. 18. V. 0. A. 0. C. 0. D. 0.

Corpus valde compressum, ovale, ex nigro fuscum, aculeis minimis stellatis, hispidum, fasciolae albae transversae, os terminale, rictus angustus, maxillae denudatae loco dentium, oculi minimi, remoti, cute communi tecti, apertura branchialis parva, lateralis anus posticus in extremo dorso, pinnae pectorales minimae.

Habitat in mari Indico. Long. 1½ poll.

ORD. II. APODES ET ACHIRI.

GEN. 124. PETROMYZON.

Spiracula 7 utrinque pectus, venter cum ano apterygii.

*1. Marinus. P. corpore marmorato, or-

dinibus dentium conicorum pluribus. *Bl. t.* 77. *Linn. n.* 1. *Gmel.* 1513.

Corpus cartilagineum, nudum, lubricum, teres, caput oblongum corporis craſſitiem aequans, poris plurimis pertuſum, fiſtula in vertice inter oculos laterales et parvos, os terminale, rotundum, ad ſugendum idoneum, dentes in baſi latiores, flavi, mucronati, conici, acuti, in multas ſeries digeſti (*tab.* 102. *f.* 5.) anus, initio pinnae dorſi oppoſitus, pinna dorſi remota, arcuata, verſus finem inciſa, caudali apicem caudae ambienti vicina, radiis ſubtiliſſimis ob cutem craſſam non numerandis, pinna cauda verſus finem humilis.

Habitat in omni mari Europaeo, in Japonia et America auſtrali, usque ad 3 ped. longus, anadromus, ſugendo tenaciſſime corporibus adhaerens, carné exquiſita.

Anni 1789 Junio 6 captum in Havela fluvio juxta Spandoviam, 2½ pedes longum accepi. Capite erat azureo, collo flavo, ventre albicante ita ut aurantiacum abdominis colorem linea alba divideret; applicato ore vaſi aqua pleno per horae ſexageſimarum partium 15 ſpatium aquam per foramina branchialia et nuchale vicibus 26 rejiciebat: idem ova papaveribus vix aequalia permulta preſſus edebat.

* 2. FLUVIATILIS. P. ordine dentium minorum unico, majoribus inferioribus baſi connexis, pinna ani ſuperius anguloſa, inferius ſinuoſa. *Bl. t.* 78. *f.* 1. *Linn. n.* 2. *Gmel.* 1514.

Habitat in Europae, Japoniae, et auſtralis Americae fluminibus, ſesquipedalis.

Apud nos in flumine Viadri, captus copioſe, aſſatur et cum aceto et aromatibus, conditus aſſervatur.

*3. BRANCHIALIS. P. pinnis linearibus, rectis, labio ſuperiore longiore, lobato, ore edentulo, intus celluloſo. *Bl. t.* 78. *f.* 2. *Linn. n.* 3. *Gmel.* 1515.

Habitat in Europae aquis dulcibus, 6 pollices longus.

*4. PLANERI. P. pinnis latioribus, labiis craſſis, papilloſis, ore dentato, inferioribus 7 dentibus in unica ſerie, ſuperioribus dentibus, conicis 2 robuſtis. *Bl. t.* 78. *f.* 5. *Gmel.* 1516. *n.*

Habitat in Thuringiae rivulis calculoſis. Magnitudine 5 pollicum.

*5. ARGENTEUS. *tab.* 102. *f.* 1. P. corpore argenteo, labiis craſſis, papilloſis, ore multum dentato, inferiore oſſe cum dentibus pectiniformibus, dentibus bicuſpidatis et tricuſpidatis in lateribus, oſſe arcuato, laevi cute pinnarum pellucidae. *Bl. t.* 415. *f.* 2.

Habitat in Tranquebaria pedalis.

6. CIRRHATUS. P. corpore livido cinereo, teretiuſculo, ſubtus ſubcarinato, verſus caudam cultrato, roſtri utrinque 2 cirrhis conicis, ore infero 4 cirrhis ſubconicis cincto, quorum poſteriores duo breviores, obtuſiores, compreſſi, ori proximi; dente ſolitario mobili in palato: maxillis utrinque binis dentium ordinibus armatis, exteriore dentium circiter 12, interiore 11, confertorum, deflexorum, ſubfalcatorum: oculis inſtar punctorum albidorum obſcuris: Spiraculis verſus anteriora gradatim minoribus, inde caput verſus utrinque continuata ſerie punctorum 16 minorum, alborum. *Forſteri MS. II.* 24.

Vivaciſſimus et maxime agilis, undique

glutinosus et lacteum ichorem exsudans, loca maris saxosa habitat, et ex piscibus praedam sibi parat, siquidem non raro, firmiter adhaerens piscium fragmentis pro esca in retibus appensis, extractus est a Forstero ex mari alluente insulam australem novae Zeelandiae, qui mensuram longitudinis ponit 20½ unciarum, distantiam primi et minimi spiraculi ab apice rostri 6½ spatium spiraculorum aequat 2½ poll. Recte idem vir doctus monuit in hac specie naturam gradum primum fecisse ad Gastrobranchum (Myxinem Linnaei, quam alii ante eum Petromyzontibus annumeraverant) transeuntem.

GEN. 125. LEPTOCEPHALUS.

Pinna dorsi et ani tantum.

Morrisii. *tab.* 108. *f.* ?. *L. Gronovii Zooph.* 135. *n.* 410. *t.* 13. *f.* 3. *Morris Penn. B. Z.* 158. *n.* 67. *t.* 25. *Gmel.* 1150. *n.* 1.

Corpus totum fuscescens, valde compressum, alepidotum, subpellucidum, albescens, dorsum et venter carinata, caput minimum, alepidotum, compressum, acuminatum, rostrum acutissimum, maxillae aequales, acutae, dentes minutissimi, oculi sphaerici, iride aurea, opercula laevia, apertura branchialis ampla, linea lateralis recta, media, pinnae pectorales, ventrales, et caudales nullae, anus capiti vicinus pinna dorsalis et analis longitudinales, cauda acuta, apterygia.

Habitat in flumine Monae prope Holyhead Angliae, longus 4 pollices, a Pennanto primum communicatus cum Gronovio. Ille solus lineam lateralem, fascias dorsi transversas annotavit.

CL. XI. MONOPTERYGII.

APODES ET ACHIRI.

GEN. 126. GASTROBRANCHUS.

Spiracula 2 ventralia, pinna caudalis tantum.

*1. Coecus. *tab.* 103. *f.* 2. G. corpore molli, coeruleo, mucoso, cirrhis 8, dentibus conicis 32 gemina serie positis, pectinem efformantibus, dente magno, mucronato in palato. *Bl. t.* 413. *Myxine.*

Corpus cartilagineum, valde mucosum, teres, cauda tantum compressa, caput crassitie aequale trunco, os terminale, rotundum ad sugendum aptum, cirrhi 2 in utroque latere et 4 superius; inter hos posteriores fistula ad eiiciendam aquam, quando piscibus adhaeret, valvula claudenda. Aperturae branchiales 2 rotundae sub ventre, approximatae, pororum gemina series in abdomine anus oblongus, remotus, plica linearis a spiraculis, ad anum; radii pinnae caudalis obtusae subtilissimi, simplices, cute crassa inclusi, ideo non numerandi. Branchiae senae utrinque formam vesicularem habent, ova fusiformia unica serie sub spina

dorſi jacent. Has ſingulas partes monſtrat tabula 413.

*Var. differt. corpore bruneo longiore, cute dura, non mucoſa, plica abdominali craſſiore, cirrhis craſſioribus. *Gaſtrobranchus Dambey Lacépéde I.* 531.

Habitat ad Guineam.

GEN. 127. SPHAGEBRANCHUS.

Spiracula 2 gularia parva, invicem proxima.

*1. Rostratus. Sph. labio ſuperiore in roſtrum elongato, cirrhis 2 roſtri extremi. *Bl. t.* 419. *f.* 2. 4.

Corpus oblongum, teres ſubconicum, nudum, glabrum, bruneum, utrinque acuminatum, aequali fere craſſitie digiti anularis, pedis longitudine, maxilla ſuperior in roſtrum trigonum, producitur, cujus medium ad baſin ſeries dentium occupat, os totum dentibus obſitum; oculi cute communi tecti; inter oculos lineae duae elevatae, poris pertuſae ad roſtrum extremum excurrunt, roſtro extremo inſident cirrhi duo breves, membranae branchioſtegae radii 16—18 caput totum fere poris pertuſum. An caecula pterygea Wahlii t. 13. f. 1. 2? Skrivter af N.S. t. III. 103, ubi pinnae duae dorſalis et analis tantum adeſſe, nares infra in roſtro adeſſe membrana branchioſtega contra cum radiis abeſſe dicuntur et cirrhi omittuntur. Anus medius, radii ſubtiliſſimi in cute craſſa incluſi, linea lateralis recta, dorſo vicina, anus medius.

Habitat in fluviis Surinamenſibus.

2. Coecus. Sph. oculis inconſpicuis, roſtro acutiuſculo, ano capiti propinquiori, capite ſuperius punctis multis perforato, naribus ſub

roſtro tubuloſis, dentibus aceroſis. *Muraena coeca. Linn n. 7. Gmel.* 1135.

Habitat in mari Mediterraneo.

3. Catostomus. M. pinna ambiente albida, roſtro acuto, cirrhis 4, capite poris perforato. *M. coeca? J. R. Forſteri MS. III.* 21.

Corpus laeve, teres, verſus caudam attenuatum, ſupra fuſcum, ſubtus albidum, caput ovatum teres, acuminatum, lubricum, corpore craſſius, roſtrum attenuatum, convexum, ſubtus planum: os ſub roſtro, rictu parvo utrinque deſcendente: labium ſuperius parum fiſſum, inferius acutum, oculi in roſtro ſupra medium rictus poſiti, parvi, cute communi tecti, iride flavicante, vix conſpicui: nares ſub roſtro, paulo ante rictum, utrinque ſolitariae, orbiculate, parvulae; cirrhi 4, quorum 2 minuti, approximati, ex ipſo apice roſtri prodeuntes, 2 reliqui ex medio narium, ſolitarii, breves, filiformes, opercula nulla, aperturae branchiales, oblongae, obliquae, parvae: membranae br. radii 8, 9 ſeu 10 obſoletiſſimi, vel potius ſulci in cute vix conſpicui: pori capitis plurimi, maxillae inferioris utrinque 6, anus medius; linea lateralis infra corporis medium parallela, e punctis remotiuſculis perforatis, verſus caput adſcendens P. D. longitudinalis, anguſta, albida, in foſſula recondenda, radiis numeroſis ſimplicibus, ab occipite ante aperturam branchialem ad caudam. P. A. ab ano ad caudam, minima, in foſſa recondenda, radiis numeroſis ſimplicibus, albida; cauda obtuſiuſcula, forte mutilata.

Habitat in mari ambiente inſulam Otahaitae, ab incolis comeditur et vocatur *Pàri-roötee.* Linnaeus forte in exemplo diu in li-

quore vinoſo condito, nec pinnas in foſſula reconditas, nec cirrhos videre potuit, quae erat Forſteri ſuſpicio. Schn.

Num huc pertinet an ad caecum Lin. *Muraena tota fuſca, praelonga, roſtro in conum elongato, ſubulato, obtuſiuſculo, ſuperiore longiore maxilla. Catalogi MS. Muſei Petropolitani.* Additur: *Foret muraena caeca Lin. ni adeſſet, pinna dorſi et ani longitudinalis ad caudam non continuata.* Schn.

GEN. 128. TYPHLOBRANCHUS.

Apertura branchiarum nulla.

1. Spurius. T. *Muraena Gronov. Zooph.* 38. *n.* 161. cum muraena caeca Lin. ab eo comparata.

Caput parvum, antice ſubacutum, depreſſum, ſupra longitudinaliter ſulcatum, ſubtus planum, os terminale; dentibus plurimis inaequalibus armatum, primis 2 maxillae ſuperioris maximis, conicis, prominentibus, praeterea palatum cum maxilla utraque oſſiculis denticulatis aſpera; maxilla inferior brevior, labia tenuia ampla, oculi magni, in anticis capitis lateribus ſiti, cute communi tecti, truncus oblongus gracilis, depreſſo-rotundus, alepidotus, cute craſſa, dorſum convexum ſulco profundo uſque ad dorſalem, deinde carinatum, abdomen planum usque ad anum, de inde usque ad pinnam analem ſulcatum, pinnam, pinna analis caudali acuminatae et dorſali concreta, humillima, radiis vix conſpicuis. Color ſupra bruneus, infra albidus.

Habitat fluvios Americae ſub linea aequinoctiali ſitae, Pedalis, 4 lineas latus.

Addenda P. 30. poſt. no. 24.

Scombro Kleinii ſimillimum, Indici maris pariter incolam, memoravit A. J. Retzius in Diſs. ſiſtente Obſerv. Zool. faſc. et his notis diſtinxit Scombrum carinatum non ſatis apte vocatum. Longitudo $5\frac{1}{2}$ pollicum, latitudo maxima 2 pollicum. Os aeque atque illi adſcendit, ſed labium inferius paulo brevius: denticuli ſubulati marginis maxillarum: ſquamae minutiſſimae: color ſupra fuſceſcens, infra lineam lateralem flaveſcens: haec ſupra $\frac{2}{3}$ pinnae pectoralis flectitur verſus medium latus; atque inde recta verſus caudam procedit. A curvatura inde ſquamae lineae lateralis gradatim majores fiunt, ita ut cauda inde tetragona fiat. P. P. ſubfalcatae, inermes, 20 radiis: V. parvae inermes, 5. D. prior 4, altera 9 radiis inermibus: deinde deliqueſcit radiis haud numeralibus in carinam acutam, quae verſus caudam radios longiores acquirit, ante pinnam ani ſpinae 2, poſt eas anus et pinna analis, ſimilis dorſali, ſed brevior: utraque in Kleinii ſcombro radios plures habet, in noſtro fere 20. Schn.

Addenda Generi 5. *p.* 34. *poſt no.* 34.

Cum Chaetadontem glaucum et rhombeum a Blochio in tabulis 209 et 210 pictum, et ex Plumerii Codice repetitum fruſtra in Syſtemate manu amici ſcripto quaeſiviſſem, appendicis loco ſubjiciam deſcriptionem Gaſteroſtei glauci et rhombei a *J. R. Forſtero* poſitam in *MS.* 1. 7. et 11. Priorem is cum Scombro glauco Linnaei et Chaetodonte glauco Blochii comparaverat. En viri docti verba:

G. glaucus, cauda biſida ſpinis pinnae dorſalis 6, analis 2, apicibus pinnae dorſalis et analis nigro maculatis.

Corpus ovatum, compreſſum, carinatum, maculis 5 ex nigricante caeruleis ſupra lineam lateralem: color ſupra eandem caeruleo-argenteus, infra prorſus argenteus: ſquamae minimae, ſuborbiculatae, laeves cute communi tectae: caput compreſſum, rictus exiguus transverſus obliquus, maxillae labiatae ſubaequales, dentatae dentibus minutis, acutis, confertis, flexilibus: lingua glabra, palati oſſiculum denticulatum: oculi medii: ab iis verſus roſtrum excurrit canthus deltoideus, hyalinus: nares parvae, approximatae, geminae ante canthum in medio roſtro: opercula ſuborbiculata, alepidota, membranae br. radii 8: dorſum et venter convexa, carinata: linea lateralis parum flexuoſa, laevis, anus e regione P. D. ſecundae. P. D. I. ſcapularis, brevis ſubcoalita cum ſecunda aculeata ſpinis 6, membrana junctis et in rima dorſali condendis: ſpina ſolitaria antrorſum verſa, appreſſa: II compoſita, $\frac{I}{28}$, P. mediae ſubtrigonae 16. V. infimae, 5 A. prior aculeata ſpinis 2 retractilibus in rimam et junctis mem-

brana: A. altera ſquamoſa, $\frac{1}{26}$. C. bifida, ſquamoſa, utrinque cuſpidata, marginibus exterioribus nigris, radiis 30. Ab inſularum Indiae occidentalis incolis *Silverfish* appellatur, et ad genus *Cavalla* dictum pertinere creditur.

Gaſteroſteus rhombeus. Cauda bifida, ſpinis pinnae dorſalis 6, analis 2, radio ſecundo P. D. et A longiſſimis, ore ſimo.

Corpus ovatum, ſuborbiculatum, compreſſum, carinatum, maculis 5 nigris ſupra lineam lateralem, prima capiti proxima lineari, ſecunda, reliquis majore, ſubrotunda, caudae proxima minima: color ſupra lineam lateralem ex cinereo caeruleus ſeu plumbeus, infra argenteus aureo permixtus: ſquamae minimae, orbiculatae, appreſſae, laeves. Caput quarta corporis pars, compreſſum, apice declive ſeu ſimum, corpore craſſius: rictus exiguus, transverſus, obliquus: maxillae aequales, dentes confertiſſimi, ſetacei, flexiles minuti, breviſſimi: lingua brevis, glabra: palati oſſiculum prominulum antice: oculi medii, iride argentea: nares geminae, oblongae: opercula alepidota, membranae br. radii 8 linea lateralis parum flexuoſa, laevis: anus radio quinto aculeato P. D. oppoſitus. Pinna dorſi anterior ſpinis 6 membrana junctis et in rima condendis, ſpina ſingulari antrorſum verſa, dorſo appreſſa, ante pinnam. P. D. altera aſſurgens, baſi ſquamoſa, $\frac{1}{22}$. Pectorales fuſcae, 19. V. abdomini adnatae membrana media, albidae, radiis 4 luteſcentibus: A. anterior ſpinis 2 membrana junctis, et in rima condendis: altera ſquamoſa, fuſco-lutea, $\frac{1}{19}$. C. bifurca, ſquamoſa, luteſcens, radiis 26. Habitat cum praecedente, *Angelfish* vocatus.

Addenda Generi 19. *Pag.* 83.

13 *Mugil.* Sciaena corpore ovato-lanceolato, argenteo, dorſo, et capite ſupra caerulescente, abdomine plano, pinna anali intra 2 folia ſquamoſa recondenda, cauda nigra, albo maculata. *Sc. mugil J. R. Forſteri* MS. II. 110.

Caput ſubobtuſum, corpore minus craſſum, ſquamoſum rictus ſuperus, obliquus, ſubarcuatus, ſimus, mediocris: roſtrum obtuſum, breve: maxilla inferior longior; in apice ejus duo ſcrobiculi minuti: dentes utrinque et in palato minuti, aceroſi, conferti: nares geminae, ovatae, parvae: oculi ſuperi, roſtro vicini, remoti, ampli, membrana nictitante anulari tecti, iride flavicanti-argentea, pupilla atra: opercula triphylla ſquamosa, ſquamis triplice ordine poſitis, videlicet in quavis lamina ſeparato: poſtremae laminae in margine aculeis duobus: membranae br: radii 6, linea lateralis ſupera, primum deſcendens curva deinde verſus caudam media, recta: anus medius: ſquamae magnae, ſemiorbiculares, glabrae, tenaces: pinna dorſi prior media, ſpinoſa ſpinis 9 validis, arcuata: ſecunda compoſita, lumbaris, declinata, $\frac{1}{12}$, ambae caeruleſcentes: prior in foſſula recondenda, ſecunda in foſſula et in ſinu membranaceo una ſerie ſquamarum formato recipienda: pectorales mediae, minores, acuminatae 14 radiis: ventrales $\frac{1}{6}$, radio intimo annexo abdomini membranula media: analis media, compoſita, declinata, foliis duobus ex pluribus ordinibus, ſquamarum formatis excipienda, $\frac{3}{14}$, caudalis bifurca, 15 cauda nigra, maculis 2 ſupra infraque obliquis, medio duabus longitudinalibus, ſupraque apice, albis. Habitat oceanum pacificum circa inſulam Otahaite. Schn.

Species dubia.

14 *Trutta.* Sc. corpore argenteo, maculis rubro-auratis, maxilla inferiore longiore, operculo ſcabro. Sc. *trutta J. R. Forſteri Ms. II.* 67.

Corpus lanceolato-oblongum compreſſum, argenteum, dorſo caeruleſcente et faſciis pallide cyaneis undulatis, obſoletis, usque in medium latus deſcendentibus, in linea laterali et infra eam maculis ovatis rubicundo-auratis pluribus ſparſis: ſquamae ſubrotundae, amplae, deciduae: caput convexum ſupra, compreſſum, obtuſum, ſquamoſum: rictus obliquus, maxilla inferior longior: dentes minuti conferti in maxillis et antica palati parte: nares geminae, ſuperae prope apicem roſtri, ovatae, vicinae: oculi ſuperi, antici, pupilla nigra, iride aurea: opercula pentephylla, ſquamoſa, exteriore margine ſcabro, membranae br. radii 7. linea lateralis ſubrecta, ſupera: anus pone aequilibrium. P. D. compoſita, antica, arcuata, radiis 9 ſpinoſis; poſtica ſubaequalis, declivis, radiis 18 dichotomis in foſſula inter duo folia ſquamoſa utraque recondenda, radio poſtremo elongato. Pectorales acutae, ſubpetiolatae, radiis 16: ſubeſt foſſula nigra ſquamis ſtrictis longis adpreſſis ſupra atque infra tecta. Ventrales paulo ante 1. poſitae, cum ſquamis ſtrictis longis, radiis $\frac{1}{5}$. Analis compoſita, poſtica decreſcens, $\frac{3}{12}$ radiis, in foſſula inter duo folia ſquamoſa recondenda, radio poſtremo elongato: cauda bifurca radiis 20.

In mari alluente fretum Cookii et intrante Aeſtuarium Reginae Charlottae hamo captam, et inter menſae delicias relatam propter ſaporem nautae Britannici *Salmon-peel* id eſt Salmunculum, indigenae *Kahavài* vocabant. Schn.

Addenda Gen. 20. pag. 83. no. 1. Percae fluviatili.

Quod Schrankius Linnaei percam fluviatilem dispescuit in *vulgarem* et *fluviatilem*, hanc pinnae dorsalis radiis simplicibus, illam ramosis distinguens, et Linnaei fluviatilem radiis pinnae dorsalis simplicibus gaudere, hoc vero negat, et ramosos radios gerere, ac pondere saepe libras duas aequare affirmat. *A J. Retzius* in Diss. sistente *Observat. Zoologic. fasciculum.* Lundae 1798.

Addende Generi 37. Squalorum. P. 127. post. no. 2.

Squalum Catulum Linnaei, qualem scilicet descripserit et pinxerit Gunner in Actis Nidros. II. p. 235. tab. 2. a squalo Canicula Linn. notis certis, quas vir doctus enumerat, A. J. Retzius censet in Dissertatione saepius jam memorata; idem Synonyma ad Catulum Linn. relata statuit pertinere ad marem Caniculam Linn. contra Caniculam Blochii esse Linnaei stellarem: denique dubitat, verene ad Caniculam relatus sit Osbeckii Squalus conductus.

De Blochii Canicula primum monebo. Is caniculam Linnaei eandem cum stellari Linnaei facit secutus auctoritatem et exemplum Gronovii. Linnaeus cum Artedio caniculae notitiam omnem debuit Willughbeo Ichth. p. 62. qui piscem interdum sesquicubitalem, excinereo rubescere ait, unde Gallis *Rouffette* dicatur: Cornubiensibus *Bounce* Venetiis *Pesce Gatto* audire: cutem totius corporis cum pinnis asperam maculis nigris crebris punctatam variari: ventrem planum esse, rostrum brevius et obtusius quam mustelo laevi, os etiam majus latiusque: maxillas pluribus dentium acutorum hamatorum seu introrsus recurvorum ordinibus

armatas esse: oculos ovatos, reductos, plusquam ex parte dimidia cute contectos, pupillas parvas, irides ex caeruleo virides. Pinna dorsalis 1. plusquam dimidia longitudinis parte distat a summo rostro, 2 priori vicina: anus citra medium, analis pinna media inter initium caudae et anum.

Stellarem squalum Linnaeus cum Artedio item Willughbeo debuit, quem is p. 63. Catulum maximum dixit. Hic vero a praecedente differre dicitur colore cinereo, 2 maculis multo majoribus sed rarioribus: 3 rostro longiore et crassiore, subtus foraminulis plurimis punctato: 4 naribus longius ab ore dissitis: 5 pinnis ventralibus discretis nec conjunctis: 6 pinna anali ano viciniore et a cauda remotiore:

Squalum Catulum Linnaeus cum Artedio item debuit Willughbeo p. 64, qui Catulum minorem Cornubiensibus *the rough hound* vel *Morgay* dictum, a majore corporis tenuioris et longioris figura, magnitudine et colore praecipue differre ait: longe enim illo minorem, colore dilutiore, in dorso pulverulento, tantillo rubore perfuso, maculis crebris exiguis partim fuscis, partim albidis, nullo ordine sparsis vario esse, ventrem albere: in caeteris fere omnibus convenire. Praeterea Linnaeus Gunneri notitiam comparavit in Actis Nidros II. p. 255. tab. 1. 2. propositam, qui (versionis german. p. 219) squalum flavescentem dictum rostrum ait gerere longum, planum supra infraque porulis pertusum; maxillas armari dentibus parvis, acutis, qui singuli anchorarum instar utrinque cuspidibus minutis asperi sint: reliqua notitia non satis accurata notas non satis certas praebet.

Osbeckii Squalus conductus Itiner. p. 92.

corpus

corpus ſupra ex coeruleo griſeum infra albidum gerit: caput planum, roſtrum breve rotundiuſculum: maxillae inferioris dentes ſerrati per 4 ordines diſpoſiti: lingua antica denticulata: oculi utrinque membrana obducti, linea media transverſa patet libera: pinna analis brevis inter anum et caudam media: ad caudam fovea adeſt trigona: pinnae pectorales ventrales et analis albidae apicibus nigris, ceterae corpori concolores apicibus albis.

Unde lectoribus judicium liberum permitto de diverſitate ſquali Osbeckiani: mihi enim hoc ipſo tempore varietatem hanc notitiarum longius perſequi non vacabat. Schn.

Addenda. P. 4. Ad Genus 1. *Lepadogaſter, Species* 7.

Quicunque tabulam noſtram cum pictura ejusdem piſcis in tabula 19. fig. 1. propoſita a Gallo *La Cépéde* comparaverit, vix oculis ſuis mihique affirmanti credet Plumerianam picturam authenticam accurate fuiſſe a pictore noſtro redditam. Ventralium formam et ſitum pinnarum vir doctus non attigit; unde ſuſpicor picturam corporis inferni defuiſſe in Picturis iſtis Plumerianis, quas Muſeum nationis Francorum Pariſienſe aſſervat. Nomen gallicum *Gobieſoce Feſtar* minime aptum videtur; cum eſoce enim caput nihil habet ſimile, adeoque omnis notitia illa a vero aberravit.

P. 25. *Ad Genus* 5. *Scomber, Familiam A.* accedat.

45. COMMERSONI. Sc. corpore oblongo, argenteo, varie utrinque maculato, capite acuto, maxillarium dentium validorum, acutorum ſe-

rie una, oculis magnis, operculorum lamini 2 postice rotundatis, P. D. anteriore humili longa, altera brevi falcata, caudali lunata, ventralibus multo minoribus quam pectorales sed pariter trigonis, pinnulis utrinque 10, linea laterali laevi, versus caudam undulata. *Scombre Commerson, Lacépéde II* 600. *Tab.* XX. *f.* 1.

In mari australi captum descripsit et pinxit Commerson, qui genus hoc navium iter umbrae causa sectari annotavit.

P. 66. *Ad Genus* 15. *Eleotris, Spec.* 2. *Mauritii.*

Gronovius ventrales pinnas maximas et intrinsecus abdomini alligatas dixit: unde apparet membrana connexas media dici potuisse a Blochio contra *Lacépéde* generis *Gobiomore* dicti primam speciem posuit hanc sub nomine *Gob. Gronovien*, quod is a gobiis et gobioideis praeter alias notas pinnis ventralibus non unitis sed destinctis discriminavit. Idem valet de Specie I. nostra, quam Gallus eidem generi sub nomine *Le Gob. Taiboa* adjunxit. Diserte enim civis ejus accuratissimus, *Broussonet*, in descriptione ventralium pinnarum *membranam unientem diaphanam* commemoravit. Tertia species ibidem p. 589, ex Plumerio sub nomine *Le G. Dormeur* relata, multo minus illuc pertinet, quamvis ventrales pinnas divisas gerat; capite enim depresso, longo, et apertura branchiarum late patente plane disconvenit. Est enim piscis idem quem *Platycephalum Dormitatorem* dixit Blochius supra Generis XII. Spec. 6. et in tabula XII. imagine ex Plumeriana fideliter expressa repraesentavit. Haud equidem recordor, an in Codice Blochiano nomina *Cephalus palustris et Asellus palustris* fuerint adscripta, quae una cum *Dormitatoris* cognomine inde

refert *La Cépéde*; nec libris amici publica ſectione diſtractis nunc eum inſpicere poſſum. Arguunt autem nomina iſta piſcem paludes et aquas dulces habitantem. Speciem dubiam *Piſonis* nomine ſignatam Galſus *Lacépéde* inter piſces ſiccatos ex Batavia translatos agnoviſſe ſibi viſus, pinna dorſali unica, maxillarum dentibus validis, acutis, per plures ſeries digeſtis, inferioris praeterea ſerie dentium majorum, magis diſſitorum, recurvorum, capitis ſquammis fere aequalibus dorſalibus, pinna caudali rotundata diſtinxit, et *Gobiomoroide Piſon* dixit p. 593.

P. 73. *Ad Genus* 17. *Gobius.* Accedat

21. ALEPIDOTUS. G. corpore nudo, griſeo, faſciis 7 transverſis, pallidis, capite majore, dentibus minimis, operculis angulatis, dorſalis anterioris radiis 4; prioribus filamento auctis. *Le Gobie Boſc, Lacépéde II. p.* 555. *tab. XVI. fig.* 1.

P. 18. V. 8. A. 10. C. 18. D. 7. 14.

Colorem griſeum puncta brunnea variant; faſciae pinnas etiam dorſales attingunt; pinnae omnes brunneae, caudalis lanceolata Habitat mare Americanum ſeptentrionale.

22. CAERULEUS. G. corporis pulcherrime caerulei ſquamis parvis, aſperis, caudali pinna rotundata, rubra, nigro marginata, dentibus maxillae inferioris acutis et paulo majoribus quam ſupra, oculis ſolito remotioribus, P. D. anterioris triangularis radiis filamento auctis poſterioris radio poſtremo duplo longiore. *Le Gobie bleu Lacépéde II.* 560.

Br. 4. P. 20. V. 12. A. 12. C 14. D. 6. 12.

Habitat mare Africae orientalis, captus inescandis hamis inſervit, teſte *Commerſono.*

25. COMMERSONI. G. corpore atro ex caeruleo viridique resplendente, capite utrinque tumido, maxilla superiore inferiorem pyxidatim recipiente, dentibus minimis obtusis, squamis exiguis carina longitudinali asperis, ad basin membranae branchialis tuberculis 2, pedunculo post anum extante. *Le Gobie noir Lacépéde II.* 568.

B. 4. P. 15. V. 10. A. 11. C. 15. D. 6. 11.

Habitat Oceanum australem ad fluviorum ostia in fundo lutoso, carne in cibo grata et salubri.

P. 74. *c. Gobius patella:* pinna pectorali (ventrali ?) orbiculata concavo - patelliformi, corpore ferrugineo, pinnis dorsalibus nigro-fasciatis. *Thunberg*, Musei Upsaliens. Descr. p. 31.

1. *Oblongus.* Pinnis pectoralibus brevibus rotundatis, dorsali unica et anali longitudinali, caudali lanceolata, corpore oblongo, compresso dentibus exilibus. *Le Gobioide Brousſonet Lacépéde II.* 580. *tab. XVII. f.* 1. in qua piscem siccatum facile agnoscas.

P. 17. V. 7. A. 17. C. 16. D. 23.

P. 93. *ad Gen.* 21. *Xiphias.* A vulgari gladio distinxit *Lacépédé* speciem *le Xiphias Epée* dictam, (equidem *hastatum* appellabo) cujus protomen siccam vidit et descripsit p. 296 — 98. Differt nempe ensis hastati fere rotundus, non anceps, nec habet sulcos tres superficiei superioris unicamve inferioris, processu ossis frontalis triangulari ultra maxillam inferiorem prominente in gladio, brevissimo in hastato altero processu triangulari ossium intermaxillarium multo longiore quam in gladio, cutis hastam vestientis granis multo majori-

bus et contra maxillam inferiorem tubercularibus vel dentiformibus, recurvis.

P. 96. Ad Gen. 22. no. 8. Zeus Luna.

Sub eodem nomine *Lampris* novo genere separatum piscem retulit *Retzius* in novam *Faunae Suecicae* Editionem anno 1800. Lipsiae proditam Descriptio foraminis certior an eadem ibi exstet, ignoro; librum enim nondum inspicere potui.

P. 127. *ad Genus.* 37. SQUALUS, *Speciem* 5 *Vulpes.*

Piscis masculi enormis magnitudine, in rado juxta Dieppam destuti anatomiam et singularum partium proportionem mensus edidit doctissimus Gallus *Noel* apud *la Cépéde II.* 123—125. Longitudo totius corporis cum cauda aequabat pedes gallicos 15, circumferentia maxima 5, caudalis pinnae lobus superior fere dimidium totius longitudinis, color erat corporis supra griseus caerulescente hinc inde mixtus, infra albidus, capitis nigricans: oculos nulla membrana nictitans neque velum ex cute communi continuatum obtegebat, lingua rotundiuscula, pinguis, firma conspiciebatur.

P. 129. ad idem Genus 37. No. 10. SQUALUS AFRICANUS. Pictum exemplum Musei Britannici sub nomine *Squali vittati* dedit *Shaw the Natural. Miscell.* No. CVIII. Tab. 346.

P. 138. *ad idem Genus, et Species non satis definitas accedat.*

h) PUNCTULATUS. Capite depresso, antice rotundato, dentibus simillimis Caniculae No. 1. corpore rufo, infra saturatiore et albo punctato, pinna dorsali priore ventralibus discretis opposita, posteriore ante analem sita, foraminibus

temporum nullis. *Le Squale pointillé, La Cépéde II.* 121. *Tab. IV. Fig.* 3.

Habitat mare vicinum Guianae, unde ſpolium transmiſit *le Blond*, in quo *La Cépéde* foramina temporum agnoſcere non potuit. Pictura cirrhos 2, roſtro inferiori addit, quos deſcriptio omiſit.

P. 144. ad ANNOTATIONEM adde. Eandem obſervationem idem vir doctus repetiit inſertam libro germanice ſcripto. *Archiv fur Zoologie und Zootomie.* Vol. I. P. II. p. 158. Contra in Pleuronecte plateſſa nervorum opticorum decuſſationem teſtatur *Autenrieth.* Ibidem p. 62. qui praeterea maxillas gulares Pleuronectarum poſt branchias inſertas et palatinis oſſibus dentatis reſpondentes annotavit, P. 63 et 64.

P. 178. *Genus* 44. *Blennius* accedat:

26. SALIENS. Bl. criſta cartilaginea longitudinali, rotundata, punctata, pinnis pectoralibus latis, anum fere attingentibus, maxilla ſuperiore longiore, caudali lanceolata. *La Cépéde II.* 479. *Le Blennie Sauteur.*

Br. 5. P. 13. I. 2. A. 26. D. 35. C. 10.

Corpus compreſſum, oblongum, muco lubricum, colore brunneum, nigro lineatum, (*rayé*) poſt mortem ſaepe dilute coeruleum, oculi ſummi, iris aurea, branchiale operculum gemina lamina contextum, linea lateralis nulla. Piſcis exiguus, agilis, frequentat perſultans rupes maris ſalo alluente madidas in litoribus novae Britanniae, et difficulter capitur, teſtante Commerſono. Affinis Speciei 16. et tertiae nondum ſatis definitae.

27. MORSITANS. Bl. capitis criſta nulla, corpore alepidoto, viridi, fuſco alboque va-

riegato, pinnae analis radiis apice recurvis, maxilla inferiore longiore, ano medio. *Le Blennie Bosquien La Cépède II.* 493. *Pl.* 13. *F.* 1.

P. 12. I. 2. A. 18. C. 12. D. 30.

Frequentat gregalis litora portus et aestuaria Carolinae provinciae, apprehendentem morsitans, similis pholidi, capite fere triangulari, fronte planiuscula, albida, oculis parvis, iride flaua, maxillarum denticulis densis, recurvis, corpore compresso, lubrico, pinnis nigricantibus brunneo maculatis, dorsalis radiis 12 prioribus brevioribus et mollioribus, caudali rotundata cum dorsali et anali fere coalescente. Gallus *Bosc* primus pescripsit et pinxit piscem cum Bl. Americano Gronovii, No. 13. supra p. 171. diligentius comparandum.

28. Porosus. Capite majusculo, poroso, ore angusto, labiis crassis, dentibus densis acutis oculis, magnis, pinnis pectoralibus grandibus, ovalibus, linea laterali supra P. P. arcuata, P. D. a nucha ductae radiis 8. postremis longioribus, omnibus ramentaceis, caudalis rotundata. Corpus maculae parvae variegant. Patria ignoratur. *Le Bl. pointillé La Cépède II.* 506. *Tab.* 12. *F.* 5.

P. 17. V. 2. A. 29. D. 47. C. 13.

Affinis, ut videtur, spadiceo no. 17. an idem sit, judicabunt, qui Sebam comparare possunt.

P. 206. *ad Genus* 52. *Amphiprion*, accedat non dubius.

10. A. Carinatus, oculis magnis, membranae branchiostegae radiis 4 inferioribus margine scabris, abdomine cataphracto-carinato. *Trachichthys australis Shaw the Natural. Misc.*

No. CXVI. tab. 578. qui percarum generi maxime omnium affinem pronunciat.

Corpus modice craſſum, in primis parte anteriore, caput permagnum, oris edentuli apertura fere perpendicularis, ita tamen ſinuata paulisper, ut frontis ambitus ovatus inde evadat: oculi praegrandes: lingua modica, maxillae quaſi adnata: branchiarum opercula ſupra ſpina magna ſcabra ad baſin craſſiſſima horrent: infra ſpinam minorem et breviorem habent. Ambitus eorum ſinuatus prope medium prominentiis breviſſimis ſubacutis inaequalis: reliquum corpus conſtat 5 vel 6 lamellis longitudinalibus (perpendicularibus) margine ſcabro. Membranae branchioſtegae radii quaſi octo, quorum quaterni inferiores craſſiores et lateribus ſcabris ſunt. Squamae ſolidiſſimae tenaciſſime cuti inhaerent, extrinſecusque terminantur quaſi ſimbriis parvularum et fortium ſpinarum, praeter alias in ſuperficie paſſim exſtantes. Prope abdomen ſquamae magis dilatantur; abdomen ipſum carinatum et quaſi cataphractum eſt ſerie ſquamarum octo validarum et ſcabrarum, quarum una quaeque prominet ſpina brevi retro flexa, quae carinam ſubtus effingit, lateribus ſurſum per quartam fere unciae partem ab utroque abdominis latere continuatis. Squamae ipſae abdominis hic paulo latiores verſus medium corpus gradatim decreſcunt. A cauda utrinque linea paululum aſſurgit ſimilis carinae: media enim ſquamarum hoc ipſo in loco majorum pars altius prominet: praeter hanc nulla alia linea lateralis eſt conſpicua. Pinnae dorſalis radii $\frac{7}{14}$, pectoralis 13, ventralis $\frac{3}{7}$, analis $\frac{3}{12}$, caudalis furcatae fere 24, quorum exteriores utrinque

validi ſunt ſeu ſpinoſi, reliqui ſimiles analibus. Pinnarum omnium, pectoralibus exceptis, radii 3 primores validiſſimi, ſcabri, exrrinſecus tenuiter ſerrati, praecipue ventralium. Color piſcis liquore vinoſo conditi fuſcus, in pictura recentis ex carneo ferrugineus apparet. Pinnarum omnium pars media colore ſaturatior quam reliquum corpus, margines flaveſcunt. Litora incolit Auſtralaſiae.

P. 285. *ad Genus* 62. accedat.

9. SPARUS HONORATUS Thunbergii in Muſeo Upſalienſi p. 23. cauda lunata, corpore flavo. pinnarum ventralium radio primo ſetaceo.

P. 14. V. 5. A. $\frac{2}{12}$. C. 12. D. $\frac{17}{9}$.

P. 366. *Ad Genus* 79. *Raia*, *Species* 20 *Imbricata.*

Simillimam, forte eandem ſub nomine *Raie tuberculée* deſcripſit *La Cépéde II.* 106. et pinxit in Tab. II. Fig. 1. allatam ex mari Cayenneni. Roſtrum eſt acutum, corporis totius forma fere rhombea, cauda longa, gracilis, ſed fine mutilata, aculeo longo, utrinque retrorſum ſerrato, armata, pinna dorſi caudaeque nulla ſuper eſt, dentes valde obtuſi; tubercula medium dorſum in ſerie interrupta occupant 5, craſſiuſcula, breviſſima, duriſſima, alba, politiſſima, plus minusve acuta initium caudae 5 ſimilia occupant, ſerie longiore, ſed magis interrupta. Eadem Gallus initio *aiguillons très forts*, alibi *protuberances* vocat: mihique ſeries interrupta perſuadet plura excidiſſe tubercula. In pictura aculeus caudae ſerratus omiſſus eſt.

Haereo dubius in raja Americae ſeptentrionalis deſcripta et picta a *Gallo Boſc* apud *Lacépéde* II. 109. tab. IV. f. 2. *Rajae Eglanteriae*

ſub nomine. Corpus est rhombeum, ſupra brunneum, infra albidum, aculeatum aculeis minutis cauda corporis fere longitudine, bipinna, spinis numeroſis muricata, quarum majorum ſeries 3, unicam in medio dorſo videre licet, oculis protuberantibus, iride alba, roſtro obtuſo, pinnarum ventralium radiis quinis.

Ad *Cephalopteram* pertinere aut proxime accedere puto, quae *La Cépéde* ex aliena pictura et narratione de duabus rajis, *Fabroniana* et *Banckſiana* tradit II. 111 — 118. tab. V. Fabroniana in Liburnico mari capta, accolis piſcatoribus *Raja vacca* audit, et cauda mutilata Muſeo Florentino illata, cujus pinnas pectorales anguſtas, capitales quartam corporis partem fere aequantes habet; his poſterioribus tentare viam et praedam ori adducere dicitur. Spiracula utrinque quina apparent in pictura.

Pictura *Banckſianam* natantem in aquis, pinnarum capitalium fines anteriores filiformes; caudam apterygiam, pinnas pectorales anguſtiores etiam quam in priore, oculos non laterales, ſed ſupra poſitos ad baſin pinnarum capitalium, dorſum 10 maculis linearibus variegatum oſtendit; notitia picturae ex India orientali transmiſſae addita nomen *Diable de mer* tradebat, et tantam piſcis molem, ut boum jugis ſeptem demum junctis mari extrahatur in terram.

P. 588. *Ad Genus* 81. *Silurus* accedat:

35. LINEATUS. S. Pinna dorſali poſtica et ani cum caudali unita, cirrhis 8 lineis quatuor albis.

Brevem hanc notitiam poſuit C. P. Thunberg in Muſeo natur. Acad. Upſalienſis 1787. pag. 31.

P. 430. *Ad Genus* 89. *Chauliodus ſetinotus.* Exemplum ipſum piſcis, mare Mediterraneum habitantis, quod Catesby pinxit, hodie in Muſeo Britannico exſtat, 18 uncias longum; alterum exſtat in Muſeo Leveriano. Piſcem ex eodem Catesbeo nec ex natura pictum dedit Shaw *The Natur. Miſc. No.* 107. *tab.* 344. Monet tamen piſcis ſuperficiem longo fortaſſis temporis tractu paululum detritam reticulatam non eſſe nec apparere ſquamas hexagonas, quas pictura Catesbejana habet, quasque una cum operculorum trinis foliis omiſſas et mutatas video a pictore Blochii haud ſcio an nolentis. Piſcem *Eſocem ſtomiam* vocat Britannus, dubius tamen, an non in peculiare genus potius revocandus ſit.

P. 455. *Ad Genus* 96. *Pegaſus, Spec.* 3. *Volitans.*

Piſcem eundem ſiccatum tantum ſic deſcripſit Commerſon apud *La Cépéde II.* 83.

Roſtrum longum, planum, fine latiore, rotundato, infra ſulco diviſum, et radiis ſtellatum, ſupra ſimili ſulco diviſum, margine utroque reflexo et ſerrato. Pone oculos foſſula rhomboidea adeſt, in nucha ſequuntur foſſae duae fere pentagonae, profundae: articuli caudae ſunt 12, quorum poſtremi in angulo anteriore et poſteriore aculeo brevi horrent: pinna caudalis rotundata.

P. 12. V. 1 — 2. A. 5. C. 8. D. 5.

P. 462. lin. 27. adde: De veneno piſcium exſtat diſputatio Britannici medici, *Edw. Thomas* in Vol. V. libri: *Memoirs of the medical Society of London* 1799 qui a cibo ingeſto derivat venenum piſcium, teſtaceorum et aſtacorum. Piſcium hamo exutorum inteſtina ſi ſta-

tim eximantur et corpus ſale conſpergatur; eſum fieri innoxium aſſirmat.

P. 478. *Gen.* 101. *Rynchobdellae.* Speciem 1. La Cépéde *Macrognathe aiguilloné* vocavit pag. 282 — 85. deſcripſit, et in tab. VIII. picturam Blochianam repetiit, nulla plicarum roſtri mentione facta. Speciem 3 polyacantham videtur Gallus ſiccatam vidiſſe et *le M. armé* dixiſſe p. 286. 287. Longior erat priore, maxilla ſuperior dimidio tantum longiore, maxillarum dentibus denſis minutis, aculeis trinis operculorum, unico prope oculum, pinnae dorſalis prioris aculeis 33 in ſulco recondendis, altera dorſali cum anali brevi ſinu membranae diſtinctis a caudali, ante analem aculeis 2 recurvis, pinnae dorſalis radiis plus quam 70, pectoralium plus quam 20.

P. 486. Poſt Genus 104. accedat Genus *Gnathobolus.*

Hunc locum aſſignabo generi novo, quod ex America auſtrali a Gallo *Le Blond* transmiſſum deſcripſit *La Cépéde* II. 221. et in tabula VII. fig. 2. pinxit, a maxillis denticulatis vel ſerratis non ſatis apte *Odontognathum* dictum, *L'odontognathe aiguilloné.* Summa notitiae haec eſt!

Corpore cum capite et cauda compreſſo, oris apertura verticali, maxilla inferiore (cujus margo ſerratus) ſurſum attracta claudenda: contra cum hac deſcendente os aperitur, ſimul protruditur utrinque ex maxilla ſuperiore, multo breviore lamina ſupra parumper arcuata, et margine anteriore retrorſum ſerrata in ſitum fere horizontalem porrecta, quae dum os clauditur, recedit, operculisque applicata marginem eorum anteriorem ſerratum ſimulat: opercula polyphylla, poſterius pellucida, anterius ſquam-

mosa (*écailleux*) et argento splendentia: similis splendor obtinet membranam branchiostegam: pectus inferiore sui parte carinatum simul aculeis 8 horret: sequitur abdominis gemina series aculeorum 28 ex finibus 14 costarum utrinque productorum: pinna dorsalis parva fere ad partem $\frac{3}{4}$ totius longitudinis retracta corporis conspicitur, analis contra longa paene attingit basin caudalis. A splendore totius corporis argenteo colonis Gallicis Cayennae, cui vicinum habitat mare, *Sardine* audit, in cibo non minus gratus piscis quam Sardina proprie dicta.

Br. 5. P. 12. V. 0. A. 8. C. 19. D. 6—7.

De natura laminarum versatilium illarum si quaeras accuratius, apparebit Gallum dubitasse, quo nomine vere essent appellandae. Interdum enim maxillam superiorem dixit, alibi tamen diversam a maxilla superiore partem significare videtur. Primum ait: *deux lames trés-longues, ou, pour mieux dire, deux lames trés plates, irregulières, de substance écailleuse, un peu recourbées à leur bout posterieur, plus larges à leur origine qu'à leur bout postérieur, dentelées sur leur bord anterieur, et attachées l'une d'un côté, l'autre de l'autre, à la partie la plus saillante de la machoire superieure.* Deinde de protrusis laminis est: *les deux lames dentelées sont devenues comme les deux côtés de la machoire supérieure. Chacune des deux pièces se couche contre un des opercules, et paroit n'en être que le bord antérieur dentelé.* Hoc vero non est, quod expectaveram, quodque facturum se promiserat vir doctus: *Montrons en quoi consiste ce mecanisme.* Neque enim fabricam maxillarum solum non explicavit, sed ne

partes quidem illas definiit, quarum fabricam tantopere mirabatur. Mihi quidem laminae istae denticulatae vel ferrulatae nihil aliud esse videntur nisi maxilla ipsa superior duabus partibus composita; quae alternis vicibus surrigitur et protenditur, dum inferior deprimitur: contra vero dum haec surgens os claudat, superior retracta infra oculos applicatur contra os lacrimale et ossa reliqua orbitam cingentia. Laminae enim utriusque longitudo tanta non est, in pictura quidem, ut ad operculi anteriorem partem pertingat. In perca fluviatili, cujus sceleton accuratissime dissectum et pictum cum multis aliis craniorum piscinornm picturis coram habeo, video maxillam superiorem plane eandem habere formam, anteriore margine (dum deorsum versa quiescit) vel superiore (dum surrigitur) serrulatam posteriore autem vel inferiore trigoni formam gerente. Contra in hoc novo genere piscis desunt ossa labialia, quae in plurimis piscium generibus maxillae superiori incumbunt, atque ultra ipsam maxillam et oris aperturam plerumque protenduntur utrinque. Ossa maxillaria ginglymi ope cum reliquis capitis ossibus articula haerent, et in quibusdam piscium generibus produci miro modo in formam tubi possunt, velut in Zene et Sparo insidiatoribus dictis. Sunt alii pisces veluti, Clupeae species aliquot et gasterosteus Spinarella Linnaei, quibus ossa ipsa labialia sola sunt, eaque in ensis formam producta et denticulata forte eundem usum praestant et pariter projici veluti telum possunt. Carina sterni et ventris gemina adest etiam in Zene fabro, cujus sceleton dissectum et pictum coram habeo. Verum

carina istius uncini nihil cum finibus costarum commune gerunt. Itaque nihil novi et mirabilis in novo piscis genere superesse mihi videtur praeter maxillae superioris versatilis, quae projici teli instar potest, fabricam, quam adhuc ignoramus sed conjectura facile assequimur. A motu hoc maxillarum Gnathobolum, i. e. jaculatorem maxillarum, piscem aptius, puto vocabo.

P. 486. Post Genus 104. accedat Genus novum *Pomatias*, i. e. operculo clausilis, ex Commersoni Commentariis descriptus sub nomine *Triure Bougainvillien a Gallo La Cépède II.* 201.

Corpus cum capite compressum maxillae in tubum productae, apertura branchiarum angusta, valvula carnosa claudenda.

Corpus oblongum, compressum, squamis fere inconspicuis tectum, colore rufescens, sub capite, in lateribus et subtus rubescens, macula splendide alba post basin P.P. caput compressum supra planiusculum, maxillae productae in tubum angustum, apertura rotunda, non claudenda: in fundo tubi dentes adsunt duo incisores trigoni: narium foramina exilia oculis vicina, oculi satis grandes: branchiarum operculum sub cute latens lamina unica, longa, falciformi: membranae branchialis radii 5, apertura branchiarum angusta, valvalula carnosa, semilunari, orificio branchiorum adhaerente, claudenda: venter carinatus, anus in extremo abdomine P. P. parvae, tenues, fere trigonae, radiis 12 vel 13 fultae: P. A. radiis fere 15 fulta, fine acuto cum caudali brevissima coalescit atque ultra eam eminet, uti dorsalis longior, totidem radiis fulta: unde nomen *Triuri*, i. e. tricaudati, caudalis radii viginti et

plures, mollissimi, brevissimi. Magnitudo et facies clupeae harengi. Habitat oceanum pacificum et scombris escae est.

Heparis lobi duo inaequales, intestina quinquies vel sexies involuta: vesicula natatoria deerat pisci a Commersono dissecto, certe non reperta fuit.

P. 487. post lineam 4 adde:

Varietates anguillae 5 ex aliena relatione annotavit *La Cépéde II.* 261.

1. Acerine. Minor, ventre flavo: autumno paludes in vicinia Venetiarum nunquam relinquens, ut mare adeat. *Spallanzani Itinerar. Siculi* Tomo VI. vers. gallicae commemoravit.

2. Sequanam ex mari intrat cum gado merlango anguilla pulcherrima capite tenuiore (*un peu menue*) quae hamo salmone eperlano aliisque pisculis inescato capitur.

3. Capite tenui, oblongo, colore bruneo, Sequanam habitat, nomine proprio *Pimperneau* appellata.

4. Guiseau. Caput brevius et paulo latius vulgari corpus etiam brevius, oculos grandiores, carnem firmiorem, pinguedinem gratiorem habet; colore variat inter nigrum et bruneum, pallide griseum, rufescentemque. Habitat eandem Sequanam. Comparat hanc Gallus *Noel* cui debetur varietatum posteriorum 4 notitia cum anguilla flavii Euri, quam incolae *Breteau* vocant.

5. Anguille chien. Caput longius et latius vulgari, planum, oculos grandes habet; vulgari multo gulosior: unde nomen: in cibo minus grata propter carnem filamentosam: Dicitur cirrhos ori appositos gerere.

P. 502.

P. 502. Ad Genus 112. *Oſtracion*, accedat:

21. AURITUS. O. fuſcus; ſpina utrinque ſupra orbitali, binis utrinque dorſalibus, binis ventralibus, una laterali. *Shaw the Nat. Miſc. No. CVI. tab.* 338.

Habitat mare pacificum.

P. 511. Genus 115. Diodontis vereor ut bene adhuc notis ſuis diſtinctum et in ſpecies digeſtum fuerit, quanquam Gallus *La Cipéde* comparata magna varietate aetatis, ſexus, patriae atque anni tempeſtatum, quibus capti fuerunt, piſces hos mirabiliter coloribus et corporis ſpinarumque forma variantes, certae quaſi legi et ſpecierum numero adſtrinxiſſe et notis ſuis diſtinxiſſe ſe gloriatur. Nullibi tamen mentionem vel aetatis vel ſexus diverſi factam ab eo video. Maxime omnium optandum erat, ut vir doctus Commerſoni obſervationes ſingulatim commemoraret neque ſuae interpretationi immiſtas conturbaret. Speciem I. Atinga Commerſon ſic definit: *Diodon ſuperne fuſcus maculis lenticularibus nigris undique inſperſus ventre albo immaculato:* Notae reliquae ſic ponuntur: *Les piquans mobiles dont l'At. peut ſe heriſſer ſont très forts, très longs, creux vers leur racine, variés de blanc et de noir, et diviſés à leur baſe en trois pointes qui ſ'ecartent, ſ'étendent, et vont ſ'attacher au deſſous les tégumens de l'animal. Ils ſont revêtus d'une membrane plus ou moins déliée, qui n'eſt qu'une continuation de la peau du Diodon. Cette membrane ſ'élève autour de l'aiguillon, jusq'au deſſus de l'extremité de ce piquant, ou jusqu'à une diſtance plus ou moin grande de la pointe de ce dard, qui le plus ſouvent perce cette membrane*

et paroit à decouvert. L'At. est brun ou bleuâtre sur le dos, et blanc sur le ventre: ses nageoires sont quelque fois jaunes dans le milieu de leur surface et ces memes nageoires, ainsi que toute la partie superieure du poisson sont semées de petites taches lenticulaires et noires, que l'on voit frequemment repandues aussi sur le dessous. Deinde vesicam natatoriam grandem, ut in Tetrodontibus, ventriculum membrana tenui compositum et appendicibus multis cinctum et dentes molares duo permagnos transversis sulcis exaratos annotat, quorum alter totum fere palatum, alter paulo minor fauces pone maxillam inferiorem occupat. Denique radios P. P. 24—25. A. 15—16. D. 15—16. C. 9. ponit.

Alterum Diodonta quem Plumerianum vocavit et in tab. 5. Vol. I. pinxit priori simillimum, magis tamen oblongo corpore, collo constrictiore, capite utrinque et subtus cum cauda inermi, colore coerulescente guttis albis variegato distinxit. In annotatione *Orbis piscis aculeatus major et Orbis aculeatus maculis albis, notatus, apud insulas Americanas vulgo poisson armé* ex MSto Codice Plumerii annotatur, quem comparabit, qui Blochianum Codicem ex sectione publica librorum amici emtum nunc possidet. Equidem nulla nota certa a priore differre Plumerianum piscem puto.

Tertium holocanthum ipse Gallus cum hystrice Blochiano tab. 126 comparavit, quintum vero Orbem cum orbiculari Blochii tab. 127. Ex Commersoni observatione ductas puto sequentes notas: *Les piquans sont plus courts et plus clair semésque ceux de l'atinga, de l'holo-*

canthe et du tacheté, — ils reſſemblent davantage à un cône ou plutôt à une ſorte de pyramide triangulaire, dont les faces ſeroient plus ou moins marquées. — L'orbe eſt d'un gris livide ſur toute ſa ſurface: mais ce fond eſt varié par des táches de formes et de nuances differentes. Premièrement des gouttes blanchatrès ſont repandues ſur tout le dos; ſecondement, quatre táches plus grandes, noires et prèsque arrondies ſont ſituées, une auprès de chaque nageoire pectorale et une ſur chaque côté du corps: troiſièmement, une cinquième tâche également noire, mais très-échancrée, paroit auprès de la nageoire caudale; quatrièmement, un croiſſant noirâtre au deſſous de chaque oeil; et cinquièmement, la baſe de chacun des aiguillons placés ſur le ventre eſt d'un jaune plus ou moins pâle.

Quartum novum ex Commerſoni obſervatione diſtinxit corpore parum oblongo, bruneo, ſpinis denſis, dorſi multo longioribus albis, pinna caudali rotundata, maculis dorſalibus majuſculis quinque nigris, occipitali maxima ſemilunata; branchias utrinque ternas annotavit, oculos cute communi corporis tectos. Maculas vero ita diſponit: *de chaque côté, une tache un peu ovale au deſſus de la nageoire pectorale, deux autres tranſverſales, dont la première eſt au deſſous de l'oeil, et la ſeconde entre l'oeil et la nageoire pectorale; le deſſous du muſeau eſt comme entouré d'une tache nuageuſe; et enſin on en trouve une prèsque ronde au deſſus du dos, autour de la nageoire dorſale. Au reſte ces différentes taches ſont d'un noir plus ou moins foncé. Toutes les nageoires ſont d'un jaune verdatre.* P. P. 24. A. 14. D. 14. C. 9.

Schoepfii Diodon an recte cum geometrico comparatus fuerit ab amico decernere nolim; figuras certe hexagonas corporis nullibi commemoratas legi, nares etiam abesse ait, cirrhos praeterea breves duo ante oculos, positos alios duo breviores in mento, tertium par longius et crassius anum circumdare narrat. P. P. 21. A. 9. C. 9. D. 11—12. Ipse genus hoc piscium accuratius inspicere et species singulas cum notitiis virorum doctorum comparare omisi dum licebat: nunc vero nec licet, nec vacat.

Pag. 519. Post Genus 118. accedat Taenioides Hermanni a Gallo La Cépéde II. p. 533. nimis breviter descriptus et in Tabula 14. fig. 1. pictus. Corpus is habet cum cauda compressum, oblongum, in caudam acutam apterygiam desinens, squamis inconspicuis tectam, caput angulosum, lineis albis variegatum, oculos minutissimos, fere inconspicuos, os cirrhis brevibus inaequalibus cinctum, pinnas pectorales orbiculares et analem brevem nigro punctatas, dorsalem humilem, longitudinalem, e regione ani exortam, ventrem longitudine capitis.

P. 533. ad Genus 124. Petromyzontis accedat.

7. RUBER. P. thorace crassiore; oculis minutis, pinna caudae lanceolata, colore corporis testaceo vel sanguineo. *Le Petr. rouge, La Cépéde II.* 100. tab. 1. f. 2. ex pictura a doctissimo Ichthyologo *Noel* transmissa videtur facta descriptio. Habitat Sequanam.

8. SANGUISUGA. P. apertura oris superante caput ipsum, dentibus intus pluribus, parvis, aurantiacis, quorum 9 geminati oesophagum cingunt: ante linguam denticulis asperam os

ſemicirculare adeſt, aurantiacum, denticulis 9 aſperum. *Le P. Jucet La Cépede II.* 101. *t.* 1. *f.* 5.

Sequanam habitat praecedente minor, aloſas praecipue perſequitur, quorum abdomini adſixa dentibus ſanguinem haurit. Non adeo facile ſalmonum cutem perforat.

Spiraculum nuchale non potuit reperire auctor notitiae Gallus *Noel.*

In Galli *De Fay* libro *Mémoires* et cet. p. 49. reperi commemoratam ſpeciem parvam fluvii Loiret, 4 vel 5 pollices longam, 3 vel 4 lineas craſſam, *Chatouille* vocatam.

P. 637. ante Genus 128. inſere;

Genus 127. *a. Fluta.*

Monopterus Javanenſis, *La Cépède II.* 139. *Conger ſive anguilla Commerſoni. Ibidem.*

Corpus lubricum, nudum, anguillae ſimile, cauda compreſſa, caput craſſum, compreſſum, roſtrum obtuſum, maxillae aequales dentibus denſis acicularibus armatae, ſeries ſimilium dentium palatum circumdat: baſin linguae, cartilagineae ſubtus in canalis formam excavatae, obſident tubercula 2 albida: nares in oculorum intercapedine: opercula branchiarum mollia, flaccida: membranae branchioſtegae radii 3: branchiae ternae: arcus oſſei parum flexi, latere interiore concavo arcuum nudo nullisque denticulis vel tuberculis aſpero, linea lateralis dorſo propior, fere aurea. Color corporis ſuperne e livido nigricans, ſubtus ferrugineus, faſciis laterum transverſis ferrugineis: cauda tantum pinnata, apice ſubnudo, peracuto. Habitat mare Indicum, frequens circa inſulam Jauam, in cibo grata.

Flutam vocavi antiquo muraenae Helenae fretum Siculum frequentantis nomine, dum de genere piſcis conſtiterit. Quodſi enim branchiarum aperturas lineares utrinque habuerit, Gymnothoracis familiae ſecundae forte adſcribi poterit: quodſi gulas gerit aperturas, ſphagebranchis accedet.

